# PENTATEVCHVM FIDEI,

SIVE

# VOLVMINA QVINQVE.

DE ECCLESIA,

*AD ILL.m ARCHIEPISCOPVM BVRGENSEM.*

DE CONCILIIS,

*AD ILL.m PATRIARCHAM INDIARVM.*

DE SCRIPTVRA SACRA,

*AD ILL.m FIDEI PRÆSIDEM GENERALEM.*

DE TRADITIONIBVS SACRIS,

*AD ILL.m ET R.m CARDINALEM ZAPATA.*

DE ROMANO PONTIFICE,

*AD SANCTISS.m DÑM NR̃M PAVLVM V. PP.*

AVCTORE

Fr. Antonio Perez Monacho Benedictino.

*Cum multiplici indice.*

CVM PRIVILEGIO.

Anno M.DC.XX. Matriti apud viduam Ildephonſi Martin.

Digitized by Google

Digitized by Google

## CENSVRA RELIGIONIS PER SAPIENTIſsimum Magiſtrum, eximiũque per vniuerſam Hiſpaniam Verbi Dei Proclamatorem, Nagerenſisque Abbatem, Patrem Fr. Didacum Venegas in Pentateuchum Fidei.

PENTATEVCHVM Fidei, ſiue quintuplex volumẽ de Eccleſia, Concilijs, Sacra Scriptura, Traditionibus, & Romano Pontifice, opus magnum, aureũ, Catholicæ Eccleſiæ firmamentũ in nouatorũ perniciem à ſapientiſsimo & Reuerendiſsimo Patre Magiſtro Fr. Antonio Perez elaboratũ, te præcipiente Reuerẽdiſsime Preſul, vidi, legi, recognoui: in quo præterquàm nihil eſt, quod à Romana veritate & pietate diſsideat, nihilque, quod rectam viuendi normam non componat; ſunt pleraq; quę ſacrę Scripturæ ſenſus penitiſsimè explicent, Sanctorum, & veterum Patrum cõſenſum de re, de qua in hoc opere agitur, in lucem educant, Cõciliorum latebras euoluant, Scholaſticæ diſciplinæ inuolucra enodent, & antiquæ Eccleſiaſticæ hiſtorię veritatem è tenebris eruant. Quapropter magno Dei beneficio ad Religionis noſtræ ornamentum, & publicam & communem vtilitatem typis excudi debent, & poſſunt. Madriti, apud Sanctum Martinum, Auguſti die 11. 1618.

*Magiſter Fr. Didacus Venegas*
*Abbas Nagerenſis.*

---

## FACVLTAS REVERENDISSIMI GENERALIS

MAGISTER Frater Antonius de Caſtro, Cõgregationis ſancti Benedicti, in Hiſpania, & Anglia Generalis, necnon Regalis Monaſterij Onienſis Abbas, facultatem concedimus, Reuerendiſsimo Patri, Sapientiſsimoque Vniuerſitatis Salmanticenſis Magiſtro, Cœnobij Sancti Martini in Matridienſi oppido meritiſsimo Moderatori, Fratri Antonio Perez, vti Pentateuchum Fidei, ſiue quintuplex volumen, de Eccleſia, Cõcilijs, Sacra Scriptura, Traditionibus Apoſtolicis, & Romano Pontifice, ſummo ſtudio ac diligenti indagine à ſe elaboratum, prælo mãdare poſsit, & in omnium legentium vtilitatem in lucem edere: Obſeruatis priùs omnibus his, quæ de librorũ editione à ſuperioribus ſunt ordinata. Datis apud Sanctum Stephanum de Ribas del Sil, eiuſdem Cõgregationis celeberrimum Collegium, Octobris die 4. Anni 1618.

*De mandato Reuerendiſsimi P. N. Generalis*
*Fr. Emanuel Angles.*

*Magiſter Fr. Antonius de Caſtro*
*Generalis vtriuſque Congregationis.*



Digitized by Google

# CENSVRA SAPIENTISSIMI PATRIS FR. IOSEPH DE CAſtro Auguſtiniani.

SAPIENTISSIMI Ac Reuerēdiſsimi Patris Magiſtri Fr. Antonij Perez Benedictini, Benedictinæ apud Hiſpanos familiæ, iam pridem Generalis digniſsimi, & nunc Monaſterij S. Martini apud Philippicā Matriti Curiam eiuſdem Ordinis Abbatis, præclarum opus Pentateuchũ, ſcilicet, Fidei, ſeu volumina quinq́, De Eccleſia, de Cōcilijs, de Scriptura Sacra, de Traditionibus Apoſtolicis, de Romano Pontifice, Supremi Conſilij iuſſu legi, in eoque non ſolùm omnia rectæ Fidei, & ſanctorum Patrum doctrinæ conſona inueni, ſed etiā ſumma eruditione referta (& quod paucis datur) ea perſpicuitate, & diſtrictione tractata, vt mirum ſit in tali tamquè abſtruſa rerum diſputatione, quantum acceſſerit claritatis. Cuncta certè ſuum redolent Auctorem, digniſsimaquè ſunt, vt ad communem Theologorum omnium vtilitatem typis mandentur. Datum in hoc Collegio de la Encarnacion, Ordinis ſancti Patris noſtri Auguſtini, quod fundauit D. Maria de Aragon, in hac Curia Regia, decima die Ianuari, 1619.

SVMA

Digitized by Google

# SVMA DEL PRIVILEGIO.

ESTE Libro intitulado *Pentateuchum Fidei*, compueſto por el Padre Maeſtro fray Antonio Perez, de la Orden de ſan Benito, Abad del Conuento de ſan Martin deſta villa de Madrid, tiene priuilegio del Rey nueſtro Señor, para poderle imprimir, y vender por tiempo de diez años, y no otra perſona ſin ſu licencia, ſo las penas en el dicho priuilegio contenidas. Fecha en Madrid a quatro dias del mes de Hebrero de mil, y quinientos y diez y nueue años. Deſpachado por Pedro de Contreras Secretario de Camara.

---

# SVMA DE LA TASSA.

ESTE Libro intitulado *Pentateuchum Fidei*, compueſto por el Padre Maeſtro fray Antonio Perez, de la Orden de ſan Benito, Abad del Conuento de ſan Martin deſta villa de Madrid, eſtà taſſado a cinco marauedis cada pliego, el qual tiene ciẽto y ochenta y ſeys pliegos ſin los principios, que a razon de los dichos cinco marauedis monta el dicho libro nouecientos y treynta marauedis, como conſta de ſu original. Dada en Madrid a quinze dias del mes de Otubre de mil y ſeyſcientos y veynte años. Ante Lazaro de los Rios.

# ERRATA VOLVMINIS DE CONCILIIS.

FOlio 13. epiſcopi, lege epiſcopos, ibidem, li. 7. veri, lege veros, fol. 14 ad finen epiſcopos, lege clericos, vel presbyteros, fol. 28. li. 16 iudicialem, lege iudiciale, fol. 42. lig. 22. fundamentum, lege fundamento.

# DE SCRIPTVRA.

FOlio 2. li. 13. eſt conſulendum, lege eſt conſulendus, ibidem, li. 27. lacedæmon, lege cacodæmon, li. 44. ſubijcere, lege ſubijciemus, fol. 3. li. 18 qui illorum, lege quidem illorũ; ibidem, li. 17. gemmatum, lege gemmarũ, ibidem, li. 16. nomina teſtamenti, lege nomen teſtamẽti, fol. 5. li. 14. cõtinebant, lege cõtinebãtur, f. 6. p. 2. li. 42. & facias eas, leg. & facies eas, fol. 7. li. 23. Furiphaſe, lege fieriphaſe, ibidẽ, li. 31. cui, lege qui, ibidẽ pag. 2. li. 38. torſi, lege torti, fol. 8. li. 2. ſe literis captum, lege ſe oculis captum, ibidẽ pag. 2. in ſin lite, lege literam, ibidem li. 22. literam occidens, lege literam occidentem, ibidem li. 41. in intellectu, lege in tellectum, fol. 10. li. 13. euangelicæ prædicationi, lege euãgelica prædicatione, ibidem li. 17. interpretationem iſtam, lege interpretationi iſti. fol. 11. li. 16. multiſque olim, lege multiſque modis olim, ibidẽ, li. 45. p. 2. re ab ſe, lege reapſe, ibidem li. 50. dictione, lege ditione, li. 29. iſta, lege iſte, f. 14. li. 37. glutini, lege glutinis, f. 16. li. 7. iſtæ, lege iſti. ibidẽ li. 40. afflati, li. afflatus, f. 17. pag. 1. li. vltima repetitur, lege reperitur. ibidẽ li. 36. Babiloni, lege Babilonis, ibidem li. 38. didicere, lege diſcere, fol. 20. li. 23. paſue, lege paſſum, ibidem, li. 44. vide, ibidẽ li. 46. vide, ibidem, p. 2. li. 26. verbum, lege verbi. fol. 22. li. 37. iliam, lege illam, ibidem vtique, lege vbique, fol. 23. li. 22. lege eadem, ibidem li. 27. quœ, lege quam, ibidem li. 34. & 35. vide, fol. 24. li. 2. priua bit, lege priuauit, ibidem li. 38. comprehenſit, lege comprehen ſa ſunt, ibidem, li. 46. varijs linguis, lege varias in linguas, ibidem, li. 6. anni, lege annis, ibidem li. 10. primarijs, & potiſsimis, lege primarij, & potiſsimi, ibidem li. 17. aliorum, lege aliarum, ibidẽ li. 24. vtruiſque, lege vtriſque, fol. 26. li. 30. ſcripta, lege ſcriptæ, fol. 26. p. 2. li. 11. de ſudio, leg. diſsidio, ibidẽ, li. 13. ſœdioris, lege fœdiores, fol. 29. li. 15. arathematis omnes, leg. anathematis cõtra omnes, fol. 31. p. 2. li. 30. depecatum eſt, lege deprecatus eſt, fol. 37. p. 2. li. 28. diuerſam, lege demerſam, fol. 56. & 47. quod, lege quæ, fol. 63. pag. 2. li. 13. in libro, lege in libros, fol. 66. li. 22. diuina, lege diurna, fol. 78. li. 5. erudis, lege à rudibus, 81. li. 21. vide. 89. li. 42. fuiſſe, lege fuſſa, li. 43. dicuntur ſacræ adeo, lege dicuntur ſacræ ſcripturæ à Deo, f. 95. p. 2. li. 36. intellegebile, lege intelligebile.

*Librum hunc Reuerendiſsimi Patris Antonij Perez, Ordinis diui Benedicti vidi & cũ ſuo archetypo contuli, quod ſacræ caſareæ Maieſtatis ſenatus idemque grauiſsimus approbauit, & ecrũ qui typis excuſsi ſunt exemplar eſſe voluit, omniaque in eo ſunt adeo vere impreſſa, vt præter ea quæ a me proxime ſunt emendata nulla vnquam inuenie ab exemplari ſuo diſcedant. Datum Matriti die decima quarta menſis Octobris, anni 1620.*

Licentiatus Franciſcus Murcia
de la Llana.

# PROOEMIVM OPERIS AD LECTOREM.

DOCTRINÆ D. Thomæ inſeruiens, penè omnem Theologicam ſummam Salmãticæ propalàm verſaui, & per triginta ferè annorum curricula, lato calamo meis auditoribus dedi. Qui licèt enixè contenderint omnia commentaria hæc in lucem cõfieri, præloquè quàm primùm tradi: voti nihilominus cõpotes non euaſerunt. Quia in tanta, tamquè illuſtri commentariorum D. Thomæ afluẽtia, hinc indè parata: quid momenti poſſent habere, aut inferre noſtra? Quia tamen vnus eſt, & in hac parte vnicus articulus D. Thomæ, vtiquè articulus decimus quæſtionis primæ, ſecundæ ſecundæ partis, in cuius elucidationem non ſatis ſe poſſunt diffundere Scholaſtici interpretes, imò nec Scripturarij, eò quòd ampliſsimam dicendi materiam, ac feneſtram ſuppeditat: ideò de excuſsione illius ſeriò ipſe ſingulariterquè cogitaui: eum ſanè in quinque volumina, ſeu quinque in partes diſtribuens: propterea quòd quinque continet primò diuerſa capita: nimirum de ECCLESIA: de CONCILIIS: de SCRIPTVRA SACRA: de TRADITIONIBVS APOSTOLICIS, & de ROMANO PONTIFICE. Quæ ad vniuerſos hæreticos profligandos, & Fideles quouſque in Fide muniendos, ipſoſque Theologos, & vtriuſque iuris peritos, nec non antiquioris literaturæ veriſsimos amatores egregiè illuminandos validiſsima eſſe videntur. Vale.

Digitized by Google

# IN DEI GLORIAM AVCTORI.

# CECINIT D. IOANNES BATHEVS IBERNVS.

AMphytrioniadis prima incunabula, crines
  Paſſa Meduſæos, Græcia iactet ouans:
Vana iuuant vanos: nihil hìc niſi luce coruſcum,
  Dum ducit Lacheſis ſtamina Pereſij.
Nobilitatis, opum, virtutum ſyrmate patres
  Conſpicui, prolis pignora nulla tenent:
Ad ſuperos fugiunt: quid non cœleſtia cogunt
  Numina, iuſtorum vis violenta precum?
Exoptatus adeſt infans, cœleſtibus aris
  Sacrandus, votis optat vterque parens.
Ilicet Auſonios latices, Ciceronis ab ipſo
  Fonte hauſtos, auido perbibit ore puer.
Bis ſeptem, egregiè compleuerat indole notus,
  Nec dum hyemes, nanus corpore, mente gygas;
Cum Benedictino Silenſia tecta cucullo,
  Doctrinà clarum, clauſtrum Onienſe videt.
Sydereis ſophiæ radijs Salmantica plaudit,
  Fulgenti, plena & pneumate corda ſtupet.
Ergo triennalis, Zamorà optante, palæſtræ
  Dux, labyrinthæas explicat ille vias.
At iuuenem, veri genitrix Prudentia, magnæ
  AEmula dum ſophiæ, ſacra nitore beat;
Conſilio Patrum ſuadente arcana ſigilla
  Olli traduntur: ſed decus omne fugit.
Palladis æternus miles cupit eſſe: vireſcens
  Inde Magiſterij tempora laurus habet.
Amphitheatra ſcientificæ ſacroſancta Sophiæ
  Mox pandit, cunctis & Schola docta patet.

Qua-

Quadrimis pluſquam luſtris, Salmantica teſtis,
Præſes ephæborum pectora dædaleat.
Tota Palæſtra Ducem ſalmantica, ſede locandum
Exoptat prima: munus at ille negat,
Poſthabitis pompis: Salmantica Præſule gaudet,
Vallisoletana Præſul in ęde micat.
Sedibus æthereis Benedictus fræna Regentem
Ordinis obſtupuit. Mantua deinde Patrem
Carpentana tenet, magni decus orbis & vrbis,
Seu calamo, teſtis pagina docta, notat;
Induperatrici validus ceu fulguret aulà
Pulpita concutiens; ceu Themis arma petat.
Lux patriæ, columen Iuris, lumenq; Sophiæ,
Inuidià maior, peruolat ora virùm,
Macte ergo, Antoni, Madriti ſplendor honoſq;
Te Superis charum fama loquetur anus.

---

# E I V S D E M

## A N A G R A M M A.

*P A T E R   A N T O N I V S   P E R E Z.*

Paternas renuit opes.

Cur tot virtutum & ſophię, Pandòra beata,
Vni Pereſio prodiga dona dedit?
Cœlicolùm ardenti quòd tactus amore, *paternas*
*Præclaras renuit* Relligioſus *opes*.
Neſtoreoſq; annos vbi vicerit, aſtra petenti
AEternanda Deus cœlica regna dabit.

Digitized by Google

# VOLVMEN PRIMVM.

## DE ECCLESIA;

*AD ILL.^mum ARCHIEPISCOPVM BVRGENSEM.*
*Summi Senatus Principem.*

**AVCTORE**

Fr. Antonio Perez Monacho Benedictino.

***Cum duplici indice rerum notabilium, & verborum Scripturæ ſacræ.***

CVM PRIVILEGIO.

*MATRITI,*

APVD VIDVAM ILDEPHONSI MARTIN.

*Anno M. DC. XX.*

Digitized by Google

# AD ILLVSTRISSIMVM D. D. FERDINANDVM DE AZEVEDO,

Archiepiſcopum Burgenſem, & ſummi ſupremiquè Regnorum Hiſpaniæ Senatus ſummum ſupremumquè Præſidem,

*Fr. Antonius Perez Salutem.*

VNIVERSALIS Eccleſiæ vniuerſalia præconia, quæ ipſe propugnaturus ſuſcepi, non modò tibi dicare, PRÆSVL PRÆSESQVE ILLVSTRISSIME, verùm tuiſmet encomijs exprimire, & quodammodo conferre, nō dubito. Qui enim generis antiquitate, vt claritate fulges: regendi peritia, vt morum honeſtate vales: pietate, vt iuſtitia luces; bonorum remuneratione, vt malorum punitione radias: ac demum vtroquè gladio polles: vniuerſalis Eccleſiæ (quæ his omnibus micat) typum geris. Vt igitur ſimilis gaudeas ſimili, dico, dedicoquè Eccleſiam Eccleſiæ. Valeas.

VOLV-

Digitized by Google

# VOLVMEN PRIMVM DE ECCLESIA.

## DVBIVM PRIMVM.

*Vtrùm ſit Eccleſia.*

### SVMMARIVM DVBII.

1 *Eccleſiæ encomium.*
2 *Eccleſiæ æthymon.*
3 *Eccleſiæ,& ſynagogæ diſcrimen.*
4 *Eccleſiæ nomen honorabile.*
5 *Eccleſiæ variæ acceptiones.*
6 *Eccleſia ſubijcitur ſenſibus.*
7 *Eccleſiam eſſe de fide eſt.*
8 *Eccleſiam eſſe maximè neceſſariam.*
9 *Eccleſiæ inſtitutio planè diuina.*
10 *Eccleſiæ,& ſynagoga longè diſtant.*

## CAPVT PRIMVM.

*Notabilia pro intelligentia tituli.*

Eccleſiæ encomiũ

1 A NOTIORIBVS, & vniuerſalioribus *a* opus iſtud aggredimur: vtique ab Eccleſia magna, quæ eſt illud tabernaculum Dei (vt Auguſtinus *b* notauit) in ſole poſitum. Quare propoſitum dubium parum nobis negotiũ faceſſet: ſiquidem ſermonem inducit de re omnium oculis peruia, & luce ipſa meridiana illuſtriori. Vnde ſola huius vocis. *Eccleſia*, ethymologia explicata, præſens quæſtio enodabitur.

Eccleſiæ æthymõ.

2 Ad hoc autem in primis quatuor nobis expendenda ſunt. Primum Bellarmi. *c* ly Eccleſia eſſe nomen Græcum, & originem ducere à verbo Græco, æk kaleo, quod ſignificat inuoco, ſeu conuoco: vnde Eccleſia, idem eſt, quod conuocatio, ſicut Eccleſiaſtes, idem quod concio, ſeu concionator, ſeu conuocatio. Et ratio huius eſt, quia (vt obſeruauit Iullius primus Pontifex, *d* noſterque Rabbanus, *e* & alij) Eccleſia omnes ad ſe vocat. Ex quo illud Cyrilli Hieroſ. *f Apertè Eccleſia vocatur, quaſi dicas conuocatio propter omnium conuoca-*

a Pſalm.38.
b Tract.2.in Ioã.
c Tom.1.lib.de Eccleſia milit. cap.1.
d Apud Burcha. lib.3.decret.c.1
e Lib. de cleric. inſtitut.c.1. Iuo. Canot.lib.1.Cano.3.de locis c.2.
f Cathec.18.



Digitized by Google

*f Vbi ſupra.*

*tionem, & congregationem.* Aliam huius rei rationem redit Cano *f* inquiens quod Eccleſia hoc nomine inſignita eſt, quia quotquot ad eam confluunt, non meritis, & iuſtitia ſua, ſed potius Dei gratia, atque vocatione conueniunt: & hoc ſibi colligit ex illo Pauli: *g Omnibus, qui ſunt Romæ, vocatis ſanctis.* Ideſt, omnibus Chriſtianis (hoc enim ſignificat ly Sanctis) à Deo, & Dei gratia vocatis in ſuæ Eccleſiæ cœtum. Et ex illo *h* eiuſdem. *Eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi, vocatis ſanctis:* Et mox. *fidelis Deus per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius Ieſu Chriſti.* Eccleſia igitur, ſiue quia omnes vocat, ſiue quia ſine meritis vocat, dicitur conuocatorum congregatio.

*g Rom. 1.*
*h 1. Cor. 1.*

*i In Pſal. 81. v. 1*
*K 8. Ethic. cap. 8*

Diſcrimen Eccleſiæ, & ſynagogæ.

3 Secundum eſt cum Auguſtino, *i* & Iſidoro, *K* quòd licet ferè idem ſignificet ly ſynagoga, quòd ly Eccleſia, eſt tamen multum diſcriminis inter ipſa nomina: nam ſynagoga licet ſit idem quod congregatio, non tamen diſtinguit inter congregationem, & congregationem; ſed tantùm ſignificat congregationem: quod nomen indifferens eſt, tàm ad pecorum, quàm etiam ad lapidum, hominum, Angelorumve congregationem. At Eccleſia cùm ſignificet congregationem conuocatorum, conſequenter ſignificat cœtum creaturarum rationalium: quoniam iſtæ tantùm ſunt, quæ poſſunt vocari, & per concionem, & conuocationem vniri. Et licet re ipſa etiam ſynagoga Iudæorum fuerit conuocatorum congregatio, vt notauit Cyrillus Hieroſol. & colligi poteſt ex eo quòd non rarò in ſacris literis vocatur Eccleſia; iuxta illud Numerorum. *l Peribit de medio Eccleſiæ.* Et iterum. *m Cur eduxiſtis Eccleſiam?* Et iuxta illud Pſalmi. *n In medio Eccleſiæ laudabo te.* Tamen ex meritis ly ſinagogæ non importatur hæc vocis excellentia, vt importatur per hoc nomen Eccleſia. Et ita Eccleſia, vel ipſo ſuo nomine ſeſe dignificat, & ab ſynagoga diſtinguit. Maximè quia (vt obſeruauit Auguſtinus *o*) licèt ſynagoga aliquando obtinuerit nomen Eccleſiæ, vt probat ex ſupradictis, Eccleſia tamen nunquam ſynagogæ nomine fuit appellata: vtpote, quia ſuapte natura, non eſt qualiſcumque congregatio, ſed rationalium, vide capitis ſequentis, num 9.

*l Num. 19.*
*m Num. 20.*
*n Pſalm. 21.*
*o In Pſalm. 8.*

Eccleſiæ nomen ſemper honorabile.

4 Tertium eſt, quòd licèt nomen hoc Eccleſia indifferens ſit ad congregationem bonorum, & malorum regulariter tamen nunquam ponitur abſolutè pro aliqua congregatione malorum; ſed quotieſcumque pro tali congregatione accipitur, ponitur cum addito. *p Odiui Eccleſiam malignantium.* Vbi non dicitur abſolutè odiui Eccleſiam, vtpote quòd Eccleſia non ſolùm vſurpatur pro rationalium congregatione; ſed etiam pro congregatione rationali, adeò, vt propter hoc dicatur Eccleſia ſanctorum, iuxta illud Pſalmi. *Laus eius in Eccleſia ſanctorum.* Notanter autem dixi regulariter, quoniam ſcriptum eſt. *q Erat enim Eccleſia confuſa*, ſed ly confuſa extrahit eam à ratione Eccleſiæ ſimpliciter ſumptæ: quoniam (vt ait Clemens Roman. *r*) *Eccleſia non confuſionis, ſed ordinis, & diſpoſitionis eſt magiſtra.* Et ideò Eccleſia confuſa, idem eſt, quod non Eccleſia, aut ſaltim idem quod Eccleſia abuſiuè, & impropriè dicta: potius enim eſt aceruus quàm congregatio, & concio.

*p Pſalm. 25.*
*q Actor. 19.*
*r Lib. 8. recogni. cap. 36.*

*ſ Vbi ſup.*
*t Lib. ſummæ de Eccleſia.*
Iudith. 6. 21.
*v Rom. 16.*
*x Lib. 2.*
*y In Lelium.*

Variæ acceptiones Eccleſiæ.

5 Quartum eſt, quòd Cardinales Bellarmin. *ſ* & Turrecremata *t* obſeruarunt, ſcilicet, Eccleſiam bifariam accipi, ſcilicet, pro loco in quo conueniunt congregati, iuxta illud Iudi[illegible]. *Omnis populus, per totam noctem in Eccleſia orauerunt.* Et etiam pro ipſa congregatione, & cœtu hominum collectorum, iuxta illud Pauli. *v Salutat vos omnis Eccleſia.* Sane vt hoc nomen concio, tâm ſignificat locum in quo conuocati conueniunt, iuxta illud Titi Liuij. *x Vocato ad concilium populo ſumiſsis faſcibus in concionem aſcendit.* Quàm etiam, pro multitudine populi aſsiſtentis, iuxta illud Ciceronis. *y Concio, quæ ex imperitiſsimis conſtat tamen iudicare ſolet.* Et ſicut ciuitas aliquando ſignificat locum habitationis, aliquando vero ciues ipſos habitantes, ita Eccleſia aliquando ſignificat locum congregationis, aliquando vero ipſas perſonas congregatas, & hoc ſecundo modo accipitur hîc.

CA-

Digitized by Google

# CAPVT SECVNDVM.

## Dubij reſolutio.

Oculis peruia eſt *Ec*cleſia.

6 HIS ita præmiſsis facilè erit, tàm mente, quàm ſenſu aſſequi affirmatiuam partem quęſtionis. Ad ſenſum enim patet eſſe in rerum natura congregationem, & concionem vocatorum ad fidem Chriſti, vtique rempublicam Chriſtianam, & proinde Eccleſiam. Dixit enim Auguſtinus v aliquando de ea. *Ecce mons implens vniuerſam faciem terræ, ecce ciuitas de qua dictum eſt, non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.* Et rurſum. *Non eſt Eccleſia operta, quia non eſt ſub modio, ſed ſuper candelabrum vt luceat omnibus qui in domo ſunt.* Chryſoſtomus etiam. x *Facilius eſt ſolem extingui, quàm Eccleſiam obſcurari.* Si igitur neque ad ſenſum Eccleſia poteſt latere, conſequens eſt, vt in omnium oculos incurrat, & proinde quod veritas illius, non ſolûm percipiatur mente, ſed etiam ſenſu.

v *Tractatu 1. in epiſtolam Ioannis, & de vnitate Eccleſiæ contra Petil. c. 14.*
x *Hom. 4. de verbis Eſai.*

De fide eſt eſſe Eccleſiã.

7 Nec ſolûm diſcurſu, & viſu Eccleſiæ veritas conſpicua eſt, ſed etiam Catholicæ fidei authoritate munita, iuxta illud ſymboli Nicœni. *Credo ſanctam Eccleſiam*, id eſt, credo eſſe Eccleſiam. Cui conſonant reliqua Conciliorum ſymbola infra citanda, & diffinitio Nicolai Pont. diffinientis eſſe Eccleſiam conſtantem ex collectione fidelium, & credentium.

Nihil ita expediẽs vt *Eccle*ſia.

8 Et ſanè, ſi conuenientia rei arguit exiſtentiam illius (ſæpè enim quæſtio de poſsibilitate, & exiſtentia rei confunditur cum quæſtione de conuenientia illius: quia quæ neceſſaria, nec repugnant, nec negantur) nihil ita conueniens, vt Eccleſia: tûm quia nihil naturæ rationali ita congruum, quâm congregabilitas, & ſocietas, adeô, vt dicat Cicero. y *Magnitudo animi, remota communitate, coniunctioneque, feritas eſt, & immanitas, & conſociatio vincit cognitionis ſtudiũ.* Tùm quia congregatio inſtituta, non ad terrenarum quidem, ſed ad rerum diuinarum cognitionem, & acquiſitionem, non ſolûm eſt naturæ rationali conſona, ſed neceſſaria, vt vnicum ad ſummam fœlicitatem medium. Cûm igitur Eccleſia, & congregatio ſit, & congregatio vocatorum, non tantùm ad cognitionẽ, ſed etiam ad poſſeſsionem rerum ſupernaturalium, conſequens eſt, vt conuenientiſsima ſit, imò & apprimè neceſſaria, & proinde, quòd ſi Deus in neceſſarijs non deficit, quòd de facto inſtituerit congregationem iſtam, & tandem, quòd ipſa congregatio ſit.

y *Lib. 2. de officijs ad finem.*

Eccleſiæ inſtitutio planè diuina.

9 Inde eliciat Theologus duo: Primum eſt vocationem iſtam, Eccleſiæ voci annexam (de qua cap. præcedenti) diuinam præcipuè eſſe, non humanam; vtpote quod ad tantum culmen (vtique ad finem ſupernaturalem) non humana ratio, & prudentia, ſed diuina ſapientia, & conſiliũ poterant inuitare, vnde Eſai. z *Ipſe ædificabit ciuitatẽ meã. Et iterũ.* a *Fundabo te in Saphiris. Et rurſum:* b *Ipſe fundauit eã altiſsimus.* Videatur Auguſtinus. c Secundũ eſt, quod ratio potiſsima ob quã olim fidelis populus ſynagoga vocabatur, hoc eſt congregatio, cœtus vero Chriſtianorum dicatur Eccleſia, ea eſt (vt notauit Auguſtinus d) quia ille populus pecudum more (quibus magis congregari conuenit) terrena, & caduca expectabat tantûm bona, populus autem Chriſtianorum cæleſtia, & diuina conſectatur.

z *Iſai. 45.*
a *Cap. 54.*
b *Pſalm. 86.*
c *Lib. 1. de ciui. Dei, à cap. 1.*
d *In Pſal. 77. & 81.*

Eccleſia, & ſynagoga longè diſtãt.

10 Quare etiam ab ipſis immaniſsimis barbaris, aliquando illi habitus honor eſt, rem ſiquidem narrantibus, Auguſt. e & alijs cum Romam Barbari occuparunt, & ſi aliâs truces, atque in reliquos hoſtili more ſæuientes, omnes tamen Romanos indemnes, intactoſque ſeruarunt, qui ſe ad Chriſtianorum Eccleſias, vt ad ſacram anchoram receperunt. Quod ſi vel iſti Eccleſiam Chriſti, non ſolùm agnouerunt, ſed religioſis obſequijs honorarunt, conſequens eſt eſſe omnibus peruiam, & vniuerſorum manibus contrectatam.

e *De ciuitat. Dei lib. 1. c. 1. Sozomenus lib. 9. cap. 9. Nicephor. lib. 13. c. 35. Oroſius, lib. 7. c. 39. Caſſio. lib. 12. var. epiſt. 20. Iſid. in chronic. Gothorum.*

# DVBIVM SECVNDVM.

## *Vtrùm Eccleſia ſit corpus Chriſti.*

## *SVMMARIVM DVBII.*

1 *Quid ſit Eccleſia.*
2 *Eccleſia eſt corpus Chriſti myſticum.*
3 *Eccleſia inumbrata per candelabrum aureum.*
4 *Quomodo vna Eccleſia cõſtet multis.*
5 *Tripliciter poteſt aliquid dici vnum.*

# CAPVT VNICVM.

1 PAVCIS expedita quæſtione præcedenti de Eccleſia quãtũ ad quæſtionẽ, An eſt, ſequitur vt aggrediamur quæſtiones de eo quod, Quid eſt. Primũ autẽ, quod in hac parte examinandũ occurrit, illud eſt, an Eccleſia ſit corpus Chriſti. *Quid ſit Eccleſia.*

2 ¶ In quo, præmiſſa diſtinctione corporis in corpus naturale, & myſticum, ſeu morale, certo certius
a *Rom.17.* eſt Eccleſiam eſſe corpus Chriſti myſticum: iuxta illud Pauli *a Multi vnum* *Eccleſia eſt corpus Chriſti myſticum.*
b *1.Cor.12.* *corpus ſumus in Chriſto* Et iuxta illud eiuſdem. *b Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.* Et alibi. *Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ.* Et rurſum. *Adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.*

c *Homil.6. in Ezech.* 3 Hinc Gregorius noſter *c* explicans illud Exodi. *Facies candelabrum ductile de auro mundiſſimo haſtile eius, & calamus ex ipſo procedentia, &c.* inquit. *In candelabro aureo Redemptor humani generis deſignatur, qui in natura humanitatis infulſit lumen diuinitatis, haſtile vero eiuſdem candelabri ipſa Eccleſia debet intelligi, quæ corpus eius eſt.* Ratio autem eſt, quod cum ex vna parte Eccleſia, non ſolùm ſit congregatio vocatorum; ſed congregatio diuerſorum ad diuerſa munera exequenda, iure obtinuit ſibi nomen corporis: quia proprium corporis eſt ex varijs conſtare *Eccleſia inumbrata per cãdelabrũ aureum.*
d *Rom.12.* membris ad varios vſus. Ex quo illud Pauli. *d Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus ſumus in*
e *1.Cor.12.* *Chriſto.* Quod adhuc proſequitur plenius idem Apoſtolus alibi. *e*

4 Sed obijcies Eccleſiam debere eſſe vnam, vt in ſymbolo Nicœno fatemur omnes cùm dicimus. *Et vnam ſanctam Eccleſiam Catholicam, &c.* Et proinde conſtare non poſſe ex aliquo corpore continente plura membra ſimpliciter plura. *Quomodo vna Eccleſia diuerſis conſtet partibus.*
f *1.Cor.12. lect. 3.* 5 Reſpondetur tamen cum D.Thom. *f* quod tripliciter poteſt aliquid fieri & dici vnum per ſe (iuxta quæ ab Ariſtot. *g* referũtur in lib. 5. Met.) vno modo
g *lib. 5. Met.* indiuiſibilitate, vt vnitas, & punctum, iuxta quem modum vnitas excludit totaliter multitudinem, hoc eſt, tàm actualem, quàm potẽtialem: quia punctum, nec diuidi, nec multiplicari poteſt, non ſolùm de facto, verum, nec de poſsibili. Alio modo continuitate, vt linea, & ſuperficies, qui modus vnionis excludit multitudinem actualem, non tamen potentialem; linea enim actu non eſt plures lineæ, poteſt tamen eſſe plures. Tertiò modo integritate, qui modus vnitatis non excludit multitudinem, neque actualem, neque potentialem, ſicut domus eſt vna vnitate integritatis, cum tamen conſtet ex diuerſis lapidibus, & lignis, & eodem modo corpus hominis, atque etiam cuiuslibet animalis etiam eſt vnum, vtique vnitate integritatis: quia eius perfectio integratur ex diuerſis membris, ſicut ex diuerſis animæ inſtrumentis. Vnde anima dicitur actus corporis organici, id eſt, corporis conſtituti ex diuerſis organis. Quare cum Eccleſiæ vnitas non ſit vnitas indiuiſibilitatis, neque etiam continuitatis, ſed potius integritatis, non obeſt quod ex diuerſis partibus conſtet: imò requiritur quod conſtet ex partibus diuerſis, ad hoc, vt verè, licèt metaphoricè, ſortiri poſsit corporis nomen, cuius eſt per varia organa varios vſus habere. Igitur (vt vnde deflexit, reuocetur oratio) cum ex hac parte Eccleſia ſit corpus myſticum, & *Tripliciter poteſt aliquid dici vnum.*
h *Ioan.1.* ex alia habeat vitam & motum à Chriſto Domino, iuxta illud. *h De plenitudine eius omnes accepimus.* Conſequens eſt, vt etiam ſit corpus Chriſti, à quo, tanquam à capite, recipit influxum, & motum.

DV-

Digitized by Google

# DVBIVM TERTIVM.

## *Vtrùm Eccleſiæ corpus ex Angelorum, & hominum ſimul cœtu coaleſcat.*

### *SVMMARIVM DVBII.*

1 *Eccleſia vniuerſaliter dicta conſtat ex hominibus ſimul, & Angelis.*
2 *Chriſtus eſt caput omnium Angelorum, & hominum.*
3 *Alia eſt Eccleſia ſpecialis Angelorum, alia hominum.*
4 *Scripturæ diſtingunt inter iſtas Eccleſias.*
5 *Id authoritate ſanctorum, & ratione oſtenditur.*
6 *Quinam redempti dicantur.*
7 *Aliter influit Chriſtus in homines, quàm in Angelos.*
8 *Homines, non Angeli, lauacro egent.*

DIXIMVS dubio 1. c. 1. Eccleſiam ſignificare congregationem, non qualemcunque, ſed rationalium: cùm autem præter homines, & Angelos nullas ſupereſſe rationales creaturas, vnde dubium hoc introducitur ad examinandum, ex quibus nam rationalibus creaturis Eccleſiæ corpus conſtituatur, hominibus vtique, an Angelis.

## CAPVT PRIMVM.

### Oſtenditur Eccleſiam vniuerſaliter dictam coaleſcere ex Angelis, & hominibus.

*Eccleſia vniuerſaliter ex hominibus, & Angelis conſtat.*

1 PRO deciſione huius dubij diſtinguendum eſt de Eccleſia vniuerſaliter dicta, & de Eccleſia ſpecialiter, & particulariter nominata. Quo poſito dicendum eſt in primis, quod ſi loquamur de Eccleſia vniuerſaliter dicta, tâm comprehendit homines, quàm Angelos. Hoc aſſertum expreſſe habetur apud D. Tho. a & conſtat ex illo Pauli. b *Ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus eius*, id eſt, ſupra Eccleſiam conſtantem, tâm ex Angelis, quàm etiã ex hominibus, vt interpretantur Chryſoſt. c Hieron. & Theophil. ibidem; & patet ex verbis ſequentibus apud eundem Paulum, ita dicentem, *Conſtituit eum* (ſcilicet, Deus Pater Chriſtum) *ad dexteram ſuam in cæleſtibus ſupra omnem Poteſtatem, & Principatum, & Virtutẽ, & Dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non ſolùm in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius.*

a *3. p. q. 8. art. 4.*
b *Ad Epheſ. 1.*
c *Chryſoſt. Hieron. & Theophil. ſuper ad Epheſ. 1*

*Chriſtus eſt caput omnium rationalium.*

2 Conſtat iterum ex eo quod (vt Auguſtinus d habet) ex Angelis & hominibus cõſtatur vna Reſpublica ſubiecta vni capiti, videlicet, Chriſto. Ergo etiam vna Eccleſia. Antecedens huius argumenti planè probatur teſtimonio illo. e *De plenitudine eius omnes recepimus*, omnes vtique, tâm Angeli, quã homines gratiæ ſupernaturalis capaces. Vnde Gregorius noſter, f dum interpretatur illud. *Et non eſt alius extra te*, inquit. *Nullus hominum, neque Angelorum ſanctus, niſi propter Chriſtum.* Si ergo tâm Angeli, quàm homines habent idem caput, conſequens eſt, quòd reſpectu illius ſint vnum, & idem corpus, quia membra quantumuis numero plurima, & ſpecie diuerſa, ſi tamen vni capiti ſubordinantur in ratione vitæ, vnum duntaxat corpus conſtituunt. Vnde eſt, quòd Franciſcus Turrianus, g adducit Canonem Concilij Nicœni dicentis vnam eſſe Eccleſiam in cælis, & in terra, hoc eſt, ex Angelis, & hominibus. Et hoc potiſsimum habet locum in ſententia ſanctorum aſſerentium homines fuiſſe prædeſtinatos ad ſupplendas Angelorum ruinas. Maximè autem habet locum in ſententia Chryſoſt. h dicentis Angelos eſſe ſeruos Chriſti, & conſeruos hominum. Conſtat autem cõſeruos vnum ad integrare corpus reſpectu ſui Dñi,

d *In Enchirid. cap. 56.*
e *Ioan. c. 1.*
f *Super 1. Reg.*
g *Lib. 1. de dogm. iuxta principiũ.*
h *Hom. 3. ſuper ad Heb.*

 CA-

Digitized by Google

# CAPVT SECVNDVM.

## Oſtenditur, tàm angelos, quàm homines conſtituere diuerſas Eccleſias ſpecialiter dictas.

3 SVB eadem præmiſſa diſtinctione ſecundô dicendum eſt, tâm angelos, quàm homines ſeorſum cõſideratos ſingulas Eccleſias conſtituere loquendo de Eccleſia particulariter dicta. Prima pars huius aſſerti, videlicet, Angelos cõſtituere ſuam ſpecialem Eccleſiam, patet ex illo Pauli. h *Qui eſt caput omnis Principatus, & Poteſtatis.*

4 Secundò ex illo eiuſdem i *Complacuit* (ſcilicet, Patri æterno) *per eum* (ſcilicet, per Chriſtum) *Reconciliare omnia pacificans, per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt.* Tertiò ex illo eiuſdem. K *Propoſuit inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis, & quæ in terra ſunt.* Quo loco Græci pro ly *Inſtaurare*, habetur, *Recapitulare*: ad denotandum quod ſub vno Chriſto omnia quodammodo vnum effecta ſunt. At non ſunt effecta vnum omnibus modis, quoniam longê aliter habet ſe Chriſtus reſpectu hominum, quàm reſpectu Angelorum. Ergo alia eſt ratio influentiæ capitis Chriſti in Angelos, alia vero in homines. Quartò conſtat ex illo Matthæi. l *Et ecce Angeli acceſſerunt & miniſtrabant ei*, Quintò ex illo Petri. m *Qui eſt in dextera Dei profectus eſt in cælum ſubiectis ſibi Angelis, & Poteſtatibus, & Virtutibus.* Sextò ex eo quod (vt Dionyſ. n habet) Chriſtus ſpecialiter illuminat Angelos, quod eſt præcipuum capitis officium.

*Alia eſt Eccleſia ſpecialis Angelorum, alia hominũ. Scripturæ diſtingunt inter Eccleſiam Angelorũ, & hominum.*

h *Ad Colloſen.* 2
i *Ad Colloſen.* 1.
K *Ad Epheſ.* 1.
l *Matth.* 4.
m 1. *Petr.* 3. *n.* 22
n 7. *Cæleſ. hie.*

5 Septimô ex eo quod Chriſtus Dominus, non ſolùm vt Deus, ſed etiam vt homo eſt caput Angelorum; vt expreſſe aſſerere videntur Hieronymus, o Auguſtinus, p Hilarius, q & D. Tho. r Et colligi poteſt, tùm ex præallegatis teſtimonijs in hoc 2. cap. Tûm quia, vt ait D. Tho. ſ Chriſtus iudicaturus eſt etiam Angelos, tùm denique ex eo quod (vt habet Cyrillus Alexandrin. t Gregorius noſter, v Laurentius Iuſtinianus, u Rupertus noſter x & etiam D. Tho. y Chriſtus influit gratiam in Angelos, in quantum propter eius merita gratificati ſunt.

6 Cûm ergo Chriſtus ſit caput illorum, & non ſecundûm communem rationem Redemptoris, vt conſtat ex Auguſtino, z dicente ex Zoſymo Papa. *Nullus redimitur, niſi ſub peccato inueniatur*, ſub quo tamen Angeli inuenti non ſunt: ſed etiam ex eo quod propriê loquendo Chriſtus non ſubijt mortem pro Angelis, vt habent Auguſtinus, Bernardus, a & alij: conſequens eſt vt ſpecialiter, & particulariter habeat influxum in eos, & proinde quod ſpecialem Eccleſiæ rationem cum eis adintegret. Hæc autem ſpecialis Eccleſia meritô appellari poteſt Eccleſia primitiuorum, vtpote, quod ab Angelis cœpit Eccleſia exiſtere in rerum natura.

*Sanctorũ authoritate, & rationũ pondere oſtenditur Angelos aliã ſpecialẽ ab hominibus Eccleſiã cõficere. Quinam redẽpti dicãtur.*

o *Super ad Epheſi.* 1.
p *Vbi ſupra, & concione* 5. *in Pſalm.* 36.
q *In Pſal.* 139.
r 3. p. q. 8. art. 5
ſ 3. p. q. 56. ar. 6
t *Lib.* 5. *in Iſaiam.*
v *Homil.* 14. *in Ezech.*
u *Serm. de Aſſump. Virg.*
x *Lib.* 2. *de proceſ. Spiritus ſancti, cap.* 21.
y 3. p. q. 8. art. 1. & 4.
z *In Enchyr. c.* 71
a *Serm. in fer.* 4. *Heb. ſanctæ.*

7 Secunda etiam pars huius aſſertionis probata manet ex dictis pro præcedenti. Cõſtat enim ex illis, quòd licet Chriſtus omnia in vnum redegerit tamquã vniuerſorum rationalium caput, ſpecialem tamen influendi rationẽ obtinuit apud Angelos, quam non obtinuit apud homines. Etenim apud homines obtinuit rationem influendi redemptionem, & redemptionis effectus per meritũ mortis, & crucis, non autem apud Angelos. Conſtat autem diuerſam influendi ratione diuerſitatem aliquam arguere erga corpora exigẽtia diuerſitatẽ iſtã.

*Aliter, & aliter influit Chriſtus in homines, & in Angelos.*

8 Sed adhuc probari poteſt ex eo, quod, vt inquit Paulus b Eccleſia hominũ eſt Eccleſia regeneratorum per baptiſmi lauacrum, ita enim ait. *Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus Eccleſiam, qui ſe ipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret mũdans lauacro aquæ in verbo vitæ.* Vnde cum Eccleſia Angelorum lauacro iſto regenerata non fuerit, vtpote, quæ mundicia ſeruata lauacro non eguit: cõſequens eſt, vt Eccleſia hominum ſit alia ab Eccleſia Angelorũ ſingulariter, vel particulariter dicta. In hoc autem tractatu ſermo inſtituitur de ſola Eccleſia hominũ.

*Homines, non Angeli, lauacro egent.*

b *Ad Epheſ.* 5. *n.* 25



Digitized by Google

# DVBIVM QVARTVM.

## *Vtrùm Eccleſiæ corpus conſtet ex hominibus beatis tantùm, an etiam ex viatoribus?*

## *SVMMARIVM DVBII.*

1 *Cur Eccleſia dicitur cæleſtis Hieruſalem.*
2 *Alia eſt Eccleſia militans, alia triũphans.*
3 *Vtraq; Eccleſia figuris inumbrata eſt.*
4 *Præſens dubium de Eccleſia militante procedit.*
5 *Cur Eccleſia militans appelletur cæleſtis.*
6 *Cur Eccleſiæ fides dicatur beatitudo.*

Cur Eccleſia dicatur cæleſtis Hieruſalem.

1 ANSAM huic dubio præbet commune illud nomen cæleſtis Hieruſalem, quo Eccleſia inſignitur, tàm in ſacris literis, quàm etiam in Concilijs, & apud Sanctos Patres. Vnde cûm Hieruſalem idem ſit quod viſio pacis, hoc eſt, viſio omnium bonorum, nomine pacis deſignatorum, conſequens eſt, vt Eccleſia tantûm conſtare videatur ex hominibus videntibus omne bonum, & proinde ex beatis tantûm, non autem ex viatoribus.

Alia eſt Eccleſia militãs, alia triũphans.

2 Sed nihilominus diſſidium hoc facilem concordiam inueniet præmiſſa ſemel diſtinctione Eccleſiæ militantis, & triumphantis: dum enim ſermo habetur de Eccleſia triumphante, perſpicuum eſt, quod tantûm conſtare poteſt ex hominibus illis, qui ambulant (vt inquit Paulus) per ſpeciem, & proinde ex comprehenſoribus, & beatis, qui oculo ad oculum Deum intuentur: cum autem ſermo eſt de Eccleſia militanti, etiam perſpicuum eſt, quod adintegratur, & conficitur tantûm ex hominibus illis, qui peregrinantur à Domino, & ambulant per fidem, & quibus licet exultationes Dei ſint in gutture eorum, gladij etiam ancipites inueniuntur in manibus eorum; vtpote milites Eccleſiæ militãtis armati ſemper propter timores nocturnos. Vnde licet, tâm iſti, quàm illi conficiant vnam Eccleſiam vniuerſaliter ſumptam, vtpote quod ab vno capite Chriſto vitam, & motum participant ſub eadem Redemptoris & regeneratoris ratione, ſpecialiter tamen, & particulariter dictas aliam, & aliam Eccleſiam conficiunt, & adeò aliam, vt eſt longè aliud credere, & videre, pugnare, & victor euadere, peregrinari, & in patria requieſcere.

Eccleſia militãs, & triumphans figuris inumbratæ

3 Inde Chryſoſt. a inquit. *Tabernaculũ Moyſis, & templũ Salomonis ferebant imagines, & figuras duarũ Eccleſiarũ Chriſti, eius, quæ eſt in mũdo, & eius, quæ eſt in cælis Eccleſiæ, quæ eſt in mũdo, imago eſt Moyſis, tabernaculũ quod erat tuguriũ in quo congregari poterant, quod Romani vocant papilionẽ, & à loco in locũ frequẽter transferebatur, Eccleſiæ autẽ, quæ eſt in cælis tẽplum quod eſt in mõte, duæ Eccleſiæ numero, vna autẽ modo fidei, de ea; quæ eſt in mundo dicebat Dominus:* b *Super hanc petrã ædificabo Eccleſiam meã, & de cæleſti Apoſtolus:* c *Acceſiſtis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis Hieruſalem cæleſtem, & ad multitudinem millium, Angelorum frequentiam, qui conſcripti ſunt in cælis.* Ecce diſcrimen Eccleſiæ militantis, & triumphantis, iuxta diſcrimen tabernaculi militantium ſub Moyſe, & in templo Salomonis orantium, ſacrificantium, & vota redentium in Hieruſalem.

a *Super illud Pſal. 14. Domine quis habitabit, &c.*
b *Matth. 16.*
c *Heb. 12.*

Hic de militanti Eccleſia eſt ſermo.

4 Nobis autem in præſenti ſermo habendus eſt non quidem de Eccleſia triumphanti, ſed tantum militanti, de qua dixit Apoſtol. d *Dic Eccleſiæ:* & iterum. e *Attendite vobis, & vniuerſo gregi in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Conſtat autem, quòd nec præcipimur deferre incorrigibilium fratrum nomina ad beatorum ſedes, ſed tantûm ad viatorum; nec deputari Epiſcopos, vt triumphantem Eccleſiam regant, ſed tantûm militantem.

d *Matth. 18.*
e *Actor. 20.*



Digitized by Google

5 Neque obeſt, quod omnis Eccleſia condecoretur nomine cæleſtis Hieruſalem; quoniam nulla eſt Eccleſia Chriſti, cui, vel in re, vel in ſpe, non contingat viſio pacis. Quare fideles ipſi appellantur beati, & cognitio, quæ eſt per fidem, dicitur beatitudo in ſacris literis, juxta illa Chriſti Domini verba. *Pater clarifica Filium tuum*, & iterum d *ſicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt det eis vitam æternam. Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Vbi ſermonem eſſe de cognitione, quæ eſt per fidem (præterquam quod expreſſe aſſeritur à Cyrilo e diuerſis in locis; & ab Hilario. f Theophil. g & alijs) inde conijcit ſibi Alfonſus de Caſtro, h quod Chriſtus eo loci nõ orauit Patrẽ, vt illũ per clarã eſſentiæ ſuæ viſionem clarificaret, ſed potius per fidei cognitionem: quia tunc Chriſtus clarificatus eſt, cûm nõ clarè, id eſt, euidenter; ſed clarè, id eſt, firmiter, & ſine dubio fuit cognitus per fidem, quod eſſet Filius Dei.

Cur etiã Eccleſia militans appelletur cæleſtis.

d *Ioan. 14. verſ. 2. & 3.*
e *Lib. 11. in Ioan. cap. 66. & lib. de fide ad Reginas.*
f *Lib. de vnitate Patris, & Filij.*
g *Sup. Ioa. 17. Maldon. ibi.*
h *De hæreſ. verbo. Beatitudo hæreſi. 4.*

6 Alibi etiam dixit Dñs. i *Qui credit in Filiũ Dei habet vitã æternã*; vtique, quia fides eſt inchoatio beatitudinis: Et quidem ſi in ſacris literis dicũtur beati, qui beatitudinis viã adorſi ſunt, juxta illud Pſal. k *Beatus vir qui nõ abijt in cõſilio impiorũ*, & iterũ. l *Beatus vir, qui timet Dñm*, & rurſum m *Beati pauperes ſpiritu*, nõ eſt cur fidei denegetur beatitudinis præconium & cognomẽ: ſiquidẽ ſalutis eſt initiũ, & fundamentũ. Et licet ænigmaticè, atque per ſpeculum, nihilominus dicitur viſio eorundẽ bonorum, quæ beati facie ad faciem intuentur, juxta illud Apoſtoli. n *Videmus nunc per ſpeculum, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.*

Fides cur dicatur beatitudo.

i *Ioan. 3. v. 36.*
k *Pſal. 1. ver. 1.*
l *Pſalm. 113. verſic. 1.*
m *Matt. 5. ver. 3*
n *1. Cor. 13. 12*

# DVBIVM QVINTVM.

## *Vtrùm Eccleſia conſtet ex animabus purgatorij?*

## *SVMMARIVM DVBII.*

1 *Animæ purgatorij pertinent ad vniuerſalem Eccleſiam.*
2 *Arguitur quod ad nullam Eccleſiam pertineant.*
3 *Animæ purgatorij ſpecialem conſtituunt Eccleſiam.*

1 COMPERTVM eſt Eccleſiam vniuerſaliter dictam, etiam comprehendere animas Purgatorij, ſiquidem ſunt membra colligata nobiſcũ ſub vno capite Chriſto, & ideò dolemus pœnas illarũ, quia vt Paulus inquit. a *Siquid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra.* Et propter eandem rationem preces apud Deũ fundimus pro leuamine, & luce illarum, & illis, haud ſecus proſunt, quâm prodeſt omnibus mẽbris adiutorium reliquorum membrorũ. Vnde Auguſtinus b ait. *Neque enim piorum animæ defunctorum ab Eccleſia ſeparantur, quæ eſt regnum Chriſti.* Hoc igitur compertum eſt.

Animæ purgatorij pertinent ad vniuerſalem Eccleſiam.

a *1. Cor. 12. verſic. 26.*
b *20. de ciuitate, c. 9.*

2 Quod autẽ in ancipiti manet, illud eſt. An Purgatorij animæ pertineant ad particularem Eccleſiam. Non enim videntur pertinere ad Eccleſiam militantem: ſiquidem non ſunt in termino, neque in requie, vtpote, quæ nec vident Deum, nec illo fruuntur. Nec ſimiliter pertinere videntur ad Eccleſiam militantem, ſiquidem licet adhuc ſint in via, vtpote, quæ per fidem ambulãt, non autem per ſpeciem; nihilominus iam, nec pugnant, nec militant, nec ſibi ſtipendia faciunt ſub Chriſto capite: non enim merentur, aut demerentur, nec ſunt in via merendi, aut demerendi, quorum vtrumque requiritur ad nexum militantis Eccleſiæ.

Dubij difficultas.

3 Nihilominus non eſt cur res iſta in ancipiti maneat, ſed quod de illa, ſicut de reliquis Eccleſijs particulariter dictis philoſophandum ſit, vtique conſtituere Eccleſiam ſingulariter dictam mediam quidem inter militantem & triumphantem: vtpote quod ex vna parte ſapit vtramque Eccleſiam, & de vtraque participat aliquid: & ex alia non plene participat, quæ eſſentialiter pertinent ad conſtitutionem illarum; vt patet ex dictis pro ratione dubitandi.

Dubij reſolutio.

DV-

# DVBIVM SEXTVM.

## *Vtrùm ſoli prædeſtinati pertineant ad Eccleſiam?*

## *SVMMARIVM.*


1 *Hæretici ſunt à parte affirmante.*
2 *Arguitur omnes prædeſtinatos eſſe membra Eccleſiæ.*
3 *Confirmatur idipſum.*
4 *Arguitur ſolos prædeſtinatos eſſe de Eccleſia, vſque ad num. 11.*
12 *De fide eſt non omnes prædeſtinatos, neque ſolos eſſe de Eccleſia.*
13 *Qui eſt nunc de Eccleſia, mox poteſt non eſſe.*
14 *Reijcitur ſynagoga, & Gentilis populus recipitur.*
15 *Quando Iudæis detractum eſt nomen populi Dei.*
16 *Aliquando Iudas proditor fuit de Eccleſia Dei.*
17 *Eccleſia comparatur varijs bonorum, & malorum cœtibus.*
18 *Ab inconuenienti elicitur non ſolos prædeſtinatos eſſe de Eccleſia.*
19 *Soluitur argumentum primũ primi capitis, per hoc, quod ſcriptura nõ ſemper de eiſdem eodẽ modo loquitur.*
20 *Aliqui dicuntur oues Chriſti propter præſentem iuſtitiam, alij vero propter diuinam præſcientiam.*
21 *Scriptura ſæpè loquitur per anticipationem.*
22 *Non ſemper apud ſcripturas ly ouis in bonam partem aſſumitur.*
23 *Reſpondetur argumentis ſecundæ partis, & oſtenditur quo iure apoſtatæ dicantur non fuiſſe de Eccleſia.*
24 *Quo iure Eccleſia militans dicatur glorioſa.*
25 *Quo ſenſu Eccleſia dicatur hortus cõcluſus.*
26 *Quo ſenſu verificetur, quod Chriſtus neſcit aliquem.*
27 *Qualiter ſint amici Chriſti, qui aliquando deſciſcunt.*
28 *Arca Noë non fuit per omnia figurà Eccleſiæ.*
29 *Perire poſſunt fideles.*


# CAPVT PRIMVM.

## Authores, & authoritates partis affirmatiuæ.

Hęretici hærent parti affirmatiuæ quæſtionis.

1 IN hoc dubio, ſicut in multis alijs hæreticorũ, multi prolapſi ſunt adhærentes parti affirmatiuæ, præſertim Ioannes Vuiclef relatus à Thoma Vualdenſ. *a* Ioãnes Hus relatus, & damnatus à Concilio Conſtancienſ. *b* & deniq; Ioãnes Caluinus relatus à Bellarmino. *c* Hi enim aſſerũt omnes & ſolos prædeſtinatos eſſe vbique, & ſemper (etiã ſi ſub paganiſmo, & Gẽtilitate viuant) membra Eccleſiæ.

*a* *Tom. 1. lib. 2. c. 8. & 9.*
*b* *ſeſſ. 15.*
*c* *Tom. 1. lib. de Eccleſia mil. c. 7*

Arguitur primò omnes prædeſtinatos eſſe membra Eccleſię.

2 Priorem ſui dogmatis partem probare nituntur ex illis verbis Chriſti. *d* *Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas opportet me adducere.* Vbi nomine aliarum ouium intelligendi veniunt Gẽtiles, & omnis alius populus diuerſus à populo Iſrael (iuxta ſententiam omnium.) At eſſe oues Chriſti, idem eſt, quod eſſe de grege, & ouili eius, & proinde dè corpore eius quod eſt Eccleſia; quia Eccleſia ouile Chriſti eſt. Vnde cum dixit Dominus Petro: *e* *Paſce oues meas*, idem fuit, ac dicere, rege Eccleſiam meam. Et Auguſtinus *f* dixit. *Illi ſunt vnius paſtoris membra cuius ſunt oues.*

*d* *Ioan. 10. verſ. 16.*
*e* *Ioan. 21. v. 17*
*f* *Tract. 46. ſup. Ioan.*

Confirmatur idipſum.

3 Confirmãt hoc ex illo Ioan. *g* *Prophetauit Pontifex, quod Ieſus moriturus erat pro Gente, & non tantùm pro Gente, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi congregaret in vnum.* Id eſt, moriturus erat Ieſus, non tantûm pro Iudæis, ſed etiam pro Gentili-

*g* *Ioan. 11. verſ. 51.*

ſtilibus, iuxta perpetuam, & legitimam omnium expoſitionem. Si ergo Gentiles adhuc in erroribus ſuis demerſi, & ſubmerſi dicuntur filij Dei, cõſequens eſt, vt nullus prædeſtinatorum, quantumcumque à veritate deuius ſubterfugiat rationem mẽbri Chriſti: & proinde partis Eccleſiæ, quæ eſt corpus Chriſti.

Argui- tur ſolos prædeſti- natos eſſe de Eccle ſia.

4 Secũdã vero partem ſui erroris, videlicet, ſolos prædeſtinatos eſſe membra Eccleſiæ, ſuadere nituntur pluribus, quæ recenſita plenè, & vberrimè habentur apud duos Eccleſiæ Principes de Romana Eccleſia maximè meritos, vtique apud Cardinales Turrecrematam, *h* & Bellarm. *i* quæ tamen ego breuiter ſic colligam.

5 In primis enim apud Ioannem ſcriptum eſt. *K Nunc Antychriſti multi ſunt, ex nobis prodierunt ſed non erant ex nobis; nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum.* Quem locum interpretantur de prædeſtinatis, Hieron. *l* Ambroſ. *m* Auguſt, *n* D. Proſper, *o* & alij, vnde ſenſus illius eſt, Antychriſti, qui nunc ſunt, non erant prædeſtinati, ſicut nos; & ideo à nobis diſceſſerunt; quia re vera ad nos non pertinebant, id eſt, non erãt de cœtu, & gremio Eccleſiæ noſtræ. Arg. 1.

6 Deinde Eccleſia Chriſti glorioſa redenda eſt per ipſum Chriſtum iuxta illud Pauli. *Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, mundans eam lauacro aquæ, vt exhiberet eam ſibi glorioſam.* At ſoli prædeſtinati gloriam adepturi ſunt, ergo ſoli illi pertinent ad Eccleſiam. Arg. 2.

7 Tertiò Eccleſiæ ianua ſolis prædeſtinatis patere poteſt; vtpote quod iuxta Auguſtinum, *p* & Gloſſam *q* eſt. *Hortus ille concluſus, fons ſignatus, & puteus aquarum viuentium,* de quo Sponſa *r* in quibus tantùm recipiũtur, & reperiri poſſunt electi Ergo illi ſoli pertinent ad Eccleſiam. Arg. 3.

8 Quartò, non pertinent ad Eccleſiam illi quos numquã Chriſtus nouit; vt pote, quòd nõ acceperunt influxum moralem ab illo tamquam à proprio capite, aliàs non neſciret eos. Sed omnes reprobi audituri ſunt extremam illam Chriſti vocem: *ſ Numquam noui vos, diſcedite à me operarij iniquitatis.* Ergo reprobi non pertinent ad Eccleſiam, ſed ſoli prædeſtinati. Arg. 4.

9 Quintò, vera Eccleſia Chriſti eſt verum Chriſti corpus, vt patet ex ſupra dictis. Sed (vt Auguſtinus ait *t*) *non eſt vere Chriſti corpus id quod cum illo non erit in æternum.* Ergò cum reprobi futuri non ſint cum illo in æternum, conſequens eſt, vt non pertineant ad Eccleſiam, quæ eſt corpus Chriſti. Arg. 5.

10 Sextò, arca Noe fuit figura Eccleſiæ, iuxta Auguſtinum, *v* & alios. At in illa non fuerunt, neque intrauerunt, qui ſaluandi non erant ex aquis, ergo neque in Eccleſia, niſi qui ſaluandi ſunt à pœnis æternis. Arg. 6.

11 Denique corpus Chriſti naturale eſt figura corporis myſtici, vt ex Auguſtino *x* deducit Magiſter ſententiarum. Sed corpus Chriſti naturale vndique fuit glorioſum. Ergo etiam corpus eius myſticum vndique debet eſſe glorioſum, & proinde conſtans ex prædeſtinatis glorificandis, non vero ex reprobis æterno ſupplitio delendis. Arg. 7.

h *Lib. 1. ſu. c. 54.*
i *Vbi ſupr.*
K *1. Canon. 12. verſ. 19.*
l *Dialo. contra Luziferi.*
m *Sup. ad Rom. 9*
n *De bono perſeu. c. 8. & de corrept. & gratia, c. 9. & 20. de Ciuit. c. 8.*
o *Ad obiectionẽ. Vincentij 12. Clem. Alex. Oecumenius, & Lyra ſup. 1. Ioan. c. 2.*
p *Lib. 5. de baptiſ. c. 27. & 3. de Doctrin. Chriſti a. cap. 32.*
q *Gloſſa ad illud 2. ad Tim. Nouit Dominus, &c.*
r *Cant. 4.*
ſ *Math. 7. verſ. 22.*
t *Sup. dub. 2.*
v *Lib. 3. de Doctrin. Chriſtia. cap. 32.*
x *Lib. 5. de bapt. cap. vltim.*

# CAPVT SECVNDVM.

## Aſſeritur, & probatur de fide pars negatiua quæſtionis.

De fide eſt, neque omnes prædeſtinatos, neque ſolos ad Eccleſiam pertinere.

12 CITRA Controuerſiam tamen eſt, & eſſe debet apud omnes probe catholicos, & de fide rectè ſentientes, pars negatiua quæſtionis.

Qui modo ſunt de Eccleſia poſsũt

13 Primò, quoniam aliâs qui ſemel eſſet membrum Eccleſiæ nũquam deſineret eſſe membrum illius, neque è contra, qui ſemel non eſſet populus Dei fieri poſſet populus eius, vtpote quod prædeſtinationis, & reprobationis decretum immobile ſtat. Et licet auctores contrarij ſequelam iſtam concedant,

cras non eſſe, & è contra.

cedant, hæreticè tamen, & turpiter: ſaltim quoniam apud Oſeam. *a* ſcriptum eſt. *Voca nomen eius* (verba ſunt Dei ad Oſeam contra domum Iſraël.) *non populus meus, quia vos non populus meus, & ego non ero veſter*: cùm antea populus Iſraël eſſet vnicè populus Domini, & eius Eccleſia. Et rurſum eo loci dicitur in alterius populi gratiam, & adoptionem. *Et erit in loco vbi dicetur eis* (ſcilicèt, domui Iſrael) *non populus meus vos; dicetur eis* (ſcilicèt, alteri populo) *filij Dei viuentis*. Id eſt, reiecto, & repudiato Iudæorum populo adoptabitur in Eccleſiam Dei populus Gentium, iuxta quæ conſtanter interpretantur ſancti Patres, vtique Hieronymus, *b* & Cyrillus, Auguſtin. & *c* Ambroſ. Theophilactus, Oecumenius, & alij ſuper illud Pauli (quod eſt explicatio loci præcedentis)

Reijcitur Synagoga, & Gētilis populus recipitur.

14 *Vocabo plebem meam, non plebem meam, & non dilectam, dilectam; & erit in loco vbi dictum eſt eis, non plebs mea vos; ibi vocabuntur filij Dei viui*. Ideſt, reiecta Synagoga, quæ olim dilectus populus erat Deo, acceptabitur in populum Dei, & in eius Eccleſiam populus Gentium. Inde illud Tertulliani. *d Vbi Chriſto dedit Deus hæreditatem ſuam, & poſſeßionem ſuam terminos terræ cœpit impleri, quod dictum eſt per Oſeam, non populus meus, populus meus*. Ideſt, populus Gentium, qui non erat populus Dei, ſed potius idolorum, factus, & aſſumptus eſt in populum Dei, & in corpus Chriſti.

a *Oſe. 1. v. 9.*
b *Hieron & Cyrillus ſuper hūc locum Oſeæ.*
c *18. de ciuitatē c. 28. Ambroſi. Theophil. Anſel. Oecum. in ſuper illud Pauli,* Vocabo plebē meam.

Quando Iudæi amiſerūt nomē diuini populi.

15 Simile eſt illud Petri. *e Qui aliquando non populus nunc autē populus Dei, & qui non conſequutus miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſequutus*. Ideſt, populus Gentium, qui olim non erat populus Dei, factus eſt Dei populus, & enim Iudæorum populus nuſquam amiſsit nomen populi Dei vſque ad proteruiam, & obſtinationem contra prædicationem Chriſti, & Apoſtolorum: vt conſtat ex eo, quod Zacharias pater Baptiſtæ appellauit eum, iſto nomine, inquiens: *Viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ*. Et idem fecit Symeon, dum cecinit, *lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael*. Quare ille tantum potuit dici non populus Dei, qui erat populus Gentium; & proinde vaticinium hoc de populo Gentium interpretādum eſt, vtique fieri de nouo populum Dei, cùm antea non eſſet populus Dei.

d *Lib. 4. contra Marcio. cap. 1. num. 36. Pſa. 2. num. 8.*
e *1. Petr. 2. n. 10.*

Aliquādo Iudas Iſcar. fuit verè de Eccleſia.

16 Secundò, quia in primis Iudas proditor aliquando extitit Eccleſiæ membrum, vt patet, tàm ex eo quod Dauid *e* contra Achitophel ſub perſona Chriſti contra Iudā dixit, *In domo Dei ambulauimus cū conſenſu*, ideſt, amicè ambulauimus intra Eccleſiā Dei; hæc enim eſt, quæ domus Dei appellatur, iuxta illud Pauli, *f Scias quomodo opporteat te ambulare in domo Dei, quæ eſt Eccleſia Dei viui*: Quàm etiam ex eo, quod habuit in Eccleſia Epiſcopatum, iuxta quæ habentur in Pſalmis, *g* & in Actis, *h* & fuit vnus ex duodecim Apoſtolis, propter quod dixit Auguſ. *i* quod fuit filius Chriſti, ſed quod perſecutus eſt patrem ſuum, ſicut Abſalon fuit perſecutus Dauid. Rurſum Apoſtolus Paulus aliquando non fuit mēbrum Eccleſiæ, vtique quando nō erat ouis, ſed lupus ſæuiens in oues. Cùm ergo Iudas proditor reprobus fuerit, Paulus vero Apoſtolus prædeſtinatus, conſequens eſt, vt Eccleſiæ corpus indifferens ſit reprobis, & prædeſtinatis, ita vt reprobi poſsint eſſe Eccleſiæ membra, prædeſtinati vero ad tempus non ita.

e *Pſal. 54.*
f *2. ad Thim. 3.*
g *Pſal. 88.*
h *Actorum. 1.*
i *Super Pſal. 3.*

Eccleſiā comparatur varijs bonorū, ac malorū cœtibus.

17 Tertiò, quia (vt argumentantur Cano, & Bellarin.) Eccleſia Dei comparatur: *K* Areæ, in qua tàm triticum congregandum, quàm paleæ comburendæ inducuntur: comparatur etiam. *l* Sagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti, nec tamen ſeliguntur, donec in litore ſint expoſiti, vbi *Angeli ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis*. Comparatur etiam, *m* Familiæ in qua ſeruus, qui conſerui ſui miſereri noluit, tortoribus traditus eſt; comparatur etiam: *n* Homini, qui fecit nuptias filio ſuo, in quas intrauit ille, qui miſſus eſt in tenebras exteriores; comparatur: *o* Decem virginibus, ex quibus quinque fatuis ianua clauſa eſt; & ibidem comparatur: Ouili in quo ſunt oues, & hœdi, & illæ (Domino explicante) ſignificant electos, illi verò, reprobos; comparatur præterea à Paulo: *p* Magnæ domui, in qua, non ſolùm ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed etiam lignea; & fictilia, alia quidem in honorem; alia verò in contumeliam. Vnde Cyprianus *q* apertè aſſerit intra Eccleſiam ſimul

k *Matth. 7.*
l *Matth. 13.*
m *Matth. 18.*
n *Matth. 22.*
o *Matth. 25.*
p *2. Ad Tim. 2.*
q *Lib. 1. Epiſt. 3. & lib. 4. Epiſt. 2.*

mul eſſe triticum ad nutritionem, & zizania ad combuſtionem. Nec mirum hoc ſiquidem omne corpus Eccleſiæ comparatur palmitibus in vite Chriſti radicatis, hac vtique conditione, vt ſi aruerint in ignem mittantur. Non ergo ſoli prædeſtinati pertinent ad Eccleſiam, ſed etiam illi, qui tandem æternis ignibus tradendi ſunt, poſſunt eſſe partes Eccleſiæ, & de facto multi illorum de Eccleſiæ ſunt.

18 Denique quoniam aliàs nullus citra ſpecialem reuelationem poſſet rationabiliter certificari, an ipſe, vel aliquis alius eſſet membrum Eccleſiæ, vtpote, quod citra reuelationem ſciri non poteſt prædeſtinatio, & reprobatio alicuius, & tunc non magis certum eſſet, an Chriſtiani pertinerent ad Eccleſiam, quàm Turcæ, Sarraceni, & Iudæi, ſiquidem non magis de illis, quã de alijs cõſtat eſſe prædeſtinatos, vel reprobos, at huiuſmodi conſequens, quis ſanæ mentis concedet? certè nullus, concedere tamen neceſſe habent omnes illi, qui rationẽ prædeſtinationis aſsignant pro nexu, & vinculo adhærendi Eccleſiæ. Abeant igitur iſti boni Theologi, qui vel in die palpãt, & meridie, vt cæci.

Ab incõuenienti elicitur non ſolos prædeſtinatos pertinere ad Eccleſiã.

# CAPVT TERTIVM.

## Reſpondetur argumentis primi capitis.

19 SVPEREST Tamen reſpõdere ad argumẽta in cõtrariũ inducta; vt autẽ reſpõdeamus ei, quòd pro priori erroris parte propoſitũ eſt obſeruare debemus cũ Auguſtino, r varijs in locis Scripturam ſacrã, interdũ loqui de mẽbris, de ouibus, & de Filijs Dei ſecundũ præſcientiam, & prædeſtinationem æternã, interdum verò ſecundùm præſentem iuſtitiam; exemplum primi eſt apud Paulũ: s *Expectatio creaturæ reuelationẽ Filiorũ Dei expectat*, ideſt, expectat omnis homo conſpicuã, & manifeſtã noticiam illorum, qui per æternã prædeſtinationem ſunt Filij Dei: exemplum ſecũdi eſt apud eundem Paulum: t *Quicũque Spiritu Dei aguntur, hi ſunt Filij Dei*. Ideſt, quotquot Spiritu Dei aguntur, & pro tẽpore, quo ſic aguntur ſunt Filij Dei, etiamſi poſtea degenerent, & deſertores fiant. Exemplũ etiam primi eſt apud illud v *Oues meæ non peribunt in æternum & non rapiet eas quiſquã de manu mea*, ideſt, prædeſtinati mei nõ peribũt Exemplũ ſecundi: x *Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ*, id eſt, oues, quæ de facto ſunt oues meæ, cognoſcũt me. Certum enim eſt, quod qui de factò non ſunt oues illius, quod neque de facto cognoſcunt eum, quantùmcumque ſint prædeſtinati, & in aliquo tempore ſint cognituri eum.

r *Lib. de corrept. & gratia, c. 9. & de bono perſeuerãtiæ, c. 8. & tract. 41. in Ioan. Refertur etiã de pœniten. d. 4. c. ſi ex bono, & à Iurecrem. vbi ſupr. c. 55. & à Belar. vbi ſup.*
s *Rom. 8. v. 19.*
t *Vbi ſ. n. 14.*
v *Ioan. 10. v. 28*
x *Ibi nu. 14.*

Scriptura ſacra non ſemper de eiſdẽ eodẽ modo loquitur.

Aliqui dicuntur oues propter præſentẽ iuſtitiã, alij autẽ propter diuinã præſcientiam.

20 His ita præmiſsis reſpondetur, tàm ad argumentũ, quàm ad confirmationẽ prioris partis, quòd quando dixit Chriſtus, *alias oues habeo*, nõ fuit loquutus de ouibus, quæ ſecundũ præſentẽ iuſtitiã eſſent ſuæ, ſed ſolùm ſecũdũ præſciẽtiã, & æternam prædeſtinationem; & ſecundũ eundem ſenſum vocauit Ioannes Filios Dei omnes Gentiles prædeſtinatos, licèt tunc temporis eſſent ſuis erroribus detenti, erant enim Filij Dei, non quidem ſimpliciter, & de facto, ſed ſecundùm æternam prædeſtinationem.

21 Iterũ poteſt reſpõderi ad idẽ argumẽtũ cũ Ioanne, Maldonato, y Chriſtũ loquutũ fuiſſe per anticipationẽ, appellãdo oues ſuas illas, quæ aliquãdo ad ouile ſuũ pertinere debebant, licèt pro tũc nõ pertinerẽt. Et præterquã periphraſis loquendi per anticipationẽ eſt frequẽs in ſacris literis, ſpecialiter tamẽ in iſto capite, & in re iſta à Dño vſurpata eſt; vt patet dũ dixit: z *Oues meæ audiũt vocẽ meã, & ſequũtur me: & nõ rapiet eas quiſquã de manu mea.* Etenim propter vltimũ huius elogij verbũ cõuincitur, quòd Chriſtus loquebatur de prædeſtinatis, qui tamen pro illo tempore non omnes audiebant vocem eius, quia tamen audituri erant, dixit, quòd audirent, & ſequebantur eum.

y *Super cap. 10. Ioan.*
z *Ioan. 10.*

Scriptura ſæpe loquitur per anticipationem.

22 Denique reſponderi poteſt, quòd licèt aliquando ſcriptura, nomine ouium Dei, vel Chriſti, ſignificet ſolos prædeſtinatos, non autẽ reprobos, vt cum dicit: a *Segregabit oues ab hœdis, & ſtatuet oues à dextris*; pluries tamen ſignificat vtroſque, ideſt, tàm reprobos; quàm prædeſtinatos; vt patet ex illo, b *Vt quid*

*Deus*

a *Math. 25. ver. 32.*
b *Pſal. 73. v. 1.*

Non ſemper apud ſcripturas ly ouis in bonã partẽ ſumitur.

Digitized by Google

*Deus repuliſti in finem? iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ?* Et ex illo: x *Diſperſæ ſunt oues meæ.* Quare licet Chriſtus vocauerit oues ſuas, Gẽtiles in Eccleſiam introducendos, non ſequitur, quod Gentiles illi prædeſtinati eſſent, ſed tãtùm quod pertinerent ad ouile Eccleſiæ, quando eius ianuã intrarent. Ex his autẽ, qui illã intrarent poterãt aliqui eſſe reprobi, & alij prædeſtinati. Cõſtans ergo eſt, quòd non omnes prædeſtinati pertinent ad Eccleſiã, ex hoc ipſo quòd prædeſtinati ſunt, licet etiam certum ſit, quòd aliquando pertinebũt, vtique dum fuerint conuerſi ad meliorem frugem. x *Ezech. 34. verſ. 5.*

Quo iure qui ab Eccleſia recedũt, dicãtur nõ fuiſſe de Eccleſia.

23 Ad primum argumẽtũ ſecundæ partis reſpõdetur, ſenſum illius loci eſſe, apoſtatas illos non fuiſſe de prædeſtinatorum numero, quibus familiare eſt in extremis non deficere, ſed fuiſſe de numero illorum, qui ſecundum præſentẽ iuſtitiam erant filij Dei, & Eccleſiæ, cum quibus excidio, & apoſtaſia non pugnant.

Quo iure Eccleſia militans dicatur glorioſa.

24 Ad ſecundum reſpondetur, quod ſicut ad hoc quod aliquis eximius Dux illuſtret patriam ſuam, & trophæis, ac victorijs ſuis illam immortali gloria cõdecoret, non opus eſt, vt omnes, & ſingulos ciues eius venuſtet, & ornamentis, atque ſpolijs ditet, & ornet, ſed ſatis eſt potiora membra eius, & mœnia inclyta, & clariſſima reddere, & ærarium publicum diuitijs onerare; ita Chriſtus Dominus, vt glorioſam redderet Eccleſiam ſuam.

Quo iure Eccleſia dicatur hortus cõcluſus.

25 Ad tertium reſpondetur, tantùm probare Eccleſiam eſſe hortum conſitũ plantarijs diſtinctarum virtutum, & donorum, & eſſe duplici cuſtodia munitam, vtique Dei. Et miniſtrorum eius, tàm Angelorum, quàm hominum, iuxta illud, x *Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi ſui*, vt ſic ſingularis ferus non depaſceretur eam, vt depaſtus eſt ſynagogam. Vnde duplici iſta munita cuſtodia illi præcluſus eſt Eccleſiæ aditus, non autẽ reprobis, ſiuè præſcitis hominibus, quibus per baptiſmi ianuam aditus patet ad Eccleſiæ hortum. Inde illud Aug. y *Abſit vt intrare poſsit limites horti concluſi* (ſcilicet aduerſarius) *cuius ille cuſtos eſt, qui non poteſt falli, qui tamen confitentur, & corriguntur, tunc latrant, tunc intrant, tunc mundantur, tunc in arboribus horti concluſi, tunc in membris viuæ columbæ connumerantur.* x *Pſal. 124. v. 2.* y *lib. 2. contra Creſconiũ, c. 21*

Quo iure dicat Chriſtus ſe aliquos neſcire.

26 Ad quartum reſpondetur Chriſtum nunquam nouiſſe ſcientia approbationis æternæ, aut etiam prædeſtinationis reprobos, bene tamen ſcientia viſionis, ſecundùm quam vidit illorum, quamplurimos ſibi cohærentes, non ſolùm nexu fidei, ſed etiam charitatis, quæ tamen ad tempus excidit.

Qualiter ſint Chriſti amici, qui aliquando deficient.

27 Ad quintum reſpondetur, quod ſicut moraliter, & humano more loquẽdo nõ dicitur vera amicicia illa, quæ tandẽ tãdẽ dirimẽda eſt, licet phyſicẽ, & in rigore ſermonis, quandiu non dirimitur, vera amicicia ſit, vt patet, tàm ex eſſentia, quàm ex effectibus eius; ita hìc, nam *amicus, eſt alter ego.* Quod autem hæc ſit mens Auguſtini, z vel ex eo conijci poteſt, quod ipſe alibi in hæc verba prorupit: *Secundum præſcientiam, & prædeſtinationẽ, quam multæ oues foris, quàm multi lupi intus,* id eſt, ſecundum actualem iuſtitiam multi ſunt de Eccleſia, qui aliquando erunt extra illam, & contra eam: ſecundùm autem prædeſtinationem ęternam multi erunt oues, qui de facto ſunt lupi, & hoſtes Eccleſiæ. Et alibi idem Auguſtinus, a *In compaginem Chriſti, tamquam in viuam ſtructuram templi Dei, quod eſt Eccleſia nati homines per gratiam transferuntur,* id eſt, gratia eſt, quæ facit homines Eccleſiæ membra, vtique gratia vocationis fidei. Vnde qui gratia iſta carent non ſunt de Eccleſia quantuncumque ſint prædeſtinati, qui vero fruent, illa ſunt de Eccleſia, etiam ſi alias ſint reprobi. z *Tract. 45. in Ioan.* a *Epiſtola ad Dardanum.*

Arca Noe nõ fuit in omnibus figura Eccleſiæ.

28 Ad ſextum reſpondetur veriſsimum eſſe, quod arca Noe fuit figura Eccleſiæ militantis, quia id non ſolùm vidit Aug. & poſt eum Greg. Magnus, b noſterque Rupertus, c ſed etiam ante eum Hieronymus, d & ante omnes iſtos, Cyprianus, e Iuſtinus Martyr, f & Origenes, g ſed ipſe Apoſtolus Petrus h expreſſe aſſeruit, dicendo: *Cum fabricaretur arca in qua pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam, quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma.* In his plane indicitur arca Noe, non in omnibus, & per omnia fuiſſe figuram Eccle-

b *homil. 12. in Ezech.* c *lib. 4. in Gen. c. 19.* d *lib. 1. contra Iouinianum.* e *Epiſt. 74. & 76.* f *Dial. contra Tryph.* g *hom. 2. in c. 6. Gen.* h *1. Petri 4. n. 20.*

Digitized by Google

Eccleſiæ,ſed in hoc,quod ſicut nulli contigit tūc temporis ſalus extra arcam, ita nec nunc extra Eccleſiam.

29 Ad vltimum reſpondetur,quòd ſicut non omnia, quæ aliquo modo verè aliquando pertinuerunt ad corpus Chriſti naturale glorificata ſunt, aut glorificanda,vt patet de humoribus,& portionibus per augmentationem,& nutritionem naturaliter corruptis,& alteratis;ita non neceſſe eſt, vt omnia membra ſui corporis myſtici glorificationem obtineant,vtique illa,quæ per peccatorum labem,& corruptionem in interitum data ſunt,& dari debuerunt. Quo iure perire valeāt, qui aliquādo intra Eccleſiam fuerunt.

# DVBIVM SEPTIMVM.

## *Vtrùm Eccleſia conſtet ex hominibus, vndequaque perfectis, ideſt,omni peccatorum labe carentibus?*

1 *Huius dubij cauſa.*
2 *Argumentum 1.pro parte affirmatiua.*
3 *Argumentum 2. pro parte affirmatiua.*
4 *Oſtēditur de fide pars negatiua quæſtionis.*
5 *Idem rurſus oſtenditur.*
6 *Idem tandem oſtenditur.*
7 *Reſpondetur argumentis oppoſitis,& oſtenditur Eccleſia pulchra.*
8 *Quid opus ſit ad hoc,quod aliqua reſpublica dicatur optima.*
9 *Eccleſia redditur glorioſa ſequela Chriſti.*
10 *Fides illuſtrat Eccleſiam.*
11 *Cur dicatur de Eccleſia eſſe amictā Sole,& ſine ruga.*
12 *Romanæ Eccleſiæ præconium.*
13 *Baptiſmo purgantur peccata.*

1 HOC Dubium excitatur propter Pelagianos, qui (teſte Auguſtino *a*) affirmarunt ad Eccleſiam non pertinere, niſi ſolùm illi, qui in puritate, & integritate vitæ citra omnem labem pollebant. Eidem errori adhæſerunt hæretici quidam dicti Catharij apud Canum. *b* Nouiſſimus autem omnium Lutherus apud Cardinalem Bellarminium. *c* Cauſa huius dubij.

*a Li.de hæreſ.c. 88.*

b *Lib.4.de locis cap.3.*

c *Vbi ſup.c.2.*

d *Cantic.4.*

e *Ad Epheſ.5.*

2 Præſidia validiora huius partis deducta ſunt ex duobus ſacræ paginæ dictis,vtique ex illo: *d Tota pulchra es amica mea,& macula nō eſt in te.* Et ex illo Pauli: *e Vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam,neque rugam,*ideſt, nihil reprehenſione, vel irriſione dignum, vt tàm ex Hebræis,quàm ex Græcis videre liquet.Huiuſmodi autem teſtimonia intelligenda eſſe de Eccleſia militante docet Concilium Toletanum. *f* Arg.1. à parte affirmatiua quæſtionis.

*f 6.cap.4.*

*g Pſal.19.*

3 His ſubiungere poſſumus verbum illud: *g Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? qui ingreditur ſine macula, &c.* Vnde cùm nomine tabernaculi intelligatur Eccleſia militans; nomine vero montis ſancti intelligatur Eccleſia Triūphans(vt ex Chriſoſt. ſuperius adnotauimus, & ex expoſitoribus adnotant quàmplurimi) tanta mundicies exigitur ad ingreſſum tabernaculi, atque ad aſcenſum montis ſancti.Cùm ergo ad Eccleſiā triumphantem nullus aſcendere poſsit,niſi purgatus prius omni labe,videtur conſequens,quòd neque pertinere poſsit ad Eccleſiam militantem, niſi omni prius ſorde defæcatus fuerit. Argu. 2. ad idem.

4 Oppoſita tamen ſententia eſt fides Catholica.Primò,quia de fide eſt Apoſtolos Chriſti fuiſſe Eccleſiæ membra:cùm tamen Ioannes dixerit:*Si dixerimus quod peccatum non habemus,mentimur.* Et de Apoſtolo Petro ſcriptum eſt. Quòd reprehenſibilis erat eo quòd non ambularet ad veritatem Euangelij: propter De fide oſtenditur pars negatiua quæſtionis.

quod

Digitized by Google

quod monuit Chriſtus eos,vt dum orarent ad Patrem,illam orationis Dominicæ deprecationem funderent: *h Dimitte nobis debita noſtra.* Non ergo pugnat cum Eccleſiæ corpore qualiſcumque peccati labes.

Idem rurſum oſtẽditur.

Secundò,quia ſcriptum eſt: *i Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine,quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* Et iterum: *K Non eſt homo, qui non peccet.* Et rurſum: *l Quis poteſt dicere,mundum eſt cor meum? mundus ſum à peccato?* Ergo vel nulla eſt,neque eſſe poteſt in rerum natura Eccleſia militans,aut coaleſcere debet ex hominibus aliqua,vel aliquali peccati labe coinquinatis.

Tãdem probatur idem

6 Tertiô, quoniam oppoſita ſententia tamquam hæretica expreſſe damnata eſt in Concilio Milleuitano, *m* & contra illam inſurrexerunt Hier. *n* Auguſtinus, *o* & alij.

Reſ.argumẽtis in cõtrariũ quo iure Eccleſia militans dicatur tota pulchra.

7 Neque obſtant argumẽta inducta pro contraria parte,quia, ſiue teſtimonia illa intelligantur de Eccleſia militante,ſiue de triumphante conſpicuam veritatem continent,citra præiudicium ſententiæ noſtræ. Etenim Greg. Niſen. *p* Theodoretus,Beda,Rupertus,& Auguſt. *q* Verbum illud,*Tota pulchra es*, legunt,*tota pulchra eris.* Vtique, quia ſermo eſt cum Eccleſia militante,non quidem pro militiæ tempore,ſed potius pro tempore triumphi. Quare non tãtũ verũ eſt, quod Conciliũ Toletanũ ſextũ notauit, verba illa fieri ad Eccleſiam militantem,ſed etiam verum eſt,quod multi aſſerunt,quando dicunt elogium iſtud,intelligendum venire de Eccleſia triumphante, quoniam Eccleſia militans aliquando in triumphantem emerget,& tunc fiet glorioſa, & adeò pulchra,vt nec macula,neque ruga vitiet,aut tangat eam.

Quid requiratur ad hoc, vt reſpublica aliqua dicatur.

8 Sed eſto ſermo ſit in vtroque teſtimonio de Eccleſia militante,& pro militiæ tempore,adhuc veritas illorum non pugnat cum veritate aſſertionis noſtræ.

Primò, quoniã vt ſupponunt Patianus, *r* Methodius, *s* Baſ. *t* Ex quoquã *omne ſtagnum tuũ*,& Hieron. *v* de quibus Franciſcus Turranus *x* ly macula,& ruga ſupponunt hic pro peccatis publicis hæreſum, rebelium turpitudinũ,& ſimiliũ. Cuius ratio eſt,quòd licèt omnia,& ſingula crimina læthalia ſint fœdiſſima animarum inquinamẽta,ſordes,& maculæ. *y* Attamẽ eatenus poſſunt Ecclesiam fœdare,& maculare,quatenus Eccleſia diſsimulat,& cõniuet illa, quæ potius puniri debebat. Conſtat autẽ,quòd nec conniuere, nec punire poteſt, quæ ſibi non patent. Vnde Brocardicum: *Eccleſia non iudicat de occultis.* Conſtat item, quòd ſcelera,quæ ſibi ſunt nota,nõ tantùm non diſsimulat,ſed potius ſeuerisſimè plectit:& proinde,quòd omnium macularum inſons, & expers ſeruatur:non ſecus ac omnis reſpublica illa,quæ ciuium ſuorum crimina ſeuerisſimè plectit:& idem eſt de prælatis parentibus,ac Magiſtratibus, qui filiorum ſuorum, atque ſubditorum errata grauiter corrigunt, & graui manu puniunt.

Secundò,quia Paulus in propoſitione iſta tantùm aperit finem præconceptũ,& præintentum à Chriſto media ſuæ mortis virtute. At non continuò ſequitur,quòd effectus intentioni adæquetur. Nam etiam Chriſtus dixit: *z Oportet exaltare filium hominis,vt omnis qui credit in ipſum non pereat.* Et iterum: *a Sic Deus dilexit mundum,vt Filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in ipſum,non pereat.* Et rurſum: *b Venit filius hominis quærere,& ſaluum facere quod perierat.* Cùm tamẽ non omnes ſalui fiant,ſed plures prorſus pereant.

Tertiò,quia admiſſo,quod iſta propoſitio Pauli non tantùm referet intentionem,ſed executionem pariter, & euentum adhuc nobis detrimento non eſſet: quoniam expreſsè Paulus purificationem Eccleſiæ lauacro baptiſmi aſcripſit,dicens: *Mundans eam lauacro in verbo vitæ.* Conſtat autem, quòd virtute baptiſmi omnis omnino macula etiam, quoad pœnam abſtergitur, at quia gratia baptiſmalis rarò retinetur, ideò ex fidelibus multi labe laborant intra Eccleſiam.

Quartô, quia vt aliqua communitas dicatur ſancta, & immaculata, non opus eſt,vt omnes ciues illius ſint ſancti,&immaculati,ſed quòd inſtituta illius

ſancta,

h *Luc.6.*
i *Pſal.142.*
k *3.Reg.8.*
l *Prouer.20.*
m *Cap.6.& 7.*
n *Lib.1.contra Iouin.*
o *Lib de perfec. iuſtit.& lib.3.cõtra Par.c.2.& 3. Petr.Soto contra Brentium,c.18. Mich.de Medi. & alij, libro 7. de fide,capit.20.*
p *Niſen. Beda. Theodore.& Rupert.ſup. Cãti.4.*
q *Epiſt.99.ad Hier.& lib.1.retract.c.19.*
r *Contra Nouatianos.*
s *In conuiuio.*
t *Sup.Eſai.22.*
v *Cap.vlti.Hierem.*
x *Lib.1.contra Ant. Sadeeliũ.*
y *Ierem.2.22. Thre.4.8.S.Tho. 1.2.q.86.a.1.*
z *Ioan.13.16.*
a *Ibi.v.17.*
b *Luc.19.*

ſancta,& immaculata ſint,ita vt ad ſanctitatem excitent,& inducant media bonorum remuneratione,& animaduerſione malorum: propter hoc enim quælibet monachorum congregatio, nedum tota ipſa religio ſancta vocatur, non quia ſinguli monachi ſanctitate polleant,ſed quia monaſtica inſtituta ad ſanctitatem impellunt,& in omnibus ſuis monachis ſanctitatem requirunt;& propter idem quælibet ſecularis Reſpublica perfectiſsima dicitur,non quia vniuerſi conciues perfectiſsimi ſint,ſed quia leges ipſius ad perfectiſsimam polytiam impellunt,& de violatoribus ſæuerisſimas pœnas deſumunt.

c *Eccle.23.38.* 9 Præterquam,quod Eccleſia militans adhuc glorioſa redita eſt per ſequelã Chriſti,quia(vt notauit D.Tho.ex Eccleſiaſtico *c*) *Qui per fidem ſequitur Chriſtum,glorioſus eſt*; vtique,quia non ambulat in tenebris, neque habet ignorãtiæ maculam,quæ maximè deturpat nos,& obſcuros redit contra veritatis illuſtrationem,& gloriam. Nec ſimiliter,qui Eccleſiæ ſunt rugam aliquam habẽt,vtique,quia non laborant duplici corde,ſiue duplicitate intentionis, ſed quod ore confitentur circa myſteria fidei corde credunt, & retinent. Sequela Chriſti glorioſã reddit Eccleſiã.

10 Sanè cùm purificatio cordis ſit effectus fidei, vt ex profeſſo oſtendit D. Tho. *d* & cõſtat tũ ex illo Chriſti Dñi ad Diſcipulos: *e Iam vos mundi eſtis propter ſermonem,quem loquutus ſum vobis.* Et ex illo: *f Fide purificans corda eorum*, hoc eſt,quantum ad ignorantiam,& erroris caliginem, neceſſum eſt,vt verè credẽtes,& fideles,ſine macula eſſe dicantur,hoc eſt,ſine macula mentis, quæ eſt caligo,& cæcitas;per fidem enim: *g Qui erant aliquando tenebræ facti ſunt lux in Dño*,vt inquit Paulus,quare Sacramentum baptiſmi,quod eſt, & dicitur Sacramentum fidei,dicitur illuminatio,iuxta illud Pauli: *h Impoſsibile eſt enim eos, qui ſemel illuminati ſunt*,ideſt,baptizati,&c. Ex iuxta illud, quòd Nizetas apud Nazianzenum notauit,vtique,quòd Apoſtolorum tempore Sacramentũ baptiſmi appellabatur illuminatio,eo quòd purgat,& illuminat. Fides Eccleſiam illuſtrat.

d *D.Tho. 3. p. q.7.ar.2.*
e *Ioan.15.nu.3.*
f *Actor.15.*
g *Ad Ephe.5.*
h *Ad Heb. 6. nu.11.*

11 Inde eſt,quòd cùm Eccleſia,non ſolùm ab extrinſeco,ſed etiam ab intrinſeco,fulgore fidei illuſtris ſit,adeò vt propter hoc dicatur: *i Mulier amicta Sole*,qualis Ioãni in Apocalypſi apparuit,ideò non ſolùm dicitur eſſe ſine macula,ſed etiam ſine ruga,vt pote,quod ruga eſt veſtis cõtractio,& quaſi quidã ſulcus vmbram faciens,quæ tamen cum veſtimenti ſplendore non habet locum. Quare præciſa gratiæ,& charitatis ratione,quæ in quãplurimis Eccleſiæ filijs viget,& pollet,& propterquam per figuram Synedochen(qua à potiori parte denominatur totum)poſsit Eccleſia militans dici tota pulchra,& glorioſa, & ſine macula,ac ruga,adhuc ſiſtendo in ſolo fulgore fidei,qui in illa reſplendet, iure ſibi vendicat encomium totius pulchræ, & ſine macula,& ruga, vt pote,quæ per fidem illuſtris,clara,& conſpicua eſt,ac luce circum amicta. Cur dicatur Eccleſia amicta Sole, & ſine macula, ac ruga.

i *Apoc.12.v.1*

k *Diſ.21.c.quã uis.* 12 Inde illud,quod ex Pellagio Rom.Pont.refertur vtique: *K Eſt prima Petri ſedes Eccleſia Romana non habens maculam, neque rugam,neque aliquid huiuſmodi.* Vtique quia Eccleſia Romana eſt columna, & firmamẽtum veritatis, fideique diuinæ fulgentiſsimum ſydus,quo vniuerſorum mentes illuſtrantur,& via veritatis oſtenditur,inde Aug.de Chriſtianis: *l Nihil eis turpe,ac flagitioſum ſpectã dum,imitandumque proponitur,* vbi veri Dei,aut inſinuantur præcepta,aut miracula narrantur,aut dona laudantur,aut beneficia poſtulantur: quare cùm hæc omnia fiant medio fidei lumine:conſequens eſt,vt per illud Eccleſia militans dicatur tota pulchra,& ſine macula,ac ruga. Romanæ Eccleſiæ præconium.

l *2.de ciu.c.28.*

13 Ad illud autem,quod ex Pſal.14.intullimus Reſpondendum eſt tantùm probare,quòd ingreſſus in Eccleſiam fiat medio aliquo purificãte, & repurgãte peccatorum maculas,quod quidem nos fatemur:ſiquidẽ Eccleſiæ ianua eſt baptiſmus,qui quaſcumque animæ ſordes vndequaque eluit,per hoc tamen nõ ſequitur,quod ad perſeuerandum intra Eccleſiæ gremium opus ſit omnimoda puritate,quoniam Pſalmographus non dixit,qui permanet ſine macula, ſed qui ingreditur ſine macula. Præterquam,quod ex mente multorum etiàm tabernaculi nomine Eccleſia triumphans ſubintelligitur,quia Eccleſia militans tantam puritatem in membris non requirit. Baptiſmo purgantur peccatorum maculæ.

DV-

# DVBIVM OCTAVVM.

## *Vtrùm inſignes peccatores pertineant ad Eccleſiam.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Nouatiani,& Donatiſtæ negant.*
2 *Arg 1 pro parte negatiua.*
3 *Arg.2. ad idem.*
4 *Arg.3.*
5 *Arg.4.*
6 *Arg.5.*
7 Arg.6.
8 Arg.7.
9 *Arg.8.*
10 Arg.9.
11 *Pars affirmatiua eſt de fide.*
12 *Quomodo* Eccleſia *nigra,& formoſa.*
13 Eccleſia *lilium inter ſpinas.*
14 Intra *Eccleſiã etiã incorrigibiles poſſunt eſſe.*
15 *Eccleſia magna eſt domus.*
16 Eccleſia *licèt aliquos peccatores contineat,adhuc ſancta eſt.*
17 *Peccata non extrahunt fideles ab Eccleſia.*
18 *Olim fidelibus omnibus omnia erant communia.*
19 *Ab incõuenienti probatur aſſumptũ.*
20 *Reſp.1.arg.1.cap.ab infidelibus recedendum.*
21 *Reſp.2 arg.1.cap.communicantes eidem pani fieri vnum panem.*
22 *Quomodo paleæ,& grana ſint vnus panis.*
23 *Reſp.3.arg.1.cap. Spiritum* Chriſti *eſſe Spiritum Sanctum.*
24 Reſp.*arg 1.cap.Eccleſiam vere eſſe Chriſti Sponſam.*
25 *Cur Doctores Eccleſiæ appellẽtur Patres*
26 *Non omnis inter fideles diſſenſio ſciſma eſſe.*
27 *Reſp.5 Arg.1.c.aliquando peccatores dici non de* Eccleſia.
28 *Reſp.6.arg.1.c.hæreticos aliquando intelligi nomine peccatorum.*
29 *Reſp.7.arg.1.c.bonos eſſe partem interiorẽ* Eccleſiæ,*malos verò exteriorẽ*
30 *Cur aliquando de peccatoribus dicatur non eſſe de* Eccleſia.
31 Aliquando ly, *ciuitas ſtat pro magiſtratibus,tamen aliquando pro omni ciuitatis populo.*
32 *Reſp.vlt.arg.1.c.explicãdo, quid nõ intellexerit* Paulus *nomine magnæ domus.*
33 Ad *confirmationem neminẽ à Regno repelli,niſi ob grauiſſima ſcelera.*

EX Purgato errore repellentium ab Eccleſiæ cœtu quoſcumque peccatores, etiam leuiſsimis culpis maculatos, & tinctos; ſequitur, vt diſputemus, an ſaltim ſint repellondi, qui grauioribus ſunt polluti culpis.

## CAPVT PRIMVM.

### Authores, & argumenta partis negatiuæ.

Nouatiani,& Donatiſtæ negant.

1 A Parte negatiua huius dubij olim Nouatiani extitere, teſtibus Cypriano, *a* & Epiphanio, *b* Donatiſtæ etiã eaſdẽ partes amplexati ſunt, vt author eſt Aug. *c* Nouiſsimè autem huic errori adhæſerunt hæretici Lutherani, vt Belarmi. *d* Cano, *e* & alij dicunt.

Argu. 1. pro parte negatiua.

2 Arguméta, & præſidia huius dogmatis deſumpta ſunt ex varijs teſtimonijs, & in primis ex illo Pauli: *f Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? quæ conuentio Chriſti ad Belial?* Vnde cũ Eccleſia Catholica ſancta, & iuſta ſit, cõſequẽs videtur eſſe, vt cõuenire nõ poſsit cũ iniquorũ, & ſceleratorũ ſocietate, & proindenec cum illis vnum corpus Chriſti myſticũ cõſtituere ſubiungit præterea: *Vos eſtis*

a *Lib.4.epi.2.*
b *Lib.2.her.59*
c *De hæreſ. ca. 69.& lib.3.cõ. Parm.c.2.*
d *Vbi ſup.*
e *4.de locis,c.3*
f *2.Cor.6.n.17*

*templum Dei viui, ſicut dicit Dominus. Propter quod exite de medio eorum, & ſeparamini, dicit Deus, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos.* Ex mente igitur Pauli ad hoc, vt fideles ſint templum Dei, & proinde corpus illius receſſum habent ſeparari ab hominibus immundis, hoc eſt peccatoribus inſignioribus ſaltim.

g 1.Cor.1.
3 Secundo, idem Paulus g alibi aſſerit de corpore Eccleſiæ, quòd eſt vnus panis, & vnum corpus confectum ex varijs hominibus: ſed panis numquam cō ficitur ex granis, & ex paleis. Igitur neque corpus Eccleſiæ conficitur ex iuſtis, & inſignibus peccatoribus, quia ſicut iuſti decorantur nomine tritici, ita inſignes peccatores dehoneſtantur nomine paleæ. Argu. 2. ad idem.

h Rom.8.
4 Tertiò, idem Apoſtolus alibi ſic inquit: h *Qui Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius.* Cùm ergo inſignes peccatores nihil omnino habeant de Spiritu Chriſti, conſequens eſt, vt non ſint partes, nec pertineant ad corpus Chriſti, & proinde neque ad Eccleſiam. Arg. 3.

i Lib. de vnitate Eccleſiæ.
k Idē lib. 2. ep. 7.
l Pſal. 67. 7.
5 Quartò, Cyprianus agens de Eccleſia, ita inquit. i *Non habet Deum Patrem, qui Eccleſiam non habet matrem.* Ergo, vice verſa, qui non habet Deum Patrem, nō habebit Eccleſiam matrem. Sed inſignes peccatores non habent Deum Patrē, vtpotè, quod non ſunt filij Dei per gratiā, ſed potius inimici per culpam. Ergo nō ſunt filij Eccleſiæ, & proinde, neque de Eccleſia; quia nullus eſt de Eccleſia, niſi vt de matre. Et alibi idem ita loquitur: K *In Eccleſia non niſi concordes, atque vnanimes habitant*, dicente Spiritu Sancto: l *Deus, qui inhabitare facit vnius moris in domo.* Cùm ergo inſignes peccatores concordes cū iuſtis non habitent, neq; cum illis vnius moris ſint, ſed potius diuerſi, & aduerſi; conſequens eſt, vt in Eccleſia non ſint, neque inter Eccleſiæ domeſticos computentur. Arg. 4.

m Sup. ad Eph. 5 & refertur de pœnit. c. Eccleſia.
6 Quintò, Hieron. ita habet: m *Eccleſia Chriſti glorioſa eſt, non habens maculā, neque rugam.* Qui ergo peccator eſt, & aliqua ſorde maculatus de Eccleſia Chriſti non poteſt appellari, nec Chriſto ſubiectus dici. At qui non poteſt appellari de Eccleſia, nec dici ſubiectus Chriſto, non poteſt eſſe de Eccleſia, nec de corpore Chriſti. Ergo, &c. Arg. 5.

n Ep. 6. ad Simpronianum.
7 Sextò, Pacianus de Eccleſia Chriſti in hunc modum effatur: n *In Eccleſia, neque eſt macula, neque ruga, quia peccatores, donec eos pœnitet vitæ prioris non ſunt in Eccleſia, cū autē eos pœnitet iam ſanati ſunt.* Cū ergo peccatores inſignes de ſceleribus ſuis non pœnituerit, conſequens eſt, quòd non ſint de Eccleſia. Argu. 6.

o Contra Donatiſtas [?] 2. contra Creſc. c. 21. & libro 2. cont. Petil. c. vlt. li. 4. de baptiſ. c. 3. & lib. 8. c. 3. & lib. de vni. Eccleſ. c. vltt. & lib. 3. de doctrin. Chriſtia. c. 32.
8 Septimò, Aug. o varijs in locis varia elogia præbet ad huiuſmodi rē præſtātiſsima. Etenim lib. 5. contra Donatiſtas ait. Illud Canticorum 4. *Hortus concluſus, fons ſignatus, & non audeo intelligere, niſi in ſanctis, & iuſtis, nō autem in auaris, raptoribus, & ebrioſis.* Et alibi per multa capita aſſerit malus propter malam, pollutamque conſcientiam ſuā à Chriſto damnatos eſſe, & in corpore Chriſti, quòd eſt Eccleſia, non permanere, ipſa etiam Eccleſia ignorante, quia Chriſtus non habet membra damnata. Argu. 7.

p 2. ad Tim. 2.
q Ibidem.
9 Vltimò, ſi propter aliquid inſignes peccatores aſſerendi venirent, tāquā pertinentes ad Eccleſiam, maximè propter illud Pauli: p *In magna domo, non ſolùm ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed etiam lignea, & fictilia, quædam in honorem, alia verò in contumeliam.* At huiuſmodi teſtimonium intelligendum non eſſe de Eccleſia, ſed potius de mundo vniuerſo, expreſsè aſſerunt Hieron. & Auguſt. q & præbent rationem, ex eo quòd in Eccleſia Dei tantùm eſſe poſſunt vaſa aurea, & argentea. Ergo nihil eſt propter quod aſſeuerare poſsimus inſignes peccatores ad Eccleſiam Dei pertinere. Argu. 8.

r Sup. dub. 5. c. 2 reſp. 3.
10 Confirmari poteſt ex eo, quòd ſi ex aliquibus ſcripturæ verbis deduci poſſet oppoſitum, maximè ex illis Euangelij parabolis vbi ſupra relatis r in quibus comparatur Eccleſia rebus conſtantibus bonis, & malis, iuxta quæ ſuperius retulimus. At ex illis tantum conuincitur eſſe intra Eccleſiam homines inquinatos aliquo maculæ inquinamento: non autem omni turpitudine, & fœditate, vt inquinati videntur, & inueniuntur peccatores inſignes. Ergo ex nullo capite ſententia oppoſita poteſt rationabiliter deduci. Argu. 9.

CA-

Digitized by Google

# CAPVT SECVNDVM.

## Aſſeritur,& probatur pars affirmatiua.

Pars affirmatiua eſt de fide.

11 HIS Tamen non obſtantibus affirmatiuæ parti omnino adhærendum eſt, quam ſancti Patres vna voce ſequuntur, dùm exponunt parabolas illas Euangelij, in quibus Eccleſia comparatur ſagenæ bonorum,& malorum piſcium;& prudentibus, & fatuis virginibus; circa quas potiſsimè conſulendi ſunt Aug. *a* Hiero. *b* Cypr. *c* & Greg. Magnus. *d*

Quomodo Eccleſia nigra, & formoſa.

12 Probatur autem in primis ex illo: *e Nigra ſum, ſed formoſa*, quod explicans Aug. *f* dicit intelligendum eſſe de Eccleſia formoſa propter bonos, nigra verò propter malos.

Eccleſia lilium inter ſpinas.

13 Deinde ex illo: *g Sicut liliũ inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*, quòd etiã Auguſt. interpretatur de Eccleſia, quæ commixta eſt bonis,& malis; quorũ iſti dicuntur ſpinæ, propter malignitatem morũ: illi autẽ filiæ, propter ſacramentorũ cõmunionẽ. Vnde dicitur Eccleſia *h* pulchra vt Luna, quæ tamen nõ prorſus lucida,& abſque næuis, adhuc in facie eſt.

Intra Eccleſiã etiã incorrigibiles poſſunt eſſe.

14 Tertiò, ex illo Chriſti Dñi: *i Si peccauerit in te frater tuus, corripe eũ, ſi nõ audierit, dic Eccleſiæ, quod ſi Eccleſiã non audierit, ſit tibi tãquã Aethnicus, & publicanus.* Ergo ſignũ eſt, quòd intra Eccleſiã non ſolùm eſſe poſſunt peccatores correctione digni, ſed etiam peccatores incorrigibiles,& contumaces: aliâs præceptum hoc de correctione fraterna non haberet locũ exiſtentibus intra Eccleſiã.

Eccleſia magna eſt domus.

15 Quartò, ex illo Pauli: *K In magna domo, non ſolùm ſunt vaſa aurea,& argẽtea; ſed etiam lignea,& fictilia.* Quem locum interpretantur de Eccleſia vniuerſi expoſitores, præſertim Aug. *l* & Cypria. *m*

Eccleſia licèt aliquos peccatores cõtineat adhuc Sãcta eſt.

16 Quintò, ex eo quòd Paulus grauiter inſurrexit, tàm contra Corinthios, *n* quàm etiam contra Galatas, *o* arguendo illos de grauioribus erratis,& culpis. Et tamen illos non ſolùm nomine Eccleſiæ condecorauit, ſed etiam nomine ſanctæ Eccleſiæ. Ergo ſignum eſt, quòd flagitia,& errata grauiora non ſoluunt homines à nexu Eccleſiæ.

17 Confirmatur planè ex eo quod Ioannes in Apocalypſi *p* ſcribens ſeptem Eccleſijs, quæ erant in Aſia ferè ſingulas reprehendit de grauioribus culpis,& indixit ſpeciale pœnitẽtiæ genus ob illas. Ergo ſignum eſt quod ſubintellexit, ſalua Eccleſiæ integritate eſſe poſſe intra illam peccatores ſceleribus irretitos.

Peccata nõ extra huntfideles ab Eccleſia.

Olim fidelibus omnibus omnia erant cõmunia.

18 Sextò, ex eo quod, vt Aug. *q* expendit, olim vnũ tẽplũ fuit, quo vniuerſi, vtebantur, neque aliquis Prophetarũ inuenitur adeò cõtra peccatores ſæuiẽs, vt excluſerit illos à cõmunione tẽpli, Sacerdotũ, & ſacrificiorũ: cũ ergo, quæ erãt in veteri teſtamento præfiguraſſent futura, conſequens eſt, vt tã iuſtis, quã peccatoribus vna in teſtamento nouo ſit Eccleſia cõmunis. Idẽmet Doctor alibi, & alibi expendit ad idẽ, quòd ſemper in populo Dei mali cũ bonis cõmixti inuẽti ſunt: vtriq; Abel cũ Cain, Iacob cũ Eſau, Moyſes,& Aaron cũ ſceleratiſſimis detractoribus, Dauid cũ Saule,&c. Ergo ſignum eſt, quòd Eccleſia Catholica, quæ nunc eſt populus Dei, non ita peccatores abhorreat, vt eos in ſuo gremio,& cœtu non comprehendat.

Ab incõuenienti probatur aſsũptum.

19 Denique, quia aliàs quilibet Prælatus Eccleſiæ, ſtatim vt mortaliter delinqueret, ſua dignitate priuaretur: ſiquidẽ, qui ad Eccleſiã nõ pertinẽt nõ poſſunt intra Eccleſiã habere munus potiſsimi mẽbri Eccleſiæ. Et cũ conſtare nõ poſſit, an Prælati mortaliter delinquant, ſimiliter nec poteſt cõſtare, an verè pertineant ad Eccleſiã,& proinde an ſint verè Prælati. Et idẽ omnino eſt de omnibus fidelibus, quia ſicuti illorũ ſcelera conſpicua nõ ſunt, ita cõſpicuũ nõ eſt, an pertineant ad Eccleſiã. Quare hunc errorẽ dãnauit Pius *r* Primus Põtifex in Epiſtola prima, quã ad vniuerſos fideles toto orbe diſperſos direxit. Et Concil. Cõſtãtiẽſe, *ſ* vt refert noſter Gratian. *t* Iuris Pontificij compilator. Et Cõciliũ Trid. *v* definit ſine gratia,& charitate eſſe quẽlibet verè Chriſtianũ.

a *Collat.3.cõtr. Donatiſt.& tra. 6.in Ioan.& ſer. 107.de tempore.*
b *Dial.cont. Lucif.& tract. cõt. Pelagianos.*
c *Lib.3.ep.3.& lib.4.ep.2. Nazian.orat.in Iul.*
d *Homilia 11. 12.& 38.in Euãgelia.*
e *Can.1.n.5.*
f *Tom.7.libr. de vnitate Eccleſ.c. 13.*
g *Cant.1.*
h *Cant.8.*
i *Matth.18.*
k *1.ad Tim.2.*
l *Lib.4.de bapt. cõt.Donat.c.12.*
m *Vbi ſup.*
n *1.Cor.1.*
o *Ad Galat.1. & 3.*
p *Apoc.2.& 3.*
q *Tom.7.collat. 4.cont.Donatiſt. circa med.*
r *Epiſtol. 1. ad vniuerſ.*
ſ *Seſ.15.*
t *De conſec.d.4 c.quomodo.*
v *Seſ.6.cano.28*

# CAPVT TERTIVM.

## Reſpondetur argumentis primi capitis.

R. 1. arg. 1. cap. ab infideli-bus rece-dendum.

20 SEquitur vt argumentis in contrarium adductis reſpondeamus. Et in primis reſpondetur ad primũ, quod in vtraque parte illius teſtimonij inducitur ſermo de infidelibus, & idolatris; vt cõſtat ex verbis, quæ cum repetitis inter texta ſunt; videlicet: *Nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ pars fideli cum infideli? quis autem conſenſus templi Dei cum idolis?* Conſtat autem ab huiuſmodi hominum genere longe recedendum eſſe, quia ex quo cum illis nihil ad religionem pertinens commune habemus, non poſſumus vnum corpus adintegrare, ſeu ad vnum corpus myſticum pertinere.

R. 2. arg. 1. cap. cõmunicã-tes eidẽ pani fie-ri vnum panem.

21 Ad ſecundũ reſpondetur, mentẽ Pauli eo loci eſſe, quod qui cõmunicãt eidem pani conſecrato, fiunt ratione illius vnus panis, ſicut qui edunt hoſtias oblatas altari, participes ſunt altaris; & qui edunt hoſtias oblatas idolis, participes ſunt idolorũ ſiue dæmoniorũ; iuxta quã ipſe Paulus ſubiungit. Hoc autem non eſt ſimul confici panẽ ex granis, & paleis, ſed tantũ ex granis: nã (vt D.
a 1. Cor. 10. lec. 4 Tho. *a* obſeruat) *Participatio hæc debet eſſe digna, & ſpiritalis, & non tantũ ſacramẽtalis.* Qui enim ſic Chriſtũ ſumit, quodammodo in Chriſtum cõuertitur: quia (iuxta Aug. monitum) pretioſus is cibus non in comedentem (vt cæteri) cõuertitur, ſed comedentes in ſe transfert. Vnde cum is panis ſit vnus, omnes de illo dignè participantes, ſunt panis vnus. *b* Qui autem dignè participant, & cõ-
b 1. Cor. 10. 17 municant huic pani, grana ſunt, non paleæ.

Quomodo paleæ & grana ſint vnus panis.

22 Sed etiã ſi ſermo eſſet de qualicunq; participatione ſacramentali panis cõſecrati, ideſt, de illa quæ nec digna, nec ſpiritalis eſt: adhuc non fieret vnus panis ex granis, & paleis, ſed grana, & paleæ fierent vnus panis, quatenus cõmunicãt eidẽ pani; ſicut fiunt vnũ corpus, quatenus communicant eidem capiti; & diuerſæ partes fiunt vnum album, quatenus cõmunicant eidem albedini. Præterquam, quòd ſicut herba frumenti dicitur frumentum, ita etiam dicitur panis. Conſtat autem herbam frumenti continere id quod eſt grani, & id quod eſt paleæ: quare agrorum ſata frequenter panes appellantur.

R. 3. arg. 1. ca. Spiritũ Chriſti, eſſe Spiritũ Sanctum.

23 Ad tertiũ reſpõdetur, quod nomine Spiritus Chriſti, ſubintellexit Paulus
c Rom 8. lec. 2. Spiritũ Sanctũ, vt notauit D. Tho. *c* & ante illũ Ambr. *d* Cũ enim Spiritus
d Lib. 1. de Spiritu Sancto, cap. 9. Sanctus procedat à Patre, & Filio, ita dicitur Spiritus Filij, ſicut dicitur Spiritus Patris. Quare Chriſtus Dñs ita ſibi attribuit (ait D. Tho.) Spiritũ Sanctũ, ac Patri: iuxta illud Ioãnis: *Spiritus Sanctus quẽ mittet Pater in nomine meo*: & rurſum: *Cũ venerit Paraclytus, quẽ ego mittã vobis à Patre.* Ait autẽ Paulus, quod qui non habet Spiritũ Chriſti, non eſt eius, quia prædixerat: *Nihil damnationis eſſe his, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundũ carnẽ ambulant.* Quare cũ dixit: *Qui nõ habet Spiritum Chriſti hic non eſt eius*, idem eſt ac ſi dixiſſet, is non ambulat ſecundũ Spiritum Dei, ſed ſecundum carnem, & proinde ab omni damnatione expers, & immunis non eſt; per hoc autem non ſequitur, quod nullo modo pertineat ad Chriſtum. Sed tantùm quod non exactè, & perfectè pertineat. Ex quo enim quiſque fidelis eſt, habet aliquid de Spiritu Chriſti, hoc eſt de Spiritu Sancto; ſi
e 1. Cor. 12. 3. quidem, *e nemo poteſt dicere Dñs Ieſus, niſi in Spiritu Sancto.*

R. 4. arg. 1. cap. Eccleſiã vere eſſe Chriſti Spõſam. Cur Doctores Eccleſiæ appellẽtur Patres.

24 Ad quartũ reſpondetur, verũ eſſe omnino. Primũ, Cypriani teſtimoniũ, quia cùm Deus habeat Eccleſiam pro vera Sponſa ſua, & hæc Deũ ipſum pro vero Sponſo ſuo, neuter ſine altero generat; quia furtiuo generi, ſeu adulterinæ proli in illis locus non eſt. At ſcelerati fideles licet non ſint Filij Dei, neq; Eccleſiæ per gratiã ſacramentalẽ, ſunt tamen filij per educationem, & doctrinã, quæ ſuapte natura ordinantur ad generationẽ per gratiã: iuxta illud Pauli,
f Galat. c. 4. 19. *f Filioli mei quos iterum parturio* (ideſt inſtruo, & fidei rudimentis imbuo) *donec*
25 *formetur Chriſtus in vobis.* Vnde præceptores, & magiſtri fidei quales ſunt

Doctores

Digitized by Google

Doctores ſacri dicuntur Patres, iuxta illud Pauli, g *Nam ſi decē millia pædagogorū habeatis in Chriſto, ſed non multos patres: nam per Euangelium ego vos genui.* Circa quod D.Tho. ſic: h *Generatio eſt proceſſus ad vitā, homo autem viuit in Chriſto per fidē.* Iuxta illud: i *Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo Filij Dei. Fides autem:* (vt dicitur ad Romanos: K ) *Eſt ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Vnde verbū Dei eſt ſemen, quo Apoſtolus eos genuit in Chriſto.* Vnde Iacobus ait: l *Voluntariè genuit nos verbo veritatis, alios autem dicit pædagogos, quia poſtquam fidem receperunt eos adiuuarunt.* Quare cum Deus miniſterio Eccleſiæ erudiat omnes, & ſingulos circa myſteria fidei medio ſui verbi ſemine: conſequens eſt, quod vterque ſit fidelium parens, ita vt Deus ſit Pater, Eccleſia verò mater illorum.

Non omnis inter fideles diſſenſio ſchiſma eſt.

26 Secundum teſtimonium eiuſdem Cypriani etiam eſt veriſsimum, ſed intelligendum de concordia illa, quæ opponitur ſchiſmati; aliàs cùm Petrus, & Paulus m ad inuicem diſſentirent, ad Eccleſiam non pertinerent; & ſimiliter Paulus, & Barnabas, n necnon, & Corinthij. o Præterquā, quòd ipſe Cypria nus in tractat. quem edidit de lapſis inter alia peccata reperta in hominibus ad Eccleſiam pertinentibus, recenſet animorum diſcordias, & controuerſias.

Reſpō.5. arg.1. capi. aliquādo peccatores dici nō de Eccleſiā.

27 Ad quintū reſpondetur, mentem Hieronymi eſſe peccatores, non poſſe appellari de Eccleſia, quatenus ab ipſo ſimul cū Apoſtolo Paulo delineabatur, vtique omni peccatorum fæce, & ſorde repurgata; ſicuti quando alibi dixit: p *Eccleſia vtique nos ſumus: ſi tamen ſine macula vixerimus*; non autem de Eccleſia ſimpliciter dicta, cum alibi ipſe expreſsè docuerit: q *Arca Noe Eccleſiæ typus fuit, vt enim in illa omnium animalium genera, ita in iſta omnium gentium, & morum homines ſunt. Vt ibi Pardus, & hœdus, lupus, & agnus, ita & hic iuſti, & peccatores vaſa aurea, & argentea ex lignis, & fictilibus commorantur.* Et alibi. *Ibi eſt Eccleſia vbi eſt vera fides.* Itē: *Ante annos viginti omnes Eccleſias has* (ideſt, Baſilicas, & templa manu facta) *hæretici poſsidebant; tamen ibi vera Eccleſia erat, vbi vera fides erat.* Sentit ergo Hieronymus, quòd vera fides eſt forma cōſtitutiua Eccleſiæ, & proinde, quòd omnes verè fideles, licèt aliàs peccatores, verè de Eccleſia ſint.

Reſp. 6. arg.1.c. Hæreticos aliquando intelligi nomine peccatorum.

28 Ad ſextum reſpondetur, cum Bellarm. r Patianum nomine peccatorum ſubintellexiſſe eo loci Hæreticos, quia paulò ante dixerat Eccleſiā carere macula, & ruga, quia caret Hæreticis. Vel reſpondetur, loquutum fuiſſe de Eccleſia, non vtcumque, ſed vt re purgata vitijs, & ſordibus peccatorum; iuxta quæ in ſolutione præcedenti diximus, ex Hieronymo.

Reſ.7. argu.1. ca. bonos eſſe partē interiorē Eccleſiæ malos verò exteriorē.

29 Ad ſeptimum reſpondetur vt ad quintum, vtique Auguſtin. quotieſcūq; peccatores repellit à gremio, & cœtu Eccleſiæ, ſermonem facere de Eccleſia ſumpta pro potiori parte illius, vtique pro bonis. Quos tàm ipſe, quàm Catholici ſui temporis appellare conſueuerant partem interiorem Eccleſiæ, ſcilicèt, animam; ſicut è contra fideles ſceleribus irretitos appellabant partem exteriorem Eccleſiæ, ſcilicet, corpus: iuxta quæ videri poſſunt apud ipſum Auguſt. ſ Non autem loquutum fuiſſe de Eccleſia prout comprehendit vtramque partem iſtam, ſcilicèt, interiorem bonorum, & exteriorem malorum, vt patet ex inductis ſub eius nomine in toto capite præcedenti.

Cur aliquando de peccatoribus dicatur non eſſe de Eccleſia.

30 Exemplum horum eſſe poteſt illud, quòd in more loquendi poſitū eſt, videlicèt, inſignes peccatores anima carere, iuxta illud Prouerb. t *Amans pecunias animā venalē habet, quoniā in vita ſua proiecit intima ſua*: & iterū: *propter cordis inopiā perdet animā ſuā.* Non quidem, quia re vera anima carent, ſed quia carent illa quatenus eſt principium directiuum actuum bonorum, & tantùm ea fruuntur quatenus eſt principium phyſicum motus, & quietis in eis: ita ſimiliter ſcelerati fideles dicuntur non eſſe de Eccleſia, non quia nullo modo ad Eccleſiā pertineāt, ſed quia non ducuntur monitis eius, quantum ad regulam morum, ſed tantùm, quantum ad regulam fidei, & ſymboli credendorum.

Aliquando ly ciuitas ſtat pro magiſtratibus tantū, aliquando pro omni ciuitatis populo.

31 Exemplū etiā eſt in cuiuſcūq; reipublicæ, aut ciuitatis noméclatura. Etenim aliquādo nomine ciuitatis intelligūtur dumtaxat magiſtratus illius, & illi penes quos eſt ſumma rerum, quales ſunt optimates, Conſiliarij, & rectores reipublicæ; aliquando verò ſumitur pro congregatione eorū, qui in eodé iure

g 1.Cor.4.v.1
h Ibi lec.3.
i Ad Galat. 2
K Rom.1.
l Iacob.1.
m Ad Gala.2 & 3.
n Act.15.n.3
o 1.Cor.3.n.3
p 1.dial.contra Lucifer. c.8.
q Idem to.7.sup Pſal.133.
r Vbi ſupra.
ſ In Breuiculo collationum contra Donatiſt. collatio.3.
t Prouerb.6.32

viuunt. Vnde ſicut abſque præiudicio huius ſecundæ acceptionis ſæpiſsimè dicimus, quòd hæc, vel illa ſingularis perſona non eſt pars ciuitatis, vtpote quod non eſt aliquis de magiſtratibus eius; ità ſimiliter abſq; præiudicio huius, quod eſt omnes, & ſingulos fideles pertinere ad Eccleſiã ſũptã pro cœtu vniuerſorum fideliũ, potuit dicere Auguſtinus, v quòd peccatores fideles non pertinerent ad Eccleſiã, vtique ad Eccleſiã ſumptã pro parte potiſsima eius, ideſt, pro ſanctis, & iuſtis. In hoc enim ſenſu loquutus eſt Auguſtinus dũ dixit ſolos ſanctos pertinere ad Eccleſiam, quæ fundata eſt ſupra firmã petrã, & cui datæ ſunt claues Regni cœlorum, & de qua dictum eſt: *Dic Eccleſiæ*. Vnde ſicut non ſunt duæ ciuitates, ſed potius vna, & vnica, tã illa, quæ coaleſcit ex omnibus, & ſingulis ciuibus, quàm illa, quæ conſtat ex optimatibus, & magiſtratibus, ita non ſunt duæ Eccleſiæ, ſed vnica tantùm: illa, quæ ex bonis, & malis fidelibus adintegratur, & illa quæ tantùm conſtat ex iuſtis, & perfectis.

*v Lib. 3. de bap. c. 18. & lib. 1. ca. 21. & 22. & li. 6 cap. 3.*

32 Ad vltimũ reſpondetur, quod neque Auguſt. neque aliquis ex Latinis expoſitoribus interpretatus eſt illud Pauli de magna domo mundi, ſed potius de magna domo Eccleſiæ; vt videre eſt in Hiero. x Cypria. y Auguſt. z Primaſio, & Ambroſ. a qui ſingulariter inuehitur contra aliã expoſitionẽ, tãquã ex cõpoſito fabricatam à Nouatianis in ſui erroris patrociniũ. Qui autẽ de domo mundi interpretantur hoc elogiũ, Græci ſunt, vtique nõ ſolùm Chriſoſtomus, b ſed etiã Theodoretus, Theophilact & Oecumenius. Sed adhuc eorũ interpretatio poteſt bonũ ſenſum redere, nimirũ, in magna domo mundi eſſe neceſſaria aliqua vaſa fictilia, hoc eſt, ſceleratos homines, & improbos: propter quod ſcriptũ eſt: c *Væ mundo à ſcandalis, neceſſe eſt enim venire ſcandala*. Huiuſmodi autẽ vaſa in Eccleſia neceſſaria non ſunt, & ideo cõmodè potuerunt Græci interpretari hunc locũ, non quidẽ de Eccleſia, ſed de mundo: nã Eccleſia in hoc differt à mũdo, & à magna domo, quòd licèt peccatores admittat, qui ſunt vaſa in cõtumeliam, non tamen illis opus habet, vt mundus, & magna domus.

Reſ. vlt. arg. 1. c. explicando quid nã intellexerit Paulus nomine magnæ domus.

*x Vbi ſupra.*
*y Epiſt. 51 ad Maximũ, & 52. ad Antonianum.*
*z Contra Creſc. c. 34. & lib. 3 de bap. contra Donat. c. 51.*
*a Sup. c. 2. 2. ad Timot.*
*b Chriſoſ. Theo. Theoph. 2. ad Timot. 2.*

Sed eſto huiuſmodi teſtimoniũ non conferret ad noſtrũ inſtitutum; ad huc nihil in contrarium ſequeretur, quia præter illud extant quam plurima alia in quibus veritas noſtræ aſſertionis innititur, vt patet ex dictis.

33 Ad confirmationẽ reſpõdetur, quòd qui ob ſcelera ſua repulſã à regno patiuntur non habent leuiores maculas, ſed grauiores. Conſtat autem, quòd in illis parabolis Euangelicis excluduntur à Regno cœlorum homines deſignati rebus illis, quæ in parabolis aſsignatis repulſam paſſæ ſunt.

Reſp. ad cõfirmationẽ neminem à Regno repelli, niſi ob grauiſsima ſcelera.

## DVBIVM NONVM.

### *Vtrùm peccatores fideles pertineant ad corpus Eccleſiæ tamquam membra illius.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Hoc dubium propter Catholicos eſt.*
2 *Arg. 1 pro parte negatiua.*
3 *Arg. 2. ad idem.*
4 *Arg. 3.*
5 *Arg 4*
6 *Argumento occurritur.*
7 *Quomodo poſſit aliquid eſſe pars corporis, & non membrum.*
8 *Pars affirmatiua oſtenditur.*
9 *Idem probatur ex Concilijs.*
10 *Idem ex Auguſtino.*
11 *Idem probatur ex Hieronymo.*
12 *Idem ex D. Thom.*
13 *Idẽ ratione ex diffinitione mẽbrorũ.*
14 *Rurſum ratione idem ex requiſitis ad rationem membrorum.*
15 *Idem probatur ab inconuenienti.*
16 *Reſp. 1. argum. 1. cap.*
17 *Reſp. argu. 2. 1. capit. peccatores non eſſe perfecta membra Eccleſiæ.*
18 *Reſp. 3 arg. 1. cap idem membrum ad diuerſa poſſe corpora pertinere ſecundum diuerſas rationes.*
19 *Reſp. 4. arg. 1. cap. ad rationẽ mẽbri, vt ſic ſufficere imperfectã vitam.*
20 *Membra qualiter ſint membra.*



Digitized by Google

# CAPVT PRIMVM.

## Auctores, & argumenta partis negatiuæ.

Hoc dubiũ propter Catholicos eſt.

1 HAEC Res nobis cũ Catholicis gerenda eſt: nam aliqui ex Catholicis, licèt Catholicè aſſerãt fideles peccatores eſſe Eccleſiæ partes, negant tamen eſſe mẽbra eius, vt inter alios negant Cardinalis Turrecremata, *a* qui pro ſe adducit D. Tho. Alexan. Alenſ. & Hugon. de S. Victore, Melchior Cano, *b* Franciſ. de Victoria, *c* & aliquos alios ex Dominicanorum familia.

a *Lib 5. Sũme, c. 8. ad 7. & c. 11 ad 6. & potiſſimè, c. 57. per totũ* b *4. de locis, c. vltim. ad 9. argu.* c *Relection. 1. de Eccleſ. in prin.*

Argu. 1. à parte negatiua.

2 Præſidia ſententiæ huius ex omni literatura deprõpta ſunt, videlicet, ex authoritate, & ratione, vt ex dicendis patebit. Primum, præſidium deſumitur ex eo quod (vt Auguſt. *d* expendit) Eccleſia eſt columba illa de qua ſcriptũ eſt, *vna eſt colũba mea*. Sed peccatores fideles computari non poſſunt mẽbra colũbæ, ſed potius corbi (vt Auguſt. ipſemet expendit ibidẽ) ergo, neque poſſunt habere mẽbra Eccleſiæ. Itẽ ipſemet Auguſt. alibi aſſerit quòd: *f Amor Dei vſque ad cõtẽptum ſui ædificat ciuitatem Ieruſalen, ſicut è contra amor ſui vſque ad contemptũ Dei ædificat ciuitatẽ Babylonis:* Sed peccatores fideles non habẽt primum amorem, ſed ſecundum, ergo non ſunt membra Ieruſalen, ſed Babylonis.

d *Trac. 6. in Io.* e *Cant. 5.* f *Lib. 1. de ciuit. cap. 1.*

Argu. 2. ad idem.

3 Secundò, D. Tho. *g Qui non habet ſpiritum Chriſti, hic non eſt eius.* Ita inquit: *Sicut non eſt mẽbrũ corporis, quod per ſpiritũ corporis non viuificatur, ita non eſt mẽbrum Chriſti, qui Spiritũ Chriſti non habet.* Item ipſe D. Tho. *h* alibi expreſsè aſſerit peccatores non eſſe membra Chriſti actualiter, ſed tantùm potentialiter. Et rurſum ait, *i* peccatores tantùm æquiuocè poſſe dici Chriſti membra.

g *Sup. ad Rom. 8. lect. 2.* h *Idem 3. p. q. 8 a. 2. ad 2.* i *Idem in 3. d. 13 q. 2. a. 2. q. 2.*

Arg. 3.

4 Tertiò, membra Eccleſiæ ſunt mẽbra corporis Chriſti, vt patet ex dictis. At improbi nõ poſſunt eſſe membra Chriſti, cùm potius ſint mẽbra diaboli. Ergo.

Arg. 4.

5 Quartò, de ratione membri propriè dicti eſt, quòd viuat vita capitis, ſicut è contra de ratione capitis eſt in illud influere vitam. At improbi non viuunt vita Chriſti, cùm non viuant vita gratiæ. Ergo.

Arg. occurritur.

6 Nec valet dicere, quod ſaltem ſunt membra mortua: quoniam ex Ariſtotele *K* habemus membra mortua æquiuocè dici membra, non autem propriè, & in rigore.

k *2. de anim. tx 9.*

Quomodo poſſit aliquid eſſe pars corporis & non membrũ.

7 Quod ſi percõteris, quomodo improbi poſſunt eſſe partes Eccleſiæ, ſi tamen non ſunt membra? Reſpondet Cano, *l* quod ſicut in lapide ſunt partes, & non membra, quia partes lapidis non viuunt, cùm tamẽ de ratione membri, ſit eſſe viuens; ita quia improbi non viuunt vita Eccleſiæ, non poſſunt eſſe mẽbra illius benè tamen partes.

l *Vbi ſup.*

# CAPVT SECVNDVM.

## Aſſeritur, & probatur pars affirmatiua.

Pars affirmatiua oſtenditur.

8 COntraria nihilominus ſententia in ore omnium eſt tam Concilijs, & ſanctis Patribus, atque etiam rationi conformior. In primis enim expreſsè ſequuntur illam Caſtro, *a* Albertus Pighius, Franciſcus Somnius, Driedo, *b* Orantius, *c* Soto, *d* Micha. de Medina, *e* & recentiores.

a *De hereſ. verbo, Eccleſia, hereſ. 1.* b *Lib. 4. de eccl. dog. c. 2. aſſer. 2.* c *6. de locis, c. 1. & 2.* d *De natura, & gratia, c. 8.* e *Lib. 7. de rectæ fide, c. 23.*

Idẽ probatur ex Cõcilijs.

9 Et probatur. Primò, ex eo, quòd id habetur in Cathechiſmo Concilij Tridentini, *f* in illud *Sanctorum communionem*, & in Concilio Colonienſi in illud ſymboli, *Credo ſanctam Eccleſiam.* Et in Concil. Trid. definitur fideles ſine gratia, & charitate eſſe vere Chriſtianos. Et idem habetur, & refertur in decreto Gratiani noſtri, de conſecratione, diſt. 4. cap. eſt vnitas, & cap. quomodo ſiquilibet vere Chriſtianus eſt verè membrum Chriſti. Ergo etiam verè eſt membrum corporis Chriſti vtique Eccleſiæ Chriſti.

f *Seſ. 6. c. 28.*



Digitized by Google

g *Tom. 8. in Pſ. 56.*
h *Idem tract. 20 in Ioan. & trac. 168. in Ioã. to 9*

10 Secundò, patet ex eo, quod Aug. *g* dum interpretatur titulum Pſalm. 56. & illud verbum Chriſti: *Sicut Pater ſuſcitat mortuos*, & illud *h* eiuſdem Dñi: *Pro eis ego ſanctifico me ipſum*, expreſsè aſſerit, quòd omnes fideles ſunt membra Chriſti, & quod omnes accipientes reuelationem Chriſti, ſunt membra eius. At tales ſunt Chriſtiani omnes fideles quantumcumque ſcelerati. Ergo omnes illi ſunt membra Chriſti. — *Idem ex Auguſ.*

i *Sup. ad Eph. 9*

11 Tertiò, ex eo quod Hier. *i* dum exponit illud: *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius*, inquit: *Quomodo caput plurima ſibi habet membra ſubiecta, ex quibus ſunt nonnulla vitioſa, & debilia, ita Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cùm ſit caput Eccleſiæ, habet membra omnes eos, qui in Eccleſia congregantur, tàm ſanctos, quàm peccatores.* — *Idẽ probatur ex Hieron.*

k *3. p. q. 8. a. 3.*

12 Quartò, ex eo quod D. Tho. *K* expreſsè aſſerit, quod infideles ſunt mẽbra Chriſti in potentia, quæ quandoque numquam reducitur ad actum, vt in illis, qui numquam conuertuntur ad fidem; quandoque verò reducitur, & hoc ſecũdũ triplicẽ gradũ. Primus, eſt per fidẽ. Secundus, per charitatẽ viæ. Tertius, per fruitionem patriæ, ſentit ergo D. Tho. quòd peccatores fideles actu ſunt membra Chriſti, vtique actu fidei: ſiquidem in hoc diſtinguuntur ab infidelibus, qui neque per fruitionem patriæ, neque per charitatem viæ, neque per actum fidei ſunt actu membra Chriſti, ſed tantum in potentia. — *Idem ex D. Tho.*

13 Quintò, probatur ex eo, quòd illa pars corporis, quæ à capite recipit aliqualẽ influxũ vitæ, mẽbrũ eſt illius corporis, & illius capitis; quia caput nullatenus influit niſi in ſua mẽbra, & per hoc efficit aliqua mẽbra ſua, quod influit in ea. Sed Chriſtus Dñs influit in peccatores fideles aliquẽ influxum ſpiritalis vitæ, hoc eſt, habitum, & actum credendi in omnibus illis, & gratias gratis datas in quamplurimis illorum. Ergo ſunt membra Chriſti. — *Idem ratione ex definitione membrorum.*

14 Sexto, ex eo quòd ad rationẽ mẽbri ſolùm requiritur, vt permanenter iũgatur capiti, & reliquo corpori, ſecũdũ aliquã cõmunicationẽ vitalẽ. Sed peccatores fideles iungũtur iſto modo Chriſto, & Eccleſiæ Chriſti, vtique in vnione fidei, & Sacramentorũ cõmunione. Ergo, quare peccator fidelis potius dicitur mẽbrũ mortificatũ, quã omnino mortuũ: ſicut mẽbra languida, quæ ſunt in corpore humano nõ poſſunt dici omnino mortua, ſed tãtũ mortificata; quia & habent colligationẽ cũ reliquis, & aliqualẽ influxum recipiunt à capite, ſecundum quem ſine fœtore conſeruantur, & reliquis membris vniuntur, habẽt enim aliquid amplius quàm ſi eſſent præſciſa. — *Rurſum ratione idem ex requiſitis ad rationẽ mẽbrorum.*

15 Denique ex eo, quod peccatores fideles in dignitate conſtituti verè, & propriè ſunt Prælati, & miniſtri Eccleſiæ, vt contra Ioannem Hus in Concilio Conſtancienſi definitum eſt. Ergo etiam ſunt verè membra Eccleſiæ, quoniã aliàs nõ verè miniſtrarent Eccleſiæ, neque eſſent inſtrumenta cõiuncta illius. — *Idẽ probatur ab inconuenienti.*

# CAPVT TERTIVM.

## Reſpondetur ad argumenta primi capitis.

16 AD Primum argumẽtum reſpondetur, vtrumque teſtimonium illius explicãdum eſſe, vt reliqua eiuſdem authoris: de quibus dub. 7. cap. 3. ſolutione ad ſecundum. — *Reſp. 1. arg. 1. c.*

17 Ad ſecũdũ argumẽtũ reſpõdetur, quòd priori teſtimonio tãtũ probatur peccatorẽ fidelẽ (abſq; charitate) nõ eſſe perfectè, & abſolutè Chriſti mẽbrũ, quia nõ habet perfectũ vnionis vinculũ, quòd eſt charitas, nõ autẽ probatur, quòd ſaltẽ ſecũdùm aliquid nõ ſit mẽbrũ illius, videlicet, ſecũdũ fidẽ, quæ chriſtianos vnit Chriſto. Secũdũ teſtimoniũ tãtũ probat, quòd peccatores fideles ſũt mẽbra Chriſti in potẽtia, quãtũ ad actualẽ vnionẽ charitatis, non verò quãtum ad actualem vnionem fidei, nam in hoc diſcriminãtur ab infidelibus, qui tantùm ſunt membra in potentia, vt patet ex dictis. Et eodem modo reſpondẽdum eſt ad tertium teſtimonium, inſpecta enim vnione charitatis peccatores æquiuocè ſunt membra Chriſti, non autem inſpecta vnione fidei, — *Reſp. 2. arg. 1. c. peccatores non eſſe perfecta mẽbra Eccleſiæ.*



Digitized by Google

Reſpondetur 3. arg.1. c. ibid. membrum ad diuerſa poſſe corpora pertinere ſecundū diuerſas rationes.

18 Ad tertium reſpondetur, quòd ſecundùm diuerſas rationes poteſt vnus, & idem eſſe membrum Chriſti, & diaboli, ſicut vna, & eadem nubes accipit à diuerſis obſcuritatem ſimul, & claritatem, ſecundùm quas diuerſos fulgores emittit.

Reſp. 4. arg. 1. c. ad rationē membri, vt ſic ſufficere in perfectā dicāt. Membra qualiter ſint membra.

19 Ad quartum reſpondetur maiorem eſſe veram; ſed ita intelligendam, vt ad rationem membri perfecti requiratur vita perfecta, non autem ad rationem membri imperfecti.

20 Ad illud Ariſtot. reſpondetur intelligendum eſſe de membro nullum vitæ motum à capite participante, quod eſt membrum præſciſum, & detruncatum.

# DVBIVM DECIMVM.

## *Vtrùm fideles excommunicati pertineant ad Eccleſiam.*

### *SVMMARIVM.*


1 *Arguitur primo à parte negatiua ex ſcript.*

2 *Confirmatur ex Chryſoſtomo.*

3 *Arguitur ſecundo ex ratione, & diffinitione excommunicationis.*

4 *Confirmatur ex verbis abſolutionis ab excommunicatione.*

5 *Quarto arguitur ex aceruitate excommunicationis.*

6 *Authoritates partis affirmatiuæ.*

7 *Probatur primò, pars affirmatiua ex diffinitione Eccleſiæ.*

8 *Probatur ſecundo, quia excommunicati habent influxum à Chriſto.*

9 *Occurrit Bellarminus, & illi occurritur.*

10 *Obijcitur ex dictis.*

11 *Diluitur procedens obiectio.*

12 *Reſpondetur primo argumento 1 cap. excommunicates in aliquo eſſe velut ethnici.*

13 *Reſpondetur confirmationem eſſe pro noſtra ſententia.*

14 *Reſpondetur ſecundo arg. 1. cap. vltimam ab Eccleſiæ præſciſionem fieri, per iacturam fidei.*

15 *Quid illud Chriſti verbum: Deus vt quid dereliquiſti me, ex ſanctis patribus.*

16 *Reſpondetur ad confirmationem ſecundi argumenti.*

17 *Reſpondetur tertio argumento 1. capit. & oſtenditur, cur excommunicatio dicatur extremum ſupplicitem Eccleſiæ.*

18 *Idem quod de excommunicatis dicendum eſt de ſuſpenſis, priuatis, & degradatis fidelibus.*


# CAPVT PRIMVM.

## Authores, & argumenta partis negatiuæ.

Arguitur primò à parte negatiua ex ſcriptura.

PARTEM negatiuam tuentur Vualdenſis, *a* Turrecremata, *b* Driedo, *c* Hoſius, *d* & Bellarmin. *e* & probant eam ſic.

1 Primô ſcriptum eſt. *f* *Si Eccleſiam non audierit ſit tibi tanquam æthnicus, & publicanus*, ideſt, excommunicetur: at æthnici non pertinent ad Eccleſiam. Ergo, &c.

Confirmatur ex Chriſoſ.

2 Confirmatur ex Chryſoſt. & Theophilact. *g* dicentibus, quòd haberi vt æthnicus, & publicanus, idem eſt quod eijci de Eccleſia.

Arguitur ſecūdò ex ratione, & definitione excōmunicationis.

3 Secundò excommunicare aliquem fidelem, idem eſt, quòd illum, *A conſortio Eccleſiæ elliminare*, vt habet Gratianus, *h* noſter: ſeu idem quòd *ab Eccleſia*

*a To.1.lib.2. doctri. fidei. cap 9.*
b *Lib.1. ſummæ cap.8.*
c *Lib.4. de dogma. cap 2. par.2.*
d *De fid. & ſymbolo cap.31.*
e *De Eccleſia militante, lib.3.c.6.*
f *Matth.18.*
g *Sup. Matth.18.*
h *11.q.3.c. Canonica.*

i *Lib. 5. hiſt. ca. 24.*
K *Hereſ. 42.*
l *cap. 55.*
m *De vnitate Eccleſiæ cap. vlt.*
n *Sup. 1. Cor. 5.*

*cleſiæ corpore ſegregare, & corporis vnitate abſcindere*, vt habet Euſeb. Cæſarienſ. i vel *ab Eccleſia eijci*, vt habet Epiphanius, K vel *ab Eccleſia pelli*: vt habet Ciprianus, l vel *viſibiliter præſcindi à corpore Eccleſiæ*, vt habet Auguſt. m vel denique *ab Eccleſia propulſari*. Vt habet Anſel. n Sed qui à gremio aliquo reijcitur, & propulſatur non manet in tali gremio. Ergo excommunicati ab Eccleſia reiecti, non manent intra Eccleſiam, & proinde nec ſunt de Eccleſia.

4 Confirmatur. Abſolutio excommunicatorum ita habet. Reſtituo te vnitati Eccleſiæ. Ergo ſignum eſt quod per excommunicationem ſiunt fideles extra vnitatem Eccleſiæ, & proinde extra corpus illius.

*Cōfirmatur ex verbis abſolutionis ab excōmunicatione.*

o *Tractat. 27. in Ioann.*
p *idem q. 39. in Deut.*
q *Deuth. 24.*
r *1. Cor. 5.*
ſ *Lib. 2. epiſt. 11*
t *De fide, & ſymbolo cap. 31.*

5 Vltimo excommunicatio eſt grauiſsima inter omnes pœnas Eccleſiæ, vt patet, tùm ex illo Auguſt. o *Nihil magis formidandum Chriſtiano, quàm à Chriſti corpore ſeparari, quod eſt Eccleſia.* Tum etiam ex illo eiuſdem. p *Hoc nunc agit Eccleſiæ excommunicatio, quod agebat tunc* (ſcilicet in veteri teſtamento) *interfectio.* Vbi etiam confert illud. Deuteronomij: q *Aufer malum de medio tui*, cum illo Pauli. r *Auferte malum de vobis ipſis.* Quod etiā præmiſerat Cipirianus, inquiens. ſ *Tunc gladio occidebantur quando circumciſio carnalis manebat, nunc autem quando circūciſio ſpiritalis eſt, ſpiritali gladio ſuperbi, & contumaces necantur*, hoc eſt, excommunicationis gladio. Sed grauiſsimum Eccleſiæ ſupplicium eſt ab Eccleſia proijci, & illa priuari, ſiquidem vt notat Hoſius t excommunicati traduntur Satanæ, qui cum Chriſti meritis, & Eccleſiæ ſuffragijs ſint deſtituti plenam in eos accipit poteſtatem. Ergo excommunicati extra Eccleſiam ſunt, & ex conſequēti, non ſunt in Eccleſia.

*Arguitur ex acerbitate excōmunicationis.*

# CAPVT SECVNDVM.

## Aſſeritur, & probatur pars affirmatiua.

a *Lib. 5. ſummæ tom. 3. de 4. præcep. decalogi ca. 23. dub. 3.*
b *2. p. ſummæ li. 4. Miſſ.*
c *Tract. de Eccl. q. 1. concl. 4.*
d *Ibi dub. 1. ad 5*
e *Diſp. 1. q. 1. de obiecto fidei p. 7. q. 4. §. 4*
f *De conſecr. d. 2 ... Eccleſia.*
g *Vbi ſupra.*

6 CONTRARIAM Sententiam nihilominus, quam ego probabiliore exiſtimo, ſequūtur Azor a Henriquez, b & recentiores alij ſcriptorū ſuorū claritate conſpicui, videlicet. Petrus de Aragon c Dominicus Bañez, d & Gregorius de Valentia. e

*Authores partis affirmatiuæ.*

7 Probatur autē ſic in primis. Eccleſia definitur à Nicolao Pont. f *Fidelium cōgregatio* Sed excommunicati fideles, verā retinent fidē, ergo ſunt de Eccleſia.

*Probatur primo, pars affirmatiua ex definione Eccleſiæ.*

8 Deinde, vt aliquis verè ſit mēbrum actuale Chriſti ſatis eſt actu aliqualē influxum ab illo, vt à capite participare. Sed excommunicati fideles participant à Chriſto capite aliqualē influxum vitę ſpiritualis, videlicet, actum fidei, vt ex dictis patet. Ergo actu ſunt membrum Chriſti. Sed non ſunt membrum corporis naturalis Chriſti. Ergo corporis myſtici, & proinde Eccleſiæ.

*Probatur 2. quia excōmunicati habēt influxū à Chriſto.*

9 Nec valet ſi cum Bellarm. g dixeris quod excōmunicati ſolum animo, & deſiderio ſunt intra Eccleſiam, non tamen corpore, & externa communicatione, quæ propriè facit hominem de Eccleſia viſibili, ſicut commercium, & cōſortium cum ciuibus alicuius Reipublicæ conſtituit homines ciues talis Reipublicæ: propter quod idem eſt priuari cōmercio, & conuictu ciuium; atque omnino ciuitate priuari. Contrà enim eſt, tùm quod fideles in tantū ſunt mēbrū Chriſti in quantum habent fidē, quam publicè profitentur. At hæc non eſt deſiderio tātum apud illos, ſed in effectu, & in re. Ergo in effectu, & in re ſunt membra Chriſti. Tum, quia exterior communicatio, tàm in ſacris, quàm in Polyticis rebus, potius eſt effectus conſequens rationem mēbri, quàm ratio cōſtitutiua illius: non enim, quia fideles externè communicant in ſacris, & profanis ſunt membra corporis Chriſti, ſed è contra, quia ſunt membra externè cōmunicant.

*Occurrit Belarminus, & illi occurritur.*

10 Quod ſi dixeris ad rationem mēbri alicuius corporis non ſatis eſſe vniri capiti talis corporis, & ab eo influxum vitalem accipere, ſed vlterius requiritur vniri, & conglutinari eidem corpori, & habere ordinē ad reliquum corporis, vt patet ex dubio præcedenti, cap. 2. probatione 5. Et etiam ex eo quod

*Obijcitur ex dictis.*

aliàs

aliàs Eccleſia militans verê eſſet membrum Eccleſiæ triumphantis,& Eccleſiæ purgantis,ſiquidem vnita eſt eidem capiti,videlicet,Chriſto Domino. Sed excommunicati fideles,licêt ſint vniti Chriſto capiti,non tamen ſunt vniti corpori huius capitis,vtique Eccleſiæ militanti,quia per excommunicationẽ ſunt priuati,& ſeparati ab illa:Ergo verê non ſunt membra eius.

Diluitur præcedẽs obiectio.

11 Reſpondetur nihilominus negando minorem , quia vnio fundamentalis, inter partes componentes Eccleſiæ corpus,eſt vnitas fidei publicê , & palâm profeſſa;adeò,vt propter hoc *E*ccleſia dicatur vna;quia fides eius eſt vna,iuxta definitæ ab Innocentio III.in Concilio Lateranenſ. *b* Cûm ergo fideles excommunicati conueniant cùm reliquis in vnitate fidei,conſequens eſt,vt cõueniant cum eis in nexu,& vinculo conſtitutiuo corporis Chriſti myſtici ; & proinde quòd verê ſint vniti reliquis totius corporis myſtici, atque adeò quod ſint membra illius;qualia non ſunt membra Eccleſiæ triumphantis,in quibus iam non eſt fides,ſed viſio,neque membra *E*ccleſiæ purgantis ; quoniam licêt habeant fidem,non tamen viſibilem,& externam,& per hoc oſtenditur diſcrimen inter corpus myſticum Eccleſiæ,& polyticum cuiuſcumque reipublicæ: hoc enim conſtituitur communitate commercij , & conuictus inter conciues , illud vero vnitate fidei quam corde retinent membra,& ore profitentur.

h *C. Firmiter, de ſumma Trinit. & fide Cathol.*

# CAPVT TERTIVM.

## Reſpondetur argumentis primi capitis.

Reſpondetur primo arg. 1. c. excõmunicatos in aliquo eſſe, velut ethnici.

12 AD Primũ contrariorũ argumentũ reſpondetur tantûm probare excommunicatos,non ſecus , ac ſi æthnici eſſent vitãdos iri in Eccleſia;quia velut æthnici tuentur proteruê,& contumaciter ſuum errorẽ,& lapſum. Sicut enim per hoc non ſequitur quod verê ſint æthnici, ſic neque quod non ſint de *E*ccleſia.

Reſp. cõfir. eſſe, pro noſtra ſent.

13 Ad cõfirmationẽ reſpõdetur, quòd potius eſt ſolutio argumẽti , quâm argumentum: eſt enim legitima explicatio teſtimonij inducti.

Reſ. 2. argum. 1. c. vltimam ab Eccleſ. præſciſſionẽ fieri per iacturã fidei.

14 Ad 2. reſpondetur tantûm probare , quòd excommunicati ſunt priuati omnibus,& ſingulis Eccleſiæ ſuffragijs,quæ ipſa Eccleſia præſtat ex intentione iuuãdi,& ſubueniendi ſuis à membris,hoc enim eſt ab Eccleſia elliminari, & à fidelium cœtu repelli ; non autem eſt vndique eos â ſe præſcindere; quia præſciſsio iſta fieri non poteſt niſi per iacturam fidei,quàm tamen *E*ccleſia in nullũ poteſt inferre. Quare Ciprianus , *i* quod ſemel appellauit repelli; & eijci ab Eccleſia,millies vocauit â communicatione arcere,abſtinere, cohibere,prohibere,&c.

i *Epiſt. 49. & 55. & epiſt. 28 & 38 & tract. de lapſis.*

Quid illud Chriſti verba: Deus, vt quid dereliquiſti me, exſanctis Patribus.

15 Vnde ſicut dũ Chriſtus Dominus de Patre conqueſtus eſt , K quod illũ dereliquiſſet , ſenſus querimoniæ non fuit,quod diuinitas,ab humanitate abſceſiſset , ita vt iam cum illa eandem conſtitueret perſonam ; ſed tantûm quod ſuum auxilium ab humanitate ſubtraxiſſet,non illi ferendo opem contra cruciatus ſuos,vt exponunt Tertul. *l* Hilar. Ciril. *m* Ambr. Epiph. Aug. *n* & Damaſc. *o* Ita fideles excómunicati dicuntur ab *E*ccleſiæ corpore remoueri; non quidem per ſolutionẽ nexus, quo per fidem *E*ccleſiæ cohærerent, ſed per ſolutionem concurſus,quo illos opitulari,& opem ferre poteſt in laborũ ſuorum certamine.

k *Pſalm. 21.*

l *Lib. aduerſus Praxeam.*

m *Lib. 10. Theſaur. cap. 1.*

n *De gratia noui teſtam. cap. 6.*

o *Lib. de duabus Chriſti voluntatibus.*

Reſp. ad confir. 2. argum.

16 Ad confirmationẽ reſpõdetur,quòd poſt illud verbum abſolutionis, ſubiungitur aliud quod eſt explicatio primi , vtique, reſtituo te communicationi fidelium.

Reſ. tert. argu. 1. c. & oſtẽditur cur excõmunicatio dicatur extremum ſuppliciũ Eccleſiæ.

17 Ad tertiũ reſpondetur extremum Eccleſiæ ſupplicium eſſe excommunicationem,quia cum ipſa non poſsit delere â fidelium cordibus inſcriptionem fidei,per quam credunt,& Eccleſiæ vniuntur , ſupereſt vt tantum poſsit animaduertere in eos ſubtrahendo cõmunicationis ſuæ ſuffragiũ,& patrociniũ. Hæc autem ſubtractio ingens malum eſt, vt eſt ingens malum cuicunque membro

bro priuari adiutorio,& influxu reliquorum membrorum corporis ſui.
18 Idem dicendum eſt de ſuſpenſis, vtique ab officio, quia rite officio ſuo Eccleſiaſtico vti non poſſunt, vel etiam à beneficio, hoc eſt, à fructu beneficiorũ priuatis. Idem etiam de interdictis quibus ſacrarũ rerum vſus interdictus eſt, idẽ ſimiliter de degradatis, quibus ademptus eſt omnis Clericalis gradus, etiã prima tonſura, ita vt priuilegijs quibus Eccleſiaſtici fruuntur amplius nõ gaudeant. Idem necnon de irregularibus, qui ſunt extra Eccleſiæ regulas, hoc eſt, qui ſecundum Canones ab Eccleſiaſticis ordinibus excluſi ſunt, ita vt promoueri nequeant. Quod ſi promoti fuerint, vti ordinibus iure non poſſunt. Idem denique de depoſitis quibus officium Eccleſiaſticum abrogatum eſt in perpetuum ſine vlla ſpe veniæ. Etenim de omnibus iſtis quantumcunque Eccleſiaſtica cenſura percuſsis, dicendum omnino eſt eſſe Eccleſiæ membra, vt cum Azor vbi ſupra notatũ eſſe volui. Inde illud Auguſt. p *Non poſſumus ſeparare à populo Dei, quos degradando, aut excommunicando punimus.*

Idẽquod de excõmunicatis, dicendũ eſt de ſuſpẽſis, priuatis, & degradatis fidelibus.

p *Lib. contra Donatiſt. poſt collationem, cap. 20.*

# DVBIVM VNDECIMVM.

## *Vtrùm Schiſmatici pertineant ad Eccleſiam.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Qui dicantur ſchiſmatici.*
2 *Authores partis negatiuæ.*
3 *Arguitur primo quia ſchiſma idem quod ſciſſura.*
4 *Confirmatur ex rete rupto ob piſciũ magnitudinem.*
5 *Secundò arguitur, quia Eccleſia cũ ſit vna non patitur diuiſionem.*
6 *Tertiò arguitur quia Eccleſia orat ſchiſmaticos reuocari ad ſeipſam.*
7 *Quartò arguitur authoritate cathechiſmi.*
8 *Quintò arguitur authoritate Irenæi.*
9 *Sextò arguitur ratione.*
10 *Authores partis affirmatiuæ.*
11 *Arguitur primò, quia ſchiſmatici ſunt fideles.*
12 *Occurrit Bellarminus.*
13 *Refellitur Bellarm. occurſus.*
14 *Arguitur ſecundò, quia ſchiſma non opponitur fidei.*
15 *Arg. 3. pro parte affirmatiua quia ſicut pax non conſtituit Eccleſiam, ſic nec lites diſſoluunt.*
16 *De concordia ſententiarum agitur.*
17 *Quæ inobediẽtia conſtituat ſchiſma.*
18 *Quot modis ſtet non recognoſcere Põtificem.*
19 *Eſt ſchiſma habens adiunctã Hæreſim.*
20 *Dubij reſolutio.*
21 *Aliquando ſchiſma confunditur cum Hæreſi.*
22 *Schiſma crimen atrociſſimum, & acerrimè punitum ſæpe.*
23 *Cur Græci dicuntur ſchiſmatici.*
24 *Aliquando Hæreſis appellatur ſchiſma.*
25 *Schiſmatici poſſunt non labi in fide.*

PRO Intelligentia tituli notandum eſt illos dici ſchiſmaticos, qui ſubeſſe renuunt ſummo Pontifici, vt ex multorum Pontificum verbis oſtendit Turrecremata, a præſertim ex illis Pellagij. *Quiſquis ab Apoſtolicis diuiſus eſt ſedibus in ſchiſmate eſſe non dubium eſt.* Ex quo teſtimonio infert Gloſſa: Ergo ſchiſma eſt non habere caput Romanam Eccleſiam.

1 Qui dicantur ſchiſmatici.

a *Lib. 4. ſummæ tit. 1. cap. 1.*

CAPVT

# CAPVT PRIMVM.

## Authores, & argumenta partis negatiuæ.

Authores partis negatiuæ.

2 NEGATIVAM Partem tanquam de mente Turrecremata, D. Thom. Caietani, & aliorum tuetur Azor, *b* & Card. Bellarm. *c* (verè fidei lampas) tãquam ſcripturis Sanctis Patribus, & rationi apprimè cõſentaneam inſequitur. Et nos, tâm ex illo, quâm ex alijs probationes ſubijciemus ſic.

Arg. 1. quia ſchiſma idẽ quòd ſciſſura.

3 In primis ſchiſmatici dicuntur à Græco nomine *Schiſma*, quòd (vt Pellagius *d* Pontifex, Iſidorus, *e* & D. Thomas *f* obſeruant) ſignificat idem quod ſciſſura, ſchiſmatici autẽ idem ſunt quod ſciſsi. Sed non dicuntur ſciſi à Deo ob defectum gratiæ, & charitatis, aliàs omnes in mortali exiſtentes ſchiſmatici dicerentur: neque à Chriſto ob defectum fidei, quia aliàs potius eſſent hæretici. Ergo dicuntur ſciſſi ab Eccleſia ob defectum obedientiæ, & ſubiectionis ad potiſsimum caput Eccleſiæ, ſcilicèt Romanum Pontificem. Sed ſciſſi à aliquo corpore non ſunt amplius partes talis corporis. Ergo neque ſchiſmatici ſunt partes Eccleſiæ.

*b Tom. 2. li. 5. de 4. par. decalogi, cap. 2. dub. 4.*
c *Vbi ſup. cap. 5.*
d *Relatus 24. q. 1. cap. ſchiſma.*
e *Li. 8. etym. cap 3.*
f *2. 2. q. 39. ar. 1.*

Conf. ex rete rupto ob piſcium magnitudinem.

4 Confirmatur. Tûm ex eo, quod, vt Auguſt. *g* expendit Quando rete illud plenum magnis piſcibus rumpebatur ad manus Petri, ſignificabatur quod aliquando rete Eccleſiæ rumpendum erat mole hæreticorum, & ſchiſmaticorũ egredientium ex illa, tûm ex eo quod Ciprianus *h* obſeruauit dum dixit Eccleſiam ſignificatam fuiſſe per veſtem inconſutilem Chriſti Domini, quæ ſciſſa non fuit: vt intelligeremus Eccleſiam ſcindi nõ poſſe more aliarum veſtiũ, quæ poſſunt ſcindi in partes, quæ adhuc ſciſſæ maneant, in ſeipſis: ſed ſcindi vt ſcinditur ramus ab arbore, qui ſtatim moritur, & deſinit eſſe pars arboris, & vt ſcinditur riuus à fonte, qui mox areſcit.

g *Tract. 122. in Ioann. Luc. 5.*
h *Lib. de vnitate Eccleſiæ.*

2. Argu. quia Ecl. tûm ſit vna non patitur diuiſionem.

5 Secundò Pellagius vbiſupra relatus expreſſe aſſerit ſchiſmaticos non eſſe de Eccleſia, & oſtendit, ex eo quod Eccleſia eſt vna, & in vnitate nõ poteſt eſſe ſciſſura. Vnde infert, *non ergo vnitati communicant, qui ſchiſmaticis communicant*. Et concludit, quòd ſi ſchiſmatici pertinerent ad Eccleſiam, Catholici habendi eſſent vt ſchiſmatici: quia duæ Eccleſiæ eſſe non poſſunt, vtique duæ Eccleſiæ Catholicæ. Conſtat autem huiuſmodi concluſionem locum non habere, ſi ſchiſmatici poſſent conuenire in eadem Eccleſia cum Catholicis.

3. Argu. quia Ecl. orat ſchiſmaticos reuocari ad gremium.

6 Tertiò Eccleſia in die Paraſceue, ſimul orat pro Hæreticis, & ſchiſmaticis, vt Deus eos ad Eccleſiam Catholicam dignetur reuocare. Ergo ſentit Eccleſia vtroſq; eſſe extra ſuum gremium, aliàs de vtrorumque reditu non ita curaret.

4. Argu. authoritate catechiſ.

7 Quartò Cathechiſmus *i* expreſsè aſſerit reiectos ab Eccleſia, tâm hæreticos, quàm ſchiſmaticos, & æthnicos. Et addit rationẽ, quia ſicut æthnici nunquam ad Eccleſiam ſpectarunt, ita hæretici, & ſchiſmatici ab Eccleſia aufugerunt: & proinde quod ſicut transfugæ non pertinent ad exercitum, ex quo ab illo defecere, ita neque ſchiſmatici ad Eccleſiam ex quo aufugerunt ab illa.

i *In illud ſymb. credo ſanct. Eccl.*

5. Argu. authoritate Irenæi.

8 Quintò Irenæus *k* loquẽs de ſchiſmaticis expreſsè aſſerit illos eſſe extra veritatẽ, ideſt, extra Eccleſiã. Ciprianus *l* loquens de eiſdem ita inquit: *Eccleſia eſt plebs Sacerdoti adunata: vnde ſcire debes eos, qui cum Epiſcopo non ſunt, in Eccleſia non eſſe*. Chriſoſt. *m* etiam aſsimilat ſchiſmaticos manui, à corpore præſciſsæ, quæ mox deſinit eſſe ſui corporis manus, & addit, quod licet in dogmatibus fidei cõſentiant cũ Catholicis, adhuc in altera Eccleſia ſunt. Hieron. *n* ſimiliter inquit de ſchiſmaticis, quod ſeparant deceptam multitudinem ab Eccleſia Dei. Et tandem Auguſt. *o* quòd hæreticus non pertinet ad Eccleſiam, quoniam Eccleſia diligit Deum: nec ſchiſmaticus pertinet ad Eccleſiam, quoniam Eccleſia diligit proximum.

k *Lib. 4. ca. 62*
l *Lib. 4. epiſt. 9.*
m *Hom. 12. ſupra ad Epheſ.*
n *In c. 1. Amos*
o *De fide, & ſymbo. cap. 10.*

6. Arg. ratione.

9 Vltimò, quia eccleſiæ vnitas in duobus attenditur, vtique (vt D. Thom. obſeruat)

ſeruat)in connexione membrorum Eccleſiæ ad inuicem, & in ordine eorundē ad vnum caput Eccleſiæ,ſcilicèt ſummum Pontificē. Iuxta illud Pauli: p *Inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput,ex quo totum corpus per nexus,ac coniunctiones ſubminiſtratum,& conſtructum creſcit in augmentum Dei.* Sed ſchiſmatici nō conueniunt in Eccleſia in hac ſecunda vnitate,vt patet ex ſupradictis pro explicatione tituli quæſtionis.Ergo non conſtituunt vnum corpus cum illa, & proinde non pertinent ad corpus Eccleſiæ.

p *Coll.2.v.18.*

## CAPVT SECVNDVM.

### Authores,& argumenta partis affirmatiuæ.

10 COntrariam nihilominus ſententiā amplexātur viri vndequaque præcipui.Videlicet Alfonſus de Caſtro, a Petrus de Aragon, b & Iuniores frequenter.Argumenta autem illorum hæc ſunt.

Authores partis affirmatiuæ.

11 In primis enim ſchiſmatici verè ſunt fideles, aliàs potius eſſent hæretici,quàm ſchiſmatici.Ergo pertinent ad Eccleſiam. Conſequentia hæc ſufficienter probata manet ex dictis dubio præcedenti cap. 2.

Argu. 1. quia ſchiſmatici ſunt fideles.

12 Nec valet dicere cum Bellarminio vbi ſupra nō propriè dici Catholicos, niſi tantum illos,qui vltra hoc quod eſt habere fidem profitentur illam in Eccleſia Catholica:quia iuxta Optatum Milleuitanū c :*Deſerta matre Catholica impij filij errando,rebelles abſcedunt.*Et eſt notandum,quòd loquebatur de ſchiſmaticis,quos dum impios appellat,notat eos non eſſe verè fideles.

2. occurrit Belar.

13 Contra enim eſt,quia aut ſchiſmatici habent veram fidem,aut non.Si nō: Ergo ſunt hæretici,potius quàm ſchiſmatici. Si ſic. Ergo ſunt verè fideles, & per conſequens membra Chriſti. Et rurſum cùm Chriſtus non habeat in hoc mundo aliud corpus myſticum præter Eccleſiam,neque alia membra myſtica præter membra Eccleſię, conſequens eſt, vt ex quo ſchiſmatici ſunt membra Chriſti,ſint etiam membra Eccleſiæ.

Refellitur Belarmin. occurſus.

14 Secundò ſchiſma nō opponitur fidei,ſed charitati,vt habet D.Thom.d & probat ex eo quod peccatum ſchiſmatis intēdit ſe ſeparare ab vnitate illa, quā facit charitas in Eccleſia,ex quo illud Auguſt.*Schiſmatici diſſenſionibus iniquis à fraterna charitate diſcedunt,quamuis ea credant,quæ credimus.*Ergo ſchiſma nō pugnat cum forma conſtituente primā vnitatem Eccleſiæ,vtique cum fide,publicè,& palàm profeſſa,ſed cum perfectiuo huius vnitatis, quod eſt charitas : & proinde ſchiſmatici non faciunt diuiſionem in Eccleſia, prout ſic, ſed in perfectione vnitatis,& conformitatis.

Arg. 2. quia ſchiſma non opponitur fidei.

15 Tertiò ſchiſmatici in tantum dicuntur ſcindere Eccleſiam, in quantum Eccleſiæ pacem diſrumpunt dum litem contra Eccleſiæ caput, & contra eius ſubiectionem mouent.Ergo ſicut pax non eſt forma à qua habet Eccleſia eſſe ſimpliciter vnam:conſequens eſt,quòd per violationem illius nullus diſcedat ab vnitate Eccleſiæ,quæ reſpectu illius eſt vnitas ſimpliciter.Et proinde quòd ſchiſmatici non ſe ſeparent à potiſſima Eccleſiæ vnitate, ſed quod permaneāt in illa,ac tandem quod ſint partes Eccleſiæ.

Argu. 3. pro parte affirmatiua, quia ſicut pax non conſtituit Eccleſiā,ſic nec lites diſſoluūt.

a *Lib. 2. de iuſta hæret. punit. ca. 24.*
b *Tract. de Eccleſia, q. 1. cōcl. 3.*
c *lib. contra Parmen.*
d *2. 2. q. 39. art. 1. ad 3.*

## CAPVT TERTIVM.

### Notabilia pro deciſione dubij.

16 HAs ita ex dyametro diſsidentes ſententias, vt in legitimam poſſimus concordiam reducere, aliqua prænotanda, atque præmittenda ſunt.

De concordia ſententiarum agitur.

17 Primum eſt,quòd licèt ſchiſmaticus ſit ille, qui ſubeſſe renuit Sum. Pontifici,ſecundū Pelag.& D.Thom. a tamē(vt Caietanus b notauit)

a *Vbi ſup.*
b *Ibi art. 2. ad 3.*

*Quod inobedientia conſtituat ſchiſma.*

uit) non quæcumque inobedientia conſtituit ſchiſma, aut ſchiſmaticum, niſi illa tantum quæ eſt rebellio ad officium, vel poteſtatem Papæ, vel Eccleſiæ nollendo recognoſcere Pontificem tanquam ſuperiorem. Siquis enim (ait Caietanus) etiam pertinaciter contemneret ſententiam Pontificis, quia ſcilicèt nō vult exequi quæ ipſe ſtrictè iubet, v.g. abſtinere ab aliquo bello, vel reſtituere ſtatum aliquem, licèt grauiſsimè erraret, non tamen ſchiſmaticus fieret, quia contingit nolle exequi præcepta ſuperioris retéta tamen ſuperioritatis recognitione & veneratione. Siquis etiam perſonam Pontificis rationabiliter ſuſpectam haberet in deciſione alicuius cauſæ particularis, & propterea iudiciū eius recuſaret, paratus tamen ad parendum iudicio iudicum non ſuſpectorū, nec ſchiſmaticus propterea euaderet, nec aliquo graui crimine notandus veniret, quia naturale eſt cuique cauere à periculis. Quare ille tantum ſchiſmaticus eſt, qui officio, & poteſtati Papæ reluctatur, non recognoſcendo illum, vt ſuum ſuperiorem.

*Quot modis ſtet nō recognoſcere Pontificem.*

18 Secundum eſt, quod non cognoſcere ſummū Pont. vt ſuperiorem ſtat tripliciter. Primo modo ſpeculatiuè tantùm. Secundo, practicè tantùm. Tertio modo ſpeculatiuè, & practicè ſimul. Ille enim non recognoſcit, ſecundo modo, qui quamuis corde credat, & pro certo teneat illum eſſe *Eccleſiæ ſanctæ* caput, tamen ob aliquam occaſionem ita ſe geret erga eum, ac ſi non crederet: ille verò non recognoſci. Primo modo, qui etiam ſi ſe gerat erga ipſum fideliter obſequens illi tamen pro certo habet apud ipſum non eſſe ſupremum, & regimen, & primatum: ille vero tertio non recognoſcit modo, qui nec corde credit, nec operibus cōfitetur, ſed vtroque modo ſe exiſtimat, & habet obuium illi aperto, & occulto Marte.

*Eſt ſchiſma habēs adiunctā hæreſim.*

19 Tertiò eſt notandum, quòd quælibet iſtarum rebellionum eſt verè, & propriè ſchiſma; quia eſt vera contumacia contra poteſtatem capitis ſuperioris, & voluntarius conſenſus deſerendi confeſsionem publicam Vniuerſalis paſtoris. Eſt tamen diſcrimen, quod prima, & tertia, vel ſunt particulares hæreſes vel ſibi adiunctam hæreſim habent: quia de fide eſt ſummum Pontificem vniuerſalis Eccleſiæ caput, eſſe ſucceſſorem Petri, & Vicarium Chriſti, vt ſuo loco videbimus. Quare non præbere aſſenſum huic veritati error eſt in fide, & contumaciter reluctare illi eſt hæreſis manifeſta. Secunda vero rebellio, neque eſt hæreſis, neque adiunctam habet hæreſim, quia cum non ſit aſſenſus aliquis cōtra veritatem catholicam ab hæreſi deficit, etiam ſi propter exteriorem demōſtrationem ſit in procinctu, quia vt inquit Hieronymus. c *Nullum ſchiſma non ſibi aliquam confingit hæreſim*, vt rectè ab Eccleſia receſsiſſe videatur. c *Super ad Titū*

# CAPVT QVARTVM.

## Dubij reſolutio, & opinionum Conciliatio.

*Dubij reſolutio.*

20 HIs ita præmiſsis dicendum exiſtimo ſententiam primi capitis procedere tantùm de ſchiſmaticis, primæ, & tertiæ Claſis, hoc eſt, de illis qui verè hæretici ſunt, diſſentientes à veritate authoritatis Pontificis. Secundam verò tantùm de ſchiſmaticis ſecundæ claſis, vtique de illis, qui à prædicta veritate non diſcedunt, tamen, ac ſi diſceſsiſſent ſe gerunt erga ſummum Pontificem.

*Aliquando ſchiſma cōfunditur cū hæreſi.*

21 Priorem partem huius aſſertionis ex eo mihi coniicio quod Patres, pro prima ſententia inducti, ſæpe non diſtinguunt inter hæreſim, & ſchiſma, imò plerumque confundunt, & vſurpant vnum pro alio; vt patet ex illo Irenæi. *Nulla tanta ab eis* (vtique ab ſchiſmaticis) *fieri poteſt corruptio quanta eſt ſchiſmatis pernities*. Conſtat autem quòd niſi nomine ſchiſmaticis ſubintellexiſſet hæreſim, quod maior pernicies fieri, ac dari poteſt, quia maior eſt pernicies hæreſis, quàm ſchiſmatis. Tùm etiam quia vt interpres Irenæi ſuper iſtum locum

a *lib. 6. conſtit cap. 1.*
b *Vbi ſupra cap 1. argum. 3.*

Digitized by Google

cum obſeruat, ſancti Patres accipiunt peccatum ſchiſmatis pro grauiſsimo omnium peccatorum, præſertim Clemens Romanus. a Optatus milleuitanus, b & Auguſtinus c qui duo extremi idipſum colligunt, & coniiciunt ex eo quod fratricidis, incendiarijs, adulteris, atque etiam idolatris pœnitentiæ locum Deus reliquerit, vel ſupplicijs leuioribus animaduerterit ſchiſmaticos verè (ſub ducto reſipiſcendi tempore) vel cæleſtibus ignibus aſſumpſerit, vel hiatu terræ viuos corpore, & animo ad tartara breui momento præcipitauerit. Et ſubiunxit ex Dioniſio Alex. apud Euſeb. Cæſarien. d Multo plus habere cõmendationis martyrium perpeſſum contra ſchiſma, quàm contra idolatriam. Tûm tertiò ex eo quod Epiphanius, non cenſuit Milleſium deſijſſe eſſe membrum Eccleſiæ ſuæ, quia quamuis ſciret illum ſponte ab Epiſcopi ſui communione ſeparaſſe ſe ipſum, & alios ſeparare ſtuduiſſe, adhuc tamen hæreticus nõ

22 erat: Tûm quarto, quia vt Ambroſius e inquit de ſchiſmaticis, etſi fidem erga Deum habent, tamen erga Dei eccleſiam non habent. Conſtat autẽ, quod carentes fide erga Eccleſiam, ſunt verè hæretici. Tûm quinto quia Græci dicuntur ſchiſmatici, quia directè errant in his, quæ ad Eccleſiæ vnionem per ſe pertinent, cùm tamen, qui in huiuſmodi contumaciter prolabuntur hæretici ſint. Tûm denique, quia cum ſchiſma ſit genus ad hæreſim, & ad ſchiſma ſingulariter dictum non incongruè vſurpatur ſchiſma pro hæreſi, ſed potius con

23 uenientiſsimè, vt genus vſurpari ſolet pro imperfectiori ſpecie ſicuti irrationalia appellantur animalia abſolutè.

24 Quare ſententiæ primi cap. nihil officit ſententia cap. 2. non enim militat contra ſchiſma ſpecialiter dictum, ſed contra illud quod ſimul inubluit aliquam hæreſim, dicitur tamen ſchiſma, quia licet ſit hæreſis, non tamen eſt contra ea, quæ Dei ſunt im mediate, ſed contra ea, quæ pertinent ad eius Vicarium, ſcilicèt ſummum Pontificem, quod hæreſis genus omnium pertinenniſsimum eſt, vtpote caput aliorum grauiſsimorum, vt in hæreticis noſtri temporis experimento conſtat.

25 Secundam verò partem aſſertionis noſtræ coniicio ex eo, quòd ſchiſmatici illi re vera habent eſſentialem connoxionem cum reliquis Eccleſiæ membris: ſiquidem in fide prolapſi non ſunt. Vnde mortuo Pontifice illo, contra quem ſchiſma excitarunt, reputantur Eccleſiæ membra, etiam ſi nihil aliud præſtiterint quàm ablato è medio ſummo Pontifice, deſiſtere à perſequutione illius. Signum ergo eſt, quod etiã antea erãt membra Eccleſiæ: quoniam aliàs, vt inter Eccleſiæ membra computarentur, oporteret illos aliquid denuò accipere, à quo formaliter haberent colligari, & reliquis membris vniri. Quare ſi aliquando dicuntur eſſe præſciſsi, & exra Eccleſiam poſiti, intelligendum eſt, non quidem ſimpliciter, ſed tantùm ſecundùm quid, vtiquè ſecundùm externam communicationem, & colligationẽ, & comparatione facta cum reliquis membris fidelibus, qui non ſolum corde credunt, ſed ore profitentur Romanum Pontificem eſſe Chriſti Vicarium, & per omnia decretis illius, & monitis ſubiiciuntur. Et ad hanc normam ſoluenda ſunt argumenta primi capitis, quæ aliquid contra hoc probare videntur.

(.?.)

a lib. 6. conſtit. cap 1.

b Vbi ſupra cap. 1. argum. 3.

c lib. 1. contra Parmen. & de baptiſm. cõtra Donatiſ. cap. 6.

d lib. 6. hiſt. cap. 37.

e lib. de flebili quærimonia,

Schiſmæ crimem atrociſſimũ, & accerrimè punitum ſæpe.

Cur Græci dicuntur ſchiſmatici.

Aliquando hæreſis appellatur ſchiſma.

Schiſmatici poſſunt non labi in fide.

DV-

# DVBIVM DVODECIMVM.

## *Vtrùm hæretici pertineant ad Eccleſiam.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Arg. 1. â parte affirmatiua, quia intra Eccleſiam ſunt paleæ, ſimul cum granis.*

2 *Arg. 2. quia in* Eccleſia *vt in magna domo ſunt vaſa honoris & contumeliæ.*

3 *Arg. 3. quia* Eccleſia *iudicat hæreticos.*

4 *Arg. 4. quia hæretici tenẽtur obedire Eccleſiæ.*

5 Arg. 5 *quia epiſcopus hæreticus poteſt ordines conficere.*

6 *Arg. 6. quia Papa hæreticus eſt caput Eccleſiæ.*

7 *Oſtenditur ex patribus, hæreticos non pertinere ad* Eccleſiam.

8 Ratione *oſtenditur, hæreticos non pertinere ad Eccleſiam.*

9 *Vitandi hæretici.*

10 Eccleſia *eſt fidelium congregatio.*

11 *Reſpondetur 1. arg. 1. cap. areã Euangelij ſignificare mundum.*

12. *Reſpondetur 2. arg. 1. c. hæreticos eſſe vaſa fracta.*

13 *Hæreſis importat errorem cum contumacia.*

14 *Reſpondetur arg. 1. cap.* Eccleſiam *dãnare hæreticos tã ,uã fide refragos.*

15 *Reſpondetur ad 4. arg. 1. cap. hæreticos teneri ad* Eccleſiæ *leges.*

16 *Reſpondetur 5. arg. 1. cap. poſſe aliquid habere rationem capitis, non tamem membri.*

17. *Reſpondetur arg. 6. vt ad 5.*

18 *Hæretici habent characterem baptiſmalem.*

19 *Non ſatis eſt character vt hæretici ſint partes* Eccleſiæ, *ſed aut fuiſſe aut eſſe verè partes illius.*

# CAPVT PRIMVM.

## Authores, & argumenta partis affirmatiuæ.

Argu. 1. à parte affirmatiua, quia in tra Eccleſiã ſũt paleæ ſimul cum granis.

A Parte affirmatiua ſtant Alphonſus de Caſtro,a & Caietanus.b Argumenta illorum iſthæc ſunt.

1 Primum apud Matth. 13. Regnũ cœlorum comparatur agro in quo triticum, paleæ, & zizania inuenta ſunt, ideſt, boni Chriſtiani, mali Chriſtiani, & hæretici, vt interpretantur Auguſtinus,c Hieronymus, & Chriſoſt.d Ergo cum Regnum cœlorum idem ſit quod Eccleſia, conſequens eſt, vt in illa eſſe poſsint hæretici, non ſecus, atque in agro frumenti eſſe poteſt zizania.

Argu. 2. quia in Eccleſia, vt in magna domo ſunt vaſa honoris & cõtumeliæ.

2 Deinde cum dixiſſet Paulus 2. Corit.5 hæreticos illos Himeneum, & Philetum à veritate excidiſſe, & ſubuertiſſe quorundam fidem, mox adiecit, *In magna domo, non ſolùm ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed etiam lignea, & fictilia.* Ergo nomine vaſorum ligneorum, & fictilium ſubintellexit hæreticos, quia de hæticis ſermonem habebat. Quare Auguſtinus, tàm ex propria quàm ex Cypriani ſententia intelligit illud verbum de hæreticis. Cum ergo nomine magnæ domus intelligenda veniat *E*ccleſia, iuxta omnium Patrum Latinorum ſententiã, conſequens eſt, quòd ex mente Pauli hæretici videantur pertinere ad Eccleſiam.

Argu. 3. quia Eccleſia iudicat hæreticos.

3 Tertio *E*ccleſia iudicat hæreticos, & animaduertit in illos, vt experi-

a *lib. 1. de iuxx hæretic. punitione, cap. 4.*

b *Opuſc. de autoritate Papæ, cap. 2. & 23. & opuſc. 2. c. 12*

c *q. 11. ſuper Matth.*

d *ſuper Matt. 13.*

c 1.Cor.15.n.12 rimento quotidiano comprobatum eſt. At Paulus inquit. c *De his qui foris ſunt nihil ad nos, nequid mihi eſt de his qui foris ſunt iudicare?* Ergo ſignum eſt non ſolù quòd hæretici non ſunt extra Eccleſiam, ſed etiam quod ipſa Eccleſia iudicat eos non eſſe foris, ſed intra ſe ipſam.

4 Quarto hæretici tenentur obedire præceptis Eccleſiæ, non ſecus, ac ſi fuiſſent verè catholici. Ergo ſignum eſt quòd pertinent ad corpus Eccleſiæ, ſiquidem in tantùm ciues pertinent ad corpus reipublicæ, inquantum parere tenentur legibus illius. Argu. 4. quia hæretici tenētur obedire Eccleſiæ

5 Epiſcopus hæreticus poteſt conficere Sacramentum, & conſecrare miniſtros Eccleſiæ, & conferre Sacramentum confirmationis. Ergo eſt membrum Eccleſiæ; conſequentia patet, quia hæc niſi fiant à membris Eccleſiæ, facta non tenent. Argu. 5. quia epiſcopus hæreticus poteſt ordines cōficere.

6 Sexto Papa etiam ſi ſit hæreticus, tamen donec ab Eccleſia deponatur retinet ſuam authoritatem, & eſt verè caput Eccleſiæ. Ergo ſignum eſt quod hæreſis non præſcindit membrum ab Eccleſia: quoniam aliàs Papa hæreticus nō poſſet eſſe caput Eccleſiæ, cùm non poſſet eſſe membrum. Argu. 6. quia Papa hæreticus eſt caput Eccleſiæ.

## CAPVT SECVNDVM.

### Aſſeritur, & probatur pars negatiua.

7 Contraria ſententia nihilominus firma, ac perpetua eſt, inter ſanctos Patres. Etenim Ciprianus a ſermones habens de Nouatiano hæretico, ita inquit. *Quod ad Nouatianum pertinet, ſcias nos curioſos eſſe non debere, cum foris doceat, quiſquis ille eſt, & qualiſcumque eſt Chriſtianus non eſt, qui in Eccleſia non eſt.* Hieronymus ſimiliter. b *vbicubi audieris Marcioniſtas, Valentinianos, & Campenſes, ſcitò non eſſe Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti Synagogam.* Auguſtin. præterea, c *Eccleſiam ſicut habent Catholici, non habent hæretici, & tamen baptiſmum habent: nam Spiritus ſanctus diſciplinæ aufugiet fictum, nec tamen eum effugit baptiſmus.* Alibi etiam, & alibi, Iterumque, & iterum conſtituit hæreticos nomine tantùm eſſe Chriſtianos, non autem re. conſtat autem Eccleſiæ corpus præciſè conſtare ex Chriſtianis. Gregorius noſter ſimiliter ita habet. d *Hæretici ab vnitate fidei ſunt egreſsi, teſtante Ioanne, ex nobis prodierunt.* Et in vniuerſum ſancti Patres cùm de hæreticis loquuntur, dicunt eſſe foris; & cum reſipiſcunt, dicunt quod redeunt, & quod conuertuntur ad Eccleſiam, & quod Eccleſiæ reſtituuntur; vt eſt videre in his quæ Sixtus Pont. e Felix 1. f Ireneus, g Tertullianus, h & Conc. Nic. I. conſtituunt. Eſt etiam hæc ſententia communis inter Theologos. Etenim D. Thomas K D. Antoninus, l Auguſt. de Ancona, m Silueſter, n Turrecremata, o Victoria, p Cano, q Dominicus de Soto, r Aragon, s Bañez, t Belarm. & denique recentiores omnes illam planè amplexantur, & illam hac vnica ratione ſufficienter muniunt. Oſtenditur ex patribus hæreticos non pertinere ad Eccleſiā.

8 Deinde hæretici non participant aliquem influxum vitæ à Chriſto capite. Ergo non ſunt membra illius, ergo nec membra Eccleſiæ. Ambæ iſtæ conſequentiæ patent. Antecedens autem probatur, ex eo quod in primis hæretici non participant à Chriſto capite influxum perfectæ vitæ, vtique gratiam, & charitatem. Nec ſimiliter participant influxum vitæ imperfectæ, qualis eſt vera fides, ſiquidem hæretici circa fidem naufragauerunt, adeò vt primus effectus hæreſis ſit diſpendium fidei. Ergo non magis quàm infideles habent eſſe membra Chriſti, qui tamen ſunt membra omnino in potentia. Ratione oſtenditur hæreticos nō pertinere ad Eccleſiam.

9 Hæc ratio confirmatur ex illo v *hæreticum deuita, quia ſubuerſus eſt, & proprio iudicio condemnatus.* Id eſt (iuxta interpretationem Hieronymi x ibidem) hæreticus non eſt reiectus ab Eccleſia per ex communicationis repulſam, vt excluduntur alij, ſed ipſe, ſe ipſum ab Eccleſia reiecit, verba Hieronymi hæc ſunt. *Propterea à ſemetipſo dicitur damnatus, quia fornicator, adulter, homicida,* Vitandi hæretici.

a Epiſt. ad Antonianam.
b t.c. dial. cōtra Lucifer.
c t.7. lib. de bap. contra Donat. c.23. & l.6.c.3. Idem contra lit. Petiliani c. 18. & in Enchi. c.5.
d lib. 12. mor. c. 15.
e Epiſt. 1. decretali.
f Epiſt. 1.
g lib. 3. cap. 3.
h lib. de preſcrip. & lib. contra Marcionem.
i cap. 8. & 9.
K 3.p. q.8. à 3. & op. 23.
l 3.p.t.22.§.3.
m De poteſtate Eccleſiæ, q.5. a2
n Verbo Papa q.4.
o lib.1. ca. 6. & lib.4. p.2. c. 20.
p Relec. 1. de poteſtate Eccleſiæ num. 6.
q 4 de locis c.2.
r in 4.d. 22. q. 2. à 2.
s hic dubio concluſione 3.
t ibidem.
v 1. ad Tim. 3.

*da, & reliqui per Sacerdotes de Eccleſia propelluntur, hæretici autem in ſemetipſos ſententiam ferunt, ſuo arbitrio de Eccleſia recedentes.* Et alio: idem ait. y *Vitandum hæreticum Apoſtolus præcipit, qui vtique antequam vitetur, atque damnetur Eccleſiæ portio fuit.* Quaſi apertius diceret, fuit quidem de grege Eccleſiæ, ſed iam non eſt: Paulus igitur cenſet hæreticos extra Eccleſiam eſſe.

y Idem lib. 3. ad Petilianum... [marginal note partly illegible]

Eccleſia eſt fidelium congregatio

10 Deinde confirmatur ex eo, quòd Eccleſia definitur, tàm à ſummis Pontificibus, quàm à generalibus Concilijs, z fidelium congregatio. Sed hæretici non ſunt fideles, ſed potius infidi, & fidei deſertores. Ergo non ſunt partes Eccleſiæ, neque pertinent ad corpus illius.

z Conc. Lateran. cap. firmiter, de ſumma Trinit.

## CAPVT TERTIVM.

### Reſpondetur argumentis 1. capitis.

Reſpondetur 1. argu. 1. c. aream Euangelij ſignificare mundũ.

11 AD argumẽta oppoſita reſpondetur & ad primũ, quod area, illa nõ ſignificat Eccleſiam, ſed mũdum; dicente Domino a *ager eſt mundus*, in mundo autem hæretici eſſe poſſunt.

a Mat. 13. n. 8.

Quod ſi obiicias Cyprianum b & Auguſtinum c dicentes. Agrũ illum eſſe Eccleſiam. Reſpondetur loquutos fuiſſe largè, & ſecundum quid, qualiter etiam hæretici intra Eccleſiam contineri poſſunt, vtique commixti inter membra Eccleſiæ, vt zizania inter herbam tritici: propter hoc enim monemur cauere ab illis, & illorum conſortia declinare. Vt autem zizania non verè pertinent ad frugem agri, ſed tantùm ſecundùm quid pertinent ad agrum, & ad cumulum, ita hæretici ad Eccleſiæ corpus.

b lib. 3. Epiſt. 3. c lib. 2. contra Creſc. cap. 34.

Reſpondetur 2. arg. 1. c. hæreticos eſſe vaſa fracta.

12 Ad ſecundum reſpondetur, quod vaſa fictilia non ſunt illa, quæ iam fracta ſunt, vt hæretici, ſed quæ facili negocio franguntur, id eſt, quæ ſubuertuntur ſermonibus hæreticorum, vt à fide excidant. Et vt de facto excidêre quam plurimi propter inania verba Himenei, & Phileti, de quibus Apoſtolus, ibi. Quare mens eius eo loci non fuit reddere rationem, cur Deus tollerauerit hæreticos, ſed cur paſsus fuerit, & cur aliqui propter ſermones illorum hæreticorum fuerint in fide ſubuerſi, & vt huius reddat rationem, inquit. Quòd in magna domo, non ſolùm ſunt vaſa aurea, & argentea, quæ inconcuſſa manent ad quoſcumque ictus, ſed etiam lignea, & fictilia, quæ facili negotio franguntur ad cuiuſcumque tactum.

Hæreſis importat errorem cum contumatia.

13 Secundo reſpondetur, quòd ſi Paulus ſermonem direxit ad Himeneum, & Philetum, non expectauit ad tempus quo in hæreſim prolapſi ſunt. ſed ad tempus quo errarunt per ignorantiam, & inſcitiam. Non enim incurritur hæreſis præciſè per errorem; niſi ſuperaddatur cõtumatia. Quam ſolutionem adducit Auguſtinus. d

d lib. 3. de bap. cap. 19.

Reſpondetur 3. argu. 1. c. Eccleſiam damnare hæreticos tanquam fidei refragos.

14 Ad tertium reſpondetur, quod Eccleſia non iudicat hæreticos, quia pertineant ad illam tanquam partes, aut membra, ſed quia habet ius in illos acquiſitum propter fidei profeſsionem, quam in baptiſmo fecerunt. Etenim ſicut transfuga non pertinet tanquam pars ad exercitum illum à quo aufugerat, & tamen dux illius exercitus poteſt illum punire ob fidem ſibi præſtitam, & violatam: ita etiam ad Paulum reſpondetur loquutum tantum fuiſſe de gentilibus, & paganis, non autem de hæreticis. Cuius ratio eſt quòd illi omnino ſunt extra Eccleſiam, vtporè quod nuſquam illi aliquid vouerunt. Hæretici autem, licèt non ſint intra Eccleſiam in ratione membrorum, aut partis, pertinent tamen ad eam ſub ratione promiſsionis ellicitæ. Sane ſicut quando aliquis fit ciuis alicuius reipublicæ, ipſo facto paciſcitur cum ea ſe obedientiam, & obſequium ſuis legibus præſtiturũ, & ipſa eum indẽnem, & ſaluum (quoad fieri poteſt) conſeruaturam; ſi tamen ille fidem frangit, non propterea reſpublica ius amittit ſumendi pœnas de illo, ſed potius retinet. ita vt iure poſsit iuxta grauitatem delicti animaduertere in eũ, ſic in præſenti, quia quilibet baptizatus ſpopondit fidem Eccleſiæ, & ipſa ei educationem ſpiritalis vitæ, & conſeruationem in ea.



Digitized by Google

15 Ad quartum argumentum reſpondetur, vt ad tertium præcedens, videlicet, teneri ad præcepta Eccleſiæ ob fidei profeſsionem in baptiſmo emiſſam, cuius violatio non extrahit illos à iugo obedientiæ.

16 Ad quintũ, quod quidquid ſit de antecedẽti (de quo infra vberrimè e agẽdũ eſt) neganda eſt conſequentia, quoniã (vt inquit D.Thom.) f in moralibus poteſt eſſe caput id, quod re vera non eſt membrum, vt patet in Chriſto Domino, qui eſt caput omnis Eccleſiæ, & tamen in rigore nullius Eccleſiæ eſt membrum propriè dictum; vtpote quòd non accipit aliquem influxum à reliquis membris, quod eſt de ratione membri propriè dicti. Quare à negatione membri non valet conſequentia ad negationem capitis. Videatur de re illa Turrecremata. g

17 Ad Sextum reſp. ſimiliter vt ad quintum. Sed adhuc reſtat obiectio con-
18 tra concluſionem noſtram deducta ex eo, quod hæretici habent characterem baptiſmalem. Is enim indelebilis eſt quantumcunque fides deleatur. Sed per illum denotantur homines eſſe membra Eccleſiæ, non ſecus, atque per ſignum denotantur oues alicuius gregis. Ergo ſicuti oues quantumcunque errantes dicuntur pertinere ad ouile quandiu ſignum illud geſtant, ita hæretici quamdiu retinent characterem baptiſmalem.

19 Reſpondetur, nihilominus characterem nõ eſſe ſufficientem formam cõſtitutiuam corporis Eccleſiæ. Quod patet ex eo quod character non eſt vita ſpiritualis, neque principium vitæ ſpiritualis, neque aliquid ratione cuius debeatur influxus aliquis ſupernaturalis, vitalis, ſed tãtum eſt quoddam ſignum ad cognoſcendum quænam oues pertineant, aut pertinuerint ad ouile Chriſti, vt eas ſi errauerint reuocare poſsit Eccleſia: & etiam eſt quædam potentia paſsiua ad idoneè ſuſcipienda ſacramenta. Quare cum ratio membri non poſsit conſiſtere ſine aliqua influxus vitalitate, fit conſequens, vt baptiſmalis character non ſufficiat ad conſtituendum aliquod membrum Chriſti, & proinde neque Eccleſiæ. Plura quæ ad hoc propoſitum conducere poſſunt adducentur dubio ſequenti. Pro exacta verò explicatione huius videatur Belarm. h

e *Infra tract. de ſummo Pontifice.*
f *in 1. d. 12. q. 2.*
g *lib. 1. ſumma cap. 47.*
h *lib. 3. de Eccleſia militãte, c. 4.*

Reſpondetur ad quartum arg. 1. c. hæreticos teneri ad Eccleſiæ leges.

Reſpondetur 5. arg. 1. c. poſſe aliquid habere ratione capitis, nõ tamẽ mẽbri.

Reſpondetur 6. argu. vt ad 5.

Hæretici habẽt characterem baptiſmalẽ. Nõ ſatis eſt character, vt hæretici ſint partes Eccleſiæ, ſed aut fuiſſe, aut eſſe deberet.

# DVBIVM DECIMVM TERTIVM.

## *Vtrùm cathecumeni pertineant ad Eccleſiam.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Qui ſunt cathecumeni.*
2 *Arg. 1. à parte negatiua, quia baptiſmus eſt ianua Eccleſiæ.*
3 *Arg. 2. ad idem, quia baptiſmus facit* Eccleſiæ *membra.*
4 *Arg. 3. ad idem, quia cathecumeni nõ reputantur fideles.*
5 *Arg. 4. ad idem, quia cathecumeni non tenentur legibus* Eccleſiæ.
6 *Arg. 5. ad idem, quia Eccleſia in fide exteriori fundatur.*
7 *Arg. 6. ad idem, quia cathecumeni nõ habent Chriſti characterem.*
8 *Arg. 7. ad idem, quia cathecumeni non referuntur in Eccleſiæ cathalogo.*
9 *Arg. 1. pro parte affirmatiua, quia fides facit membra* Eccleſiæ.
10 *Arg. 2. ad idem, quia cathecumeni ſunt in ſtatu ſalutis.*
11 *Occurritur arg. & occurſus reijcitur.*
12 *Arg. 3. ad idem, quia ſancti id videntur ſentire.*
13 *Sententia media Turrecrematæ.*
14 *Sententia media Melchioris Cani.*
15 *Eccleſia ſemper vna.*
16 *Eccleſia habuit ſtatus diuerſos.*
17 *Eccleſiæ partes, diuerſæ ſunt & reip.*
18 *Secũdũ diuerſa poteſt aliquis eſſe pars actualis, & non actualis alicuius reipublicæ.*

19 Ca-

19 *Cathecumeni ſimpliciter ſunt membra Eccleſiæ.*

20 *Cathecumeni non ſunt actu membra Eccleſiæ ſecundùm ſtatum gratiæ.*

21 *Quid addit Eccleſia in ſtatu gratiæ ad Eccleſiam ſimpliciter dictam.*

22 *Cathecumeni non per omnia ſubſunt Eccleſiæ capiti.*

23 *Cathecumeni ſunt reſpectu Eccleſiæ vt pueri reſpectu reipublicæ.*

24 *Solutio argumentorum, 1. & 2. capitis.*

Qui ſint cathecumeni

1 PRo tituli intelligentia aduertendum eſt cathecumenos dici, & eſſe fideles, ac verè credentes fide ſupernaturali, & infuſſa, non tamen aqua baptiſmali tinctos.

## CAPVT PRIMVM.

### Authores, & argumenta partis negatiuæ.

Argu. 1. à parte negatiua, quia baptiſmus eſt ianua Eccleſiæ.

2 IN hoc dubio eſt prima ſententia abſolutè negans cathecumenos actu eſſe partes Eccleſiæ, & eam ſequuntur Gregorius de Valentia, *a* Azor, *b* & Belarm. *c* qui extremus omnium extremè argumentatur ſic.

In primis in Apoſtolicis actis ſcriptum eſt, *d Qui receperunt verbum baptizati ſunt, & appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria millia.* Vbi antequam reciperentur intra Eccleſiæ cœtum auditores iſti, notatum eſt, quod ſuſceperunt baptiſma, & non tantùm de illis dictum eſt quod receperunt verbum. Ergo adhoc, vt aliquis connumeretur inter Eccleſiæ membra, non ſatis eſt recipere verbum fidei, ſed vlterius requiritur baptiſmo initiari.

*a diſp. 1. de ob. fidei. q. 1. p. 7. §. 15.*
*b 2. p. ſu. lib. 5. de 4. præcep. c. 2. & d. 5.*
*c Vbi ſupra c. 3.*
*d Actor. 2.*

Argu. 2. ad idem quia baptiſmus facit Eccleſiæ membra.

3 Secundo Concilium Florent. *e* expreſſe aſſerit homines in tantum fieri membra Chriſti, ac de corpore Eccleſiæ, in quantum baptizantur. Vde Eugenius Pont. vocat ibi baptiſmum Eccleſiæ ianuam, & addit, quòd per baptiſmum efficimur corpus Chriſti.

*e Inſtruit, armenorum.*

Argu. 3. ad idem quia cathecumeni nō reputātur fideles.

4 Tertiô cathecumeni non reputantur in Eccleſia Chriſti, vt fideles: Ergo neque vt membra illius. Iſta conſequentia patet, ex eo quod Eccleſia eſt congregatio fidelium. Antecedens autem probatur authoritate ſanctorum patrũ. Etenim Gregorius Nazianzenus, *f* dicit cathecumenos eſſe in veſtibulo pietatis, nec adhuc poſſe vocari fideles niſi intus ingrediantur per baptiſmum. Chriſ. *g* ait. Cathecumenum alienũ eſſe à fide, & nihil commune habere cum fideli. Tertul. *h* ſimiliter reprehendit quod non diſtinguant cathecumenos à fidelibus, *i* Cyril. prætea aſſerit cathecumenos eſſe aput Chriſtianos, quod olim incircuncisi apud iudæos, quod propterea non poterant veſci agno paſchali, Auguſt. *K* prætea expreſsè diſtinguit cathecumenos à fidelibus.

*f Oratione in ſtū lauacrum.*
*g Hom. 29. in Ioan.*
*h lib. de præſcri*
*i lib. 22. in Ioan.*
*K tract. 4. in Ioa.*

Argu. 4. ad idem quia cathecumeni non tenētur legibus Ecc.

5 Quarto cathecumeni non habent ius ad Sacramenta Eccleſiæ, nec tenentur præceptis Eccleſiæ. Ergo non ſunt membra Eccleſiæ. Quis ènim poteſt eſſe ciuis alicuius reipublicæ qui non habeat ius ad beneficia talis reipublicæ, & onus ad præcepta?

Argu. 5. ad idem quia Eccleſia in fide exteriori fundatur.

6 Quinto arguit Azor ſic, Eccleſia non in interiori fide, ſed etiam in exteriori fidei profeſsione fundatur, ſed chatecumeni profeſsionem iſtam non emiſerunt. Ergo cathecumeni non habent id per quod pertinere poſsint tanquam membra ad Eccleſiam. Maior iſta poteſt probari ex eo quod Eccleſia eſt viſibilis. Ergo forma conſtitutiua illius debet eſſe viſibilis, vtique aliquod Sacramentum, quod ſit ſignum ſenſibile. Minor etiam poteſt probari. Ex eo quod Sacramentum baptiſmi, eſt publica fidei proteſtatio. At cathecumeni illud non ſuſceperunt. Ergo non magis ſunt de Eccleſia, quàm nouitius, qui profeſsionē adhuc nō emiſit, eſt de religione illa, cuius cucullum ſuſcepit.

Argu. 6. ad idem quia cathecumeni nō habēt Chriſti caracterem.

7 Sexto cathecumeni non habent Chriſti caracterem, vt pote, qui non imprimitur, niſi in baptiſmi ſuſceptione. Ergo non pertinent ad ouile illius, & proinde neque ad Eccleſiam quæ eſt ouile Chriſti.

8 Denique nullus pertinet tanquam membrum ad aliquam rempublicam,



Digitized by Google

niſi in cathalogo ciuium illius inſcribatur. Ergo nec cathecumeni pertinebunt ad Eccleſiam, donec in cathalogo ciuium illius adſcribantur. Sed vſque ad realem ſuſceptionem baptiſmi inſcribi non poſſunt. Ergo quamdiu cathecumeni ſunt, non ſunt de Eccleſia.

Arg. 7. ad idē, quia chatecumeni nō referuntur in Eccleſiæ catalogo.

# CAPVT SECVNDVM.

## Authores, & argumenta partis affirmatiuæ.

ALij è contra partem affirmatiuam abſolutè tuentur, inter quos potiſsimū locū tenet Caſtro, *a* cui multi recentiorum ſubſcribunt.

a *Lib. de iuſta hæretic. punitione, cap. 8.*

9 Probant autem eam ſic, in primis in cap. de presbyteris nō baptizatis expreſſe aſſeritur, quòd nō tātū per Sacramētū, fidei, ſed etiā per fidē Sacramenti cōſtituuntur homines, mēbra Chriſti, & partes Eccleſiæ. Cum ergo Sacramentum fidei idem ſit quod Sacramentum baptiſmi, & fides Sacramenti fides diuina, quam profitentur fideles, ſignum eſt quod non tā tum per baptiſmum, ſed etiam per fidem fiunt homines membra Eccleſiæ.

Arg. primo, pro part. affirmatiua, quia fides facit membra Eccleſiæ

10 Secūdò extra Eccleſiam non eſt ſalus, vt Concilium Lateran. *b* definit, & confirmant Ciprianus, *c* Hieronymus, *d* & Auguſtinus, *e* & oſtenſum habemus in illo ſymbolo quo Eccleſia deſignatur per arcam Noë, extra quam in diluuio nemini potuit contingere ſalus. Sed cathecumeni ſaluantur, vt expreſſe de Valētiniano Imp. qui obijt cathecumenus aſſerit D. Ambroſius, *f* & omnes cathecumeni ſunt in via ſalutis; & ſaluari poſſunt, ſecundùm legem Dei ordinariam: quia ſecundùm illam poſſunt habere fidem, ſpem, & charitatem citra ſuſceptionē Baptiſmi. Ergo ſignū eſt, quod pertinent ad Eccleſiam.

b *Cap. firmiter.*
c *De vnit. Eccleſiæ.*
d *Tractatu de tribus apoſtaſijs.*
e *Lib. de Bap. c. vltim.*
f *De obitu Valent.*

Arg. 2. ad idē, quia cathecumeni ſūt in ſtatu ſalutis.

11 Nec valet ſi cum Bellarmino *g* dixeris, quod ad hoc vt cathecumeni ſaluētur intra Eccleſiam ſatis eſt habere votum, & deſiderium Baptiſmi. Contra enim eſt, quod, vel hoc deſiderium adiunctum fidei diuinæ, quam cathecumeni habent ſufficit illos conſtituere membra Eccleſiæ, vel nō. Si primum, habetur intentum. Si ſecundum, iam dici non poſſunt ſaluari intra Eccleſiam, quia in tantum eſt aliquis intra Eccleſiam, propriè loquendo, in quantum eſt membrū Eccleſiæ, & pars illius.

g *Vbi ſupra.*

Occurritur argu. & occurſus reijcitur.

12 Denique ſancti Patres, ſic loquuntur de cathecumenis ac de membris Eccleſiæ. Ergo ſignū eſt, quòd reputāt illos tanquā membra Eccleſiæ. Antecedēs probatur in primis ex eo, quod Dionilius *h* dum diſtinguit Eccleſiaſticos gradus aſsignat ſpecialem locum cathecumenis. Conſtat autem dum ciues, & milites habent ſpecialem locum ex ciuitatis reſcripto, in ciuitate, & exercitu, reputantur ciues, & milites talis Reipublicæ. Item Greg. Magnus ſemel, & iterū agit de cathecumenis, vt de membris Eccleſiæ. Et Auguſt. expreſsè aſſerit eos inter membra Eccleſiæ. Ergo verè ſūnt de Eccleſia.

h *De Eccleſiaſ. hierarh. ca. 7.*

Arg. tertiū, ad idē quia ſancti id videturſentire.

# CAPVT TERTIVM.

## Sententiæ mediæ referuntur.

13 INTER Has extremas ſententias mediant aliæ duæ. Prima eſt Turrecrematæ *a* aſſerentis cathecumenos eſſe partes mentales Eccleſiæ, non vero perſonales, ſiue eſſe in Eccleſia, ſecundùm merìtum, non verò ſecundum numerum. Priorem partem probat ex eo, quod cathecumeni verè habent verā fidē, & poſſunt de facto habere ſpem, & charitatem, & in illis decedere, vt patet ex his quæ Ambr. *b* de Valētiniano recenſuit.

a *Lib. 1. ſummæ cap. 7. arg. 8. & ca. 8 ſolut. ad 8.*
b *Vbi ſup.*

Sentētia med. Turrecrem.

Poſteriorē verò partē probat ex eo quòd Aug. *c* aſſerit, videlicet. *Ad hoc Baptiſmus valet, vt baptizati Chriſto concorporentur.* Ergo ſignū eſt, quòd nō Baptizati nō ſunt concorporati Chriſto, & proinde eos non pertinere corporaliter ad Eccleſiam, ſed tantùm mentaliter.

c *Lib. de. Bap. rb. Et refertur conſecr. ca. ad ..*

Vtram-

Vtramque autem partem ſimul probat ex D. Thoma *d* dicente, quòd incorporari Chriſto contingit dupliciter, videlicèt, merito, & numero: & primũ haberi per votum baptiſmi, ſecundũ verò per realem ſuſceptionẽ illius. *d in 4.d.8.*

Sententia media Melchioris Cani.

14 Secũda ſententia media eſt Cani dicentis Eccleſiam dupliciter poſſe conſiderari, nimirum, & prout originem duxit à principio mundi vſque in finem, & prout ſingulariter dicitur, Eccleſia Chriſti ſingularibus Sacramentis ornata, & inſtituta: Quo poſito dicit Eccleſiam primo modo ſumptam continere vniuerſos fideles, tàm baptizatos, quàm non baptizatos, & cathecumenos, non autem ſecundo modo conſideratam.

# CAPVT QVARTVM.

## Notabilia pro deciſione dubij.

Eccleſia ſemper vna.

15 PRo deciſione dubij notandum eſt in primis, quod Eccleſia militās ſemper extitit vna, & omnino eadem (vt ſuo loco dicemus) abſolutè, & ſimpliciter loquendo.

Eccleſia habuit ſtatus diuerſos.

16 Secundò Eccleſiam ſalua vnitate, & identitate prædicta habuiſſe diuerſos ſtatus, vtique pueritiæ in lege naturæ, iuuentutis in lege ſcripta, prouectæ, ac perfectæ ætatis in lege gratiæ, vt etiam ſuo loco oſtendemus; vt enim vnus, & idem homo tres iſtos ſtatus aſſequitur ita & Eccleſia Chriſti.

Eccleſiæ partes diuerſæ ſũt & reipublicæ.

17 Tertiò notandum eſt, quod ſicut Philoſophi diſtinguunt partes continui in actuales, & potentiales, ita diſtingui debent partes reipublicæ, in actuales, & potentiales: pars actualis eſt omnis ille, qui actu retinet quidquid actualiter requiritur ad hoc, vt ſit membrum talis reipublicæ, pars verò potentialis ille dicitur quiſquis non habet omnia hæc, habet tamen aliquid cui eſt annexum omne illud, & reliquum, quod cætera membra habent, v.g. Viri cuiuſcumque reipublicæ ſunt partes actuales illius, quia & habent ius ad beneficia, officia quê reipublicæ, & tenentur ſubeſſe legibus eius: pueri verò, qui infantes ſunt, licèt habeant aliquid ſecundùm quod pertineant ad ipſam rêpublicam, propter quod ipſa tenetur fouere, defendere, nutrire, & erudire illos, ipſi tamen nõ cẽſentur partes actuales, ſed tantum potentiales illius, vtpotê quod neque habent ius actuale ad officia reipublicæ, neque obædiẽtiæ ſubiectionẽ, aut obligationem ad præcepta & ſtatuta illius.

Secundũ diuerſa poteſt aliquis eſſe pars actualis, & nõ actualis alicuius reipublicæ.

18 Quartò notandum eſt, quod poteſt aliquis eſſe actu membrum alicuius reipublicæ, ſecundùm vnam rationem, & ſecundûm aliam habere rationem membri tantùm in potentia, vtpotê, quod poteſt habere actu aliquam formam conſtitutiuam membri actualis, & carere alia forma, etiam conſtitutiua membri actualis, vt ſupra de fidelibus peccatoribus notatum reliquimus cum D. Thoma, vtique eſſe actu membrum Chriſti propter fidem actualem, & eſſe mẽbrum in potentia ob defectum gratiæ, & charitatis, quæ etiam ſunt formæ conſtitutiuæ membrorum actualium Chriſti.

# CAPVT QVINTVM.

## Deciſio dubij per tres concluſiones.

Cathecumeni ſimpliciter ſunt mẽbra Eccleſiæ ſimpliciter dictæ.

HIs ita prænotatis, ad dubij deciſionem properandum eſt per tres concluſiones.

### *Prima concluſio.*

19 CATHECVMENI abſolutè, & ſimpliciter pertinent ad Eccleſiam tamquam membra actualia illius, prout Eccleſia abſolutè, & ſimpliciter dicitur Eccleſia, & vna Eccleſia, Hæc concluſio eſt iuxta mentẽ



Digitized by Google

ſecundæ ſententiæ relatæ cap. 2. & præter rationes, & authoritates illius poteſt probare. Tùm etiam ex eo, quod Eccleſia iſto modo ſumpta definitur à Pontificibus, & Concilijs ſupra relatis, quod eſt congregatio fidelium. Cõſtat autem cathecumenos eſſe verè fideles. Tùm etiam ex eo, quòd cathecumeni verè eſſent de Eccleſia in ſtatu innocentiæ, imò & in ſtatu legis ſcriptæ, niſi aliàs fuiſſent Iudæi, quibus adiunctum erat Sacramentum circunciſionis, vt de Synagoga fierent. Ergo cum Eccleſia ſimpliciter dicta eadem omnino ſit in ſtatu legis gratiæ, atque in ſtatu legis ſcriptæ, & naturalis: conſequens eſt, quod cathecumeni nunc pertineãt ad Eccleſiam ſimpliciter dictam tanquam partes actuales illius. Tûm tertio ex eo quod cathecumeni ſunt actu membra Chriſti, maximè ſi vltra fidem habent etiam ſpem, & charitatem. Sed Chriſtus in hoc mundo, non habet alia membra myſtica præter membra corporis Eccleſiæ. Ergo actu ſunt membra Eccleſiæ ſimpliciter dictæ.

## Secunda concluſio.

20 Cathecumeni non ſunt actu partes Eccleſiæ loquendo de Eccleſia, ſecundûm ſtatum legis gratiæ, vtique ſecundûm ſtatum, quem habet nunc. Cathecumeni nõ ſunt actu mẽbra Eccleſiæ ſecundùm ſtatum gratiæ.

Hæc concluſio eſt de mente prioris ſententiæ, relatæ in primo capite, & præter probationes illius, quæ ad hoc efficaciſsimæ ſunt, poteſt probari ex eo quod cathecumeni non circunciſi, non pertinebant ad Eccleſiam, prout habebat ſtatum legis ſcriptæ, vt patet in Gentilibus ſeruantibus legem naturæ, qui non erant de populo Iſrael, niſi media circunciſione. Ergo cathecumeni, qui tantùm habent veram fidem non ſunt actu de Eccleſia ſecundùm ſtatum legis gratiæ; quia ſicut circunciſio erat ianua ad ſtatum legis ſcriptæ, ita baptiſmus ad ſtatum legis gratiæ.

21 Deinde Eccleſia ſecundûm ſtatum iſtum licèt nihil eſſentiale addat ſupra Eccleſiam ſimpliciter dictam, addit tamen ſtatum perfectiorem vtique virilitatis, & perfectæ ætatis, non ſecus ac puer licet factus vir nihil eſſentiale addat ſibi ipſi addit tamen eximiam ætatis perfectionem, quàm non aſſequitur vſque dum pueritiam exuat. Ergo licet cathecumeni actu ſint membra Eccleſiæ ſimpliciter dictæ, quia tamen actu non ſunt adepti perfectionem ſtatus legis gratiæ; non magis actu ſunt membra Eccleſiæ ſub huiuſmodi ſtatu, quàm puer eſt actu participans ſtatum virilitatis. Sed ſicut puer eſt tantum in potentia ad huiuſmodi ſtatum, ſic cathecumenus ad ſtatum iſtum Eccleſiæ. Quid addit Eccleſia in ſtatu gratiæ ad Eccleſiam ſimpliciter dictã.

22 Denique Eccleſia ſecundùm iſtum ſtatum dicitur, & eſt à Chriſto, fundata ſupra Petri petram, hoc eſt, ſupra fidem, ac fidei confeſsionem, & ſub ſummi Pontificis obedientia cum exercitio, & vſu Sacramentorum legis gratiæ, ſed cathecumeni licet habeant fidem, & fidei confeſsionem, propter quod ſunt actu membra Eccleſiæ ſimpliciter dictæ, non tamen habent obedientiam, aut obediendi obligationem Eccleſiæ paſtoris. Ergo ſignum eſt, quod non ſunt actu de ouili huius paſtoris, neque de grege illius prout illius, ideſt prout Eccleſia ſecundum ſtatum iſtum habet paſtorem viſibilem, & ſacramenta ſenſibilia. Cathecumeni non per omnia ſub ſunt Eccleſiæ capiti.

## Tertia concluſio.

Cathecumeni ſunt partes potẽtiales Eccleſiæ ſecundũ ſtatum legis gratiæ. Cathecumeni ſunt reſpectu Eccleſiæ vt pueri, reſpectu reipublicæ.

23 Hæc concluſio conſonat duabus medijs ſententijs, relatis in 3. cap. Et poteſt probari ex eo quod ſic ſe habent cathecumeni reſpectu Eccleſiæ in huiuſmodi ſtatu, ac ſe habent pueri minoris ætatis, reſpectu ſuæ reipublicæ, vel vt ſe habẽt pueri adhuc exiſtẽtes in vteris maternis. Sed huiuſmodi pueri verè, nec reputantur partes, nec ſuæ ſunt reipublicæ, maximè quoad potiſsima eius, ſed tãtũ vt partes in potentia quibus ſuo tẽpore actus cõtingit. Ergo ſimiliter cathecumeni, reſpectu huius ſtatus Eccleſiæ. Sanè ſicut quælibet reſpubli



Digitized by Google

ca tenetur inſtituere ſuos paruulos, quia ſimpliciter ſunt actu partes reipublicæ cõſideratæ abſolutè, prout ſcilicèt, eſt cõgregatio multorũ ſub vno capite; nõ tamen tenetur reputare illos, vt membra actualia ſui reſpectu magiſtratuum, & reliquorum bonorum, quæ perfectiſsimus ſtatus reipublicæ comprehendit, ſed ſatis eſt reputare illos, vt membra potentialia, reſpectu huiuſmodi perfectionis. Ita Eccleſia proſpicit tamquam membra actualia cathecumenos quatenus Eccleſia conſtituitur congregatio fidelium ob quam rem tenetur eos erudire in fidei myſterijs, non tamen reputat eos, vt actualia membra quantum ad perfectiſsima ſtatus ſui, quia verè reſpectu illius tantum ſunt membra in potentia; vtpote in præuia diſpoſitione ad ſuſceptionem baptiſmi, & Sacramentorum communionem, ac poteſtatem, & obedientiæ fidem medio Sacramento baptiſmi ſuſcipiendo quando, & quomodo ipſa Eccleſia decreuerit. Quare ſicut dũ hæres paruulus eſt addicitur verè quidẽ ad hæreditatẽ ratione filiatio- non tamen ad poſſeſsionem, ſed ad proprietatem, & dominium vſque ad defi- nis, nitum tempus à patre, vel etiam à Principe: ſic fideles cathecumeni.

Solutio argumẽtorũ primi, & ſecundi capitis.

24 His concluſionibus ſtabilitis non opus eſt reſpondere ad argumenta triũ ſententiarum, quia omnia illa nihil aliud probant præter veritatem trium cõcluſionum, vtique argumenta primi capitis probant ſecũdam concluſionem, argumenta ſecundi capitis, primam concluſionem corroborant, & denique argumenta tertij capitis, tertiam concluſionem confirmant.

# DVBIVM DECIMVMQVARTVM.

## *Vtrùm forma conſtitutiua membrorum Eccleſiæ ſit fides Catholica, an aliquid aliud.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Prima ſententia de formali conſtitutiuo Eccleſiæ.*

2 *Secunda ſententia de formali conſtitutiuo Eccleſiæ, quæ eſt e Belarm.*

3 *Arg. 1. pro ſententia Belarmin. ex ſupra.*

4 *Arg. 2. pro ſententia Belarmin. ratione.*

5 *Arg. 3. pro ſententia Belarmin. ex Patribus.*

6 *Argu. 4. pro ſententia Belarmin. à ſimili.*

7 *Arg. 5. pro ſententia Belarm. ex deſcriptione Eccleſiæ.*

8 *Arg. 6. pro ſententia Belarmi. ex inconuenienti.*

9 *Eſt 3. ſententia de formali iſto conſtitutiuo.*

10 *Oſtenditur 1. quod fides interna requiritur ad rationem membrorum Eccleſiæ.*

11 *Occurrit Belarm. ſed refellitur.*

12 *Idem 2. oſtenditur.*

13 *3. Idem oſtenditur; quia forma fidei importat ſpiritum.*

14 *4. Oſtenditur idem, quia ex eo hæretici non pertinent ad Eccleſiam.*

15 *Idem quia Eccleſia eſt corpus; capitis & naturalis.*

16 *Demum, quia ſine vera fide non ſtat membrum Chriſti.*

17 *Confeſsio fidei requiritur ad conſtitutiuum Eccleſiæ.*

18 *Membra Eccleſiæ debent eſſe viſibilia.*

19 *Eccleſiæ corpus eſt ad normam humani corporis.*

20 *Senſibile commercium requiritur inter membra corporis ſenſibilis.*

21 *Solutiones argumentorum primi capitis.*

HACTE-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

## *Dub.12. Utrùm fides ſit forma conſtitutiua membrorum Eccleſiæ.*

Actenus de ſingulis generibus hominum diſceptatum eſt, an pertineant ad Eccleſiam, reſtat modo examinare; quod nam ſit formale conſtitutiuum membrorum Eccleſiæ, vt ſic generalem regulam cõſtituamus ad facilè dignoſcendas ſingulas Eccleſiæ partes.

# CAPVT PRIMVM.

## Variæ ſententiæ de re iſta.

1 IN Hoc dubio eſt prima ſententia Alphonſi de Caſtro, *a* & Caietani *b* (quibus videtur ſubſcribere Corduba *c*) aſſerentium formam iſtam cõſtitutiuam membrorum Eccleſiæ eſſe charactêrem baptiſmalem. 1. Sententia de formali cõſtitutiuo Eccleſiæ

Fundamenta illorum ſupra iacta, & reiecta ſunt dubio 11. dum oſtendimus hæreticos quãtumcumque charactêre baptiſmali ſignatos ab Eccleſia non pertinere. Ex quo ſequitur, quod conſtitutiuum membrorum Eccleſiæ non ſit character baptiſmalis.

2 Secunda ſententia eſt Belarminij, *d* qui formam iſtam conſtituere videtur in externa fidei confeſsione, dum ait infideles occultos (qui nec fidem internam, nec vllam Chriſtianam virtutem habent, ſed tantùm ob aliquem commodum temporalem illam profitentur, & communioni Sacramentorum veris fidelibus permiſcentur) eſſe membra Eccleſiæ, & citat pro ſententia iſta Vualdenſem, *e* Driedotum, *f* Petrum Soto, *g* Hoſium, *h* Cardinalem, & Canum. *i* 2. Sententia de formali cõſtitutiuo Eccleſiæ quæ eſt Belarmi.

3 Probat autem eam ſic primo. Ioannes prima ſua Canonica, capit. ſecundo, ſcriptum reliquit: k *Nunc antyChriſti multi ſunt, ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis.* Id eſt, multi hæretici ex noſtro cœtu prodierunt, ſed certè numquam illi crediderunt. His adiunge explicationem Auguſt. *l* qui interpretatur locum iſtum de hæreticis, & de illis, nequam, qui antequam exeant ab Eccleſia, & ſe ipſos manifeſtent, adhuc ſunt intra illam, & intra corpus Domini, ſicut humores mali in corpore ægrotante. Et alibi inquit hæreticos ſecundum communionem Sacramentorum eſſe ex nobis, ſed ſecundùm proprietates ſuas non eſſe ex nobis. Argu. 1. pro ſententia Belarmi. ex ſcrip.

4 Secundò, infideles occulti, & latentes hæretici poſſunt habere legitimã auctoritatem, & iuriſdictionem in Eccleſiam, vt patet in presbyteris, prælatis, & Epiſcopis, qui in occultas hæreſes prolapſi ſunt; hi enim ſemper iuriſdictione ſua gaudent, aliàs redderẽtur incerti omnes actus illorum, qui ex auctoritate, & iuriſdictione dependent, quod non parum Eccleſiam Dei turbaret. Sed qui ſunt extra Eccleſiam nullam habent auctoritatem, & iuriſdictionem in illam, vt communi conſenſu docent Sancti Patres, vtique Cyprianus, *m* Optatus, *n* Milleuitanus, Ambroſ. Hieronymus, *o* Auguſtin. *p* & Celeſtinus, *q* Pontifex. Ergo. Argu. 2. pro ſententia Belar. ratio.

5 Tertiò, ſancti Patres in iſta ſententia eſſe videntur, Origenes enim ita habet: *r* *Etiam hic in Eccleſia ſunt, quidam Iebuſæi, qui & fide, & actibus peruerſi ſunt* (& quidem expreſsè loquitur de occultis infidelibus,) *neque enim dicimus de his, qui manifeſtè, & euidenter criminoſi ſunt, vt non de Eccleſia expellantur.* Augu *ſ* ſimiliter ita habet. *Sunt qui propterea volunt eſſe Chriſtiani, vt promereantur homines æquibus temporalia expectant commoda, ſed iſti reprobi ſunt, & ſi ad tempus eos portat Eccleſia, vti area vſque ad tempus ventilationis paleas ſuſtinet.* Gregorius Magnus *t* Dum interpretatur illud Iob. *Ruga mea contra me eſt.* Ita inquit: *Quid per rugas niſi duplicitas deſignatur? rugæ etenim ſunt ſanctæ Eccleſiæ omnes, qui in ea dupliciter*, viuunt, qui fidem vocibus clamant operibus denegant. Ergo ſignum eſt, quod infideles occulti pertinent ad Eccleſiam, quoniam aliàs prædicta ſanctorum elogia omnino fallerent, Argu. 3. pro ſententia Belar. ex Patribus.

a *Lib. 2. de iuſta hære. punit. c. 22*
b *Opuſ. de aucto. Pope, ca. 22. & 27. & in appol. cap. 2.*
c *Lib. 4. queſt. dubio 1. prop. 11.*
d *To. 1. de Eccl. milit. lib. 3. c. 10*
e *To. 1. lib. 2. c. 9. n. 10.*
f *Lib. 4. de dog. c. 2. p.*
g *In cõfeſ. cath. c. de Eccleſia, & c. de Conci.*
h *Lib. 3. contra prologom. Brentij*
i *Lib. 4. de locis, cap. vlt.*
k *Tract. 3. in ep. Ioan.*
l *Idem tract. 61. in Euan. Ioan.*
m *Lib. 1. epiſ. 6. & lib. 2. p. 1.*
n *Lib. cõtr. Par.*
o *Dialo. contra Luciſer.*
p *In Euthy. c. 65*
q *Ep. ad clerico. conſtitutio.*
r *Hom. 29. in Ioſue.*
ſ *Libr. de cath. ... c. 17.*
t *Lib. 15. mor. c. ...*

Quartò,

Argum. 4. pro ſententia Belarm. à ſimili.

6 Quartò Eccleſia eſt ſimilis corpori humano, vt expreſsè teſtatum habemus apud Paulum. *a* At in corpore humano multa concurrunt, ex quibus quædam ſimul viuunt, & ſentiunt, vt caput, & manus, quædam autem viuunt, ſed non ſentiunt, vt capilli, & vngues, quædam verò nec viuunt, nec ſentiunt, vt humores noxij, & peſtilentes. Ergo ſimiliter in corpore Eccleſiæ admitti poſſunt infideles occulti nullum influxum vitæ participantes, dummodo ita ſe gerant, ac ſi participaſſent.

*a* 1. Cor. 12.

Argu. 5. pro ſententia Belarm. ex deſcriptione Eccleſiæ.

7 Quinto Eccleſia eſt quoddã corpus viſibile, & quædam viſibilis congregatio. Ergo forma conſtitutiua illius debet eſſe viſibilis, non enim viſibile, prout ſic, conſtitui poteſt per aliquid non viſibile, at ſola profeſsio fidei, & confeſſio illius eſt viſibile inter fideles: igitur ſola illa eſt, quæ conſtituit eos membra Eccleſiæ. Sed infideles occulti talem fidei confeſsionem emittunt. Ergo verè ſunt de Eccleſia. Et hoc argumentum adeò magnificat Belarminius (Egregius per omnia doctor, & inſignis author) vt dicat oppoſitam ſententiam omnino tollere diſsidium inter Catholicos, & hæreticos de viſibilitate Eccleſiæ, quia inquit, ſi Eccleſia non conſtituitur forma iſta viſibili; nulla eſt alia qua cõſtituatur Eccleſia viſibilis in eſſe Eccleſiæ viſibilis, & proinde hæretici obtinent dũ aſſerunt Eccleſiam non eſſe viſibilem.

Argu. 6. pro ſententia Belarm. ex inconuenienti.

8 Denique neceſſum eſt, vt nobis infallibiliter cõſtet, quinam hominum cœtus ſit in rerum natura Eccleſia Chriſti, quia ſcriptura, tradditiones, & omnia dogmata fidei ex teſtimonio Eccleſiæ Chriſti pendent. Quare niſi certi ſimus ita vt digito demonſtrare valeamus quænam ſit vera Eccleſia, incerta erunt decreta omnia, quæ ſub Eccleſiæ nomine circunferuntur: At niſi admittamus hanc publicam, & ſenſibilem fidei confeſsionem eſſe conſtitutiuum formale corporis Eccleſiæ, non poſſumus ſenſibiliter certificari de ipſo corpore Eccleſiæ, neque illud indice prodere: Ergo dicendum eſt quod in tali profeſsione, & confeſsione conſiſtit.

Eſt Tertia ſententia de formali illo conſtitu[tiuo].

9 Tertia ſententia eſt aliorũ omnium, qui ſupra dubio 10. 11. & 12. conſtituerunt ſchiſmaticos, & cathecumenos eſſe membra Eccleſiæ, non verò hæreticos. Hi enim omnes conſtituunt, quod fides catholica eſt formale conſtitutiuum membrorum Eccleſiæ, & corporis Eccleſiæ, non verò aliquid aliud. Fundamenta illorum illic iacta ſunt.

# CAPVT SECVNDVM.

## Deciſio dubij per duas concluſiones.

In hoc dubio per duas concluſiones aperiam veritatem. Quarum prima ſit.

### *Prima concluſio.*

Oſtenditur primò quòd fides interna requiritur ad rationem mẽbrorum Eccleſiæ.

10 VEra fides interna requiritur ad hoc vt quilibet efficiatur verè membrum Eccleſiæ.

Hæc concluſio contra ſecundam ſententiam 1. c. eſt & probatur in primis, ex eo quod in ſacris literis fides prædicatur fundamentum totius ſpiritalis ædificij. Ergo ſignum eſt quod reputatur fides, tanquam prima forma ſpiritalis vitæ, & proinde tamquam primus influxus vitalis, quem a Chriſto recipiunt membra, & ex conſequenti, tamquam prima ratio conſtitutiua membrorum Chriſti, ac tandem corporis Eccleſiæ. Antecedens patet tum ex illo. *a Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus*: id eſt, fides Chriſti Ieſu: etenim vt Auguſtin. *b* inquit *Si Chriſtus eſt fundamentum proculdubio, & fides Chriſti, per fidem enim habitat in cordibus noſtris.* Tùm ex illo. *c Super ædificati, ſupra fundamentum Apoſtolorum &c.* Tùm ex eo. *d Si tamen in fide eius fun[...]*

*a* 1. Cor. 3.
*b lib.* 6. *de fide & operibus c.* 6.
*c ad Epheſ.* 1.
*d ad Coloſſ.* 1.

Digitized by Google

11 Nec valet dicere cum Belarminio, quòd in his locis non aſſeritur fides tã-quam fundamentum Eccleſiæ, ſed potius tanquam fundamentum iuſtitiæ, & ſanctitatis, quo etiam pacto charitas ponitur fundamentum ſpiritalis vitæ.

Occurrit Bela. ſed refellitur

Non inquam valet: quoniam cum extra Eccleſiam non ſit ſalus, illud erit in primis ad veram Eccleſiam requiſitum, tanquam verum, & primum fundamen tum Eccleſiæ, quod eſt prærequiſitum ad ſalutem tanquàm initium illius, & primum fundamentum eius. At hoc non eſt aliud, quàm vèra fides. Igitur illa eſt primum requiſitum ad conſtitutionem membrorum Eccleſiæ.

e *Cap. Firmiter de ſumma Trin.*
f *de conſecratione d. 1. Canone Eccleſiæ.*

12 Secundo Conciliũ Lateranenſe e expreſſè aſſerit. Eccleſiam eſſe cõgregationem fidelium. Et Nicolaus f Pontifex definit illam eſſe congregationẽ Catholicorum: Ergo vera fides requiritur ad conſtitutionem membrorũ Eccleſiæ; ſiquidem citra illam non magis contingit eſſe aliquem fidelem, aut catholicum, quàm eſſe album ſine albedine.

Idem ſecundo oſtẽditur.

Nec valet dicere cum Bellarminio, quod nomine fidelium, & càtholicorũ non intelliguntur in huiuſmodi definitionibus verè fideles, & Catholici, ſed apparentes dumtaxat. Non, inquam, valet: quoniam aliâs Pontificis, & Concilij verba potius diſſinirent, quid phantaſticum, quàm aliquid re ipſa verum. Conſtat enim, quod ſola exterior confeſsio abſque interiori fide, hypocriſis, quædam eſt, & quid ſimulatum, ac fictitium. Abſit autem, quod talis Eccleſia à Concilijs, & ſummis Pontificibus diſſiniatur.

Occurit Belar. ſed fruſtra.

12 Tertiò Eccleſia dicitur vna, quia fides eſt vna: iuxta quæ conſtituit Eug. tertius, & oſtendit Paulus cum inquit. *Vnum corpus, vnus ſpiritus*. Sed huiuſmodi fides, & fidei ſpiritus non poteſt nõ eſſe interior, aliàs potius eſſet corpus, quã ſpiritus. Ergo.

Tertio idemoſtẽditur, quia forma fidei importat ſpiritum.

Quartò ſancti Patres abſolute negãt hæreticos eſſe de Eccleſia, vt patet ex ſupradictis. Sed hoc non ob aliam rem, niſi, quia non habent veram fidem. Ergo vera fides requiritur ad hoc, vt aliquis ſit membrum Eccleſiæ.

*Supra dub. 11. cap. 2.*
g *lib. de geſtis cũ merito.*

Nec valet dicere cum Belarm. Patres loquutos fuiſſe de publicis hæreticis, non autem de occultis, & latẽtibus. Nã cõſtat, quod Patres loquuntur de illis quatenus à fide exciderunt, vt patet ex ſupradictis. Sed non ſolùm publici hæretici, ſed etiam latentes exciderunt à fide. Ergo &c. maximè quod Auguſt. g expreſsè etiam excludit ab Eccleſia hæreticos latẽtes, inquit enim. *Quidam apertè foris ſunt, & alij intus eſſe videntur, at re vera foris ſunt*, & iterum. *Quidam nobiſcum ſunt præſentia corporali, qui corde ſuo ſunt in partibus donati.*

Quarto oſtenditur idem quia ex eo hæretici non pertinent ad Eccleſiã.

Quintò Eccleſia eſt quædam ſupernaturalis reſpublica, vt pote corpus miſticum capitis ſupernaturalis, vitam ſupernaturalem influens in membra. Indiget ergo forma ſupernaturali, & ſupernaturaliter cõſtituente eam in eſſe corporis myſtici, & talis reipublicæ. Sed prima forma inter ſupernaturales eſt fides interior, quia accedentem ad Deum opportet credere, propterea quod veſtibulum huiuſmodi acceſſus eſt fides: *Ergo.*

Quinto idẽ quia Eccleſia eſt corpus cap. ſupernaturalis.

16 Denique, qui non habent veram fidem internam nullo modo ſunt membra Chriſti, vtpote, qui non accipiunt ab eo aliquem influxum vitalem. Sed qui non ſunt mẽbra Chriſti, non poſſunt eſſe de Eccleſia, quæ eſt corpus Chriſti, Ergo ad conſtitutionem membrorum Eccleſiæ vera fides requiritur.

Demũ quia ſine vera fide non ſtat membrũ Chriſti.

## *Secunda concluſio.*

h *lib. 6. de trinitate.*
i *lib. contra Iudeos.*
K *hom. 55, in Math. & oratione 2. aduer. Iud.*
l *Dyal. 4. de trinitate.*
m *ſupra ad Gal.*
n *Ma. 16. ver 18*

Citra formam interioris fidei requiritur confeſsio aliqua, vel etiam exterior fidei profeſſo ad complementum conſtitutionis membrorum Eccleſiæ.

Confeſſio fidei requiritur ad conſtitutiuum Eccleſiæ

17 Hæc Cõcluſio videtur omnino de mente ſanctorũ patrũ. Vtique Hilarij h Gregorij Niſeni, i Chriſoſtomi K Cirilli Alex. l Ambroſij, m & aliorum, qui dicunt Eccleſiam fundari ſupra fidem, & fidei confeſsionem, vt fundata eſt ſupra Petrum habentem, & illicientẽ fidei cõfeſsionẽ, de quibus Ioan. Maldon. n

18 Pro-

Mēbra Eccleſiæ debet eſſe viſibilia.

18 Probatur autem, ſic primò. Membrum corporis viſibilis non poteſt in ratione talis membri, non eſſe viſibile: aliâs, viſibile non eſſet prædicatum talis corporis. Sed corpus Eccleſiæ eſt verê, & realiter viſibile: Ergo conſtitutiuum membrorum talis corporis verê debet eſſe viſibile. Sed hoc nō poteſt eſſe ſola fides interior. Ergo ſaltem tanquam complementum eius erit fidei confeſſio, aut proteſtatio.

Eccleſiæ corpus eſt ad normā humani corporis.

19 Secundò, Eccleſiæ corpus eſt ad normā corporis humani vitam habētis, ita vt membra ſint ſibi inuicem membra, & ad inuicem opem ferant, vt non ſemel Paulus o expreſſê conſtituit. Sed corpus humanum viuens, & aptum natum ad vſum ſuorum membrorum, non ſolum indiget forma intrinſeca internê actuante corpus, ſed etiam externê inſinuāte medio membrorum vſu. Ergo ſimiliter corpus Eccleſiæ.

o Rom.12. 1.Corint.12.nu.12.

Sēſibile commercium requiritur inter mēbra corporis ſenſibilis.

20 Tertiô, ſenſibile cōmercium, & adiutorium membrorum ad inuicem requiritur ad rationem membri propriê dicti in corpore ſenſibili, & viſibili. Sed ſecluſò omni actu exteriori fidei, nihil manet in fide per quod certificari poſſimus de huiuſmodi commercio, & adiutorio. Ergo talis exterior actus requiritur ad completam rationem membri.

Cur animæ purgatorij nō ſunt membra Eccleſiæ viſibilis.

Denique quoniam aliâs animæ purgatorij verê eſſent membra Eccleſiæ Militantis: Siquidem habent veram fidem internam. Sed huiuſmodi oppoſitum ex omnium ſententia ſupra conſtitutum eſt. Ergo ad rationem membri Eccleſiæ aliquid amplius requiritur quâm interior fides, vtique aliqua exterior fidei demonſtratio, ſaltem illa quam cathecumeni ſchiſmatici, & excommunicati eliciunt, dum ſe veros Criſtianos eſſe profitentur.

## CAPVT TERTIVM.

### Reſpondetur argumentis ſecundæ ſententiæ.

Solutiones argumentorū primi capitis.

21 SEQVITVR Vt argumentis ſecundæ ſententiæ reſpondeamus. Et in primis ad primum reſpōdetur teſtimonium illud potius probare efficaciter ſententiam noſtram: quia dum Ioannes inquit de hæreticis latentibus. *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis*, planê indicauit illos non pertinuiſſe ad Eccleſiæ corpus, aliâs eſſent de Eccleſia, & ex membris Eccleſiæ, ſed tantùm, quod corporaliter viuebant cum membris Eccleſiæ.

Ad ſecundum ſupra diximus, poſſe id quod non eſt membrum Eccleſiæ, adhuc eſſe caput in illa.

Ad tertium dicendum eſt, Patres illos intelligendos eſſe de præſentia corporali hæreticorum, non autem de membrorum connexione.

Ad quartum reſpōdetur, nihil poſſe eſſe membrum alicuius capitis, niſi ſaltem vegetetur ab illo, aut aliquem influxum accipiat vitalem.

Quintum autem, & ſextum argumentum noſtram ſecundam probant concluſionem, & ſic nihil ad illa reſpondetur.

## DVBIVM DECIMVM QVINTVM.

### *Vtrùm Eccleſia conuenienter diffiniatur congregatio fidelium?*

### *SVMMARIVM.*

1 *Arg. pro parte negatiua.*
2 *Eccleſia non poteſt ſaluari in vno ſolo.*
3 *Eccleſiæ diffinitio.*
4 *Eccleſia, quid amplius importat quâm veram fidem.*
5 *Quomodo Eccleſia purgatorij non ſit cōgrega-*

Digitized by Google

gregatio fidelium.
6 Cur Eccleſia Angelorum non fuit congregatio fidelium.
7 Eccleſia eſt ſicut homo.
8 Potiſſimus Eccleſiæ dicitur Eccleſia.
9 Arg. varie, quod tẽpore Paſsionis Chriſti Apoſtoli amiſerunt fidem.
10 Arg. varie pro parte negatiua ſcilicet, Apoſtolos Paſsionis tempore non periclitatos in fide.
11 Qui non abiecerint fidem Paſsionis tẽpore.
12 Reſpond. Cano ad argumenta 1. capitis.
13 Mẽs authoris erga præcedẽtes ſẽtẽtias.
14 Quale ſcandalum paſsi ſunt Apoſtoli patiente Chriſto.
15 In quo Apoſtolorum peccatum ſtetit Paſsionis tempore.
16 Quid ſit ſcandalum pati in Chriſtum
17 Prædicitur Apoſtolis naufragium in fide.
18 Defecerunt aliquando Apoſtoli in fide, ex Auguſt.
19 Quomodo cohærent tam pugnantes ſententiæ.
20 Quomodo ſcandalizati Apoſtoli ſi fidem non amiſſerunt.
21 Etiamſi omnes Apoſtoli defeciſſent in fide, adhuc Eccleſia ſtaret.
22 Aliquando in ſacra Scriptura lygẽtes idem quod fideles.

DVBIVM Hoc excitatur propter verba illa Concilij Lateranenſis, & Nicolai Pontificis, in quibus diffinitur Eccleſia, congregatio fidelium, aut etiam credentium, aut Catholicorum: oportet enim diſcutere. An hæc, vel alia ſit conueniens Eccleſiæ diffinitio; ſiquidem in præſenti agimus de Eccleſia quantùm ad quod quid eſt, poſtquam egimus de illa quantum ad an eſt.

## CAPVT PRIMVM.
### Argumenta pro parte negatiua.

1 A PARTE Negatiua huius dubij aliqua (nec leuia) argumenta ſunt in hunc modum. In primis animæ Purgatorij ſunt congregatio fidelium, & tamen non ſunt Eccleſia, aut ſaltẽ Eccleſia noſtra, ſed longe alia diſtincta, vt oſtendimus. Ergo prædicta diffinitio Eccleſiæ legitima non eſt: conuenit ſiquidem alijs à definito. Argumẽta pro parte negatiua.

Deinde ibi eſt vera Eccleſia vbi eſt vera fides; iuxta quæ definit Hieron. Sed in quolibet hominũ eſt, aut eſſe poteſt vera fides, nõ tamẽ cõgregatio. Ergo.

Confirmatur. Tempore illo, quo ſolus erat Adam fuit vera Eccleſia, ſiquidẽ Eccleſia cœpit ab initio mundi, ſicut & vera fides, & temporibus ſuis extitit Eccleſia in ſolo Abel, & in ſolo Henoc, vt expreſsè teſtatum habemus apud Auguſtinum. a Ergo iam prima particula diffinitionis Eccleſiæ vera non eſt: ſiquidem poteſt eſſe Eccleſia, ſine congregatione.

Tertiò. Ad rationem congregationis requiritur pluralitas, & multitudo, vt de ſe conſtat. Sed ad rationem Eccleſiæ non requiritur multitudo. Ergo ſimiliter neque congregatio. Cõſequentia iſta patet, ſicut maior. Minor autẽ probatur, quia ita expreſsè aſſeritur à multis eiſdemque grauiſsimis Catholicorum vtique ab Alexãdro Alen. b Turrecremata, c & Panormitano, d quibus ſubſcribere videtur Silueſter, e idque cõfirmant ex eo quod tempore Paſsionis ſolũ remãſit vera fides in Virgine, nã Apoſtoli, & diſcipuli exciderũt ab illa. Et inquiunt hoc ſignificari in ſolemni illo tenebrarũ ritu hebdomadæ ſanctæ, quo extinguũtur duodecim cãdelæ accẽſæ pro officio diuino, & ſolũ remanet tertiadecima candela accenſa, quæ omniũ ſublimior eſt, vt inter omnes fideles ſublimiorem locum tenet ſacratiſsima Virgo.

Denique Eccleſia vocatur à noſtro Gregorio f multitudo gentium. Sed gẽtiles, vt ſic lõgè abſunt à fidelibus; Ergo vltima diffinitionis particula in prædicta diffinitione corruit.

a In Pſalm. 133. Idẽ in Pſal. 112.
b 3. p. vlt. mẽb. 5
c Lib. 1. ſummæ cap. 27. ad 12. argum.
d Cap. ſignificaſti de electione.
e Verbo Concilium q. 2.
f Hom. 22. in Euang.

Multa

Multa alia argumenta in deſtructionem huius ſecundæ particulæ conficere poſſemus, ſed iam confecta, & reſoluta manent ex reſolutione dubiorum præcedentium, quibus abſoluimus, quænam perſonæ verè pertineant ad Eccleſiã contra autores aſſerentes, quod non niſi prædeſtinati, aut ſaltem omnino perfecti, vel ad minus à grauioribus culpis repurgati, & ſimiles eſſent membra Eccleſiæ.

## CAPVT SECVNDVM.

### Dubij deciſio.

1 PRO Deciſione dubij ſequentes concluſiones ſtatuendæ ſunt.

### *Prima concluſio.*

Eccleſia non poteſt ſaluari in vno ſolo.

ECcleſia propriè dicta ſaluari non poteſt in vno ſolo.

Hæc cõcluſio eſt adeò certa vt Abulẽſis g oppoſitã tanquã errorẽ exiſtimet. Probatur enim primò ex ipſo Eccleſiæ nomine. Eccleſia enim, vt vidimus, ſignificat conuocationem, ſeu conuocatorum cœtum, & cõgregationem: cõſtat autem, quod vnus, neque cõuocatur, neque congregatur, neque eſt cœtus. (*Supr. Dub. 2.*)

Secundò Eccleſia eſt corpus myſticum, vt patet ex ſupradictis, & eſt corpus ad inſtar corporis humani, vtique habẽs diuerſa membra propter diuerſa munia, vt expreſsè docet Paulus, h ſed hoc non poteſt ſaluari niſi in collectione multorum, qui ſint ſibi inuicem membra. Ergo. (*Supr. Dub. 2.*)

Denique Eccleſia vocatur ciuitas in ſacris literis, vocatur etiã regnũ Dei, & ſagena miſſa in mare multorum piſcium plena, & alia ſimilia, quæ ad ſui cõſtitutionem requirunt diuerſas partes, & membra: ergo Eccleſia in vno ſolo ſaluari non poteſt.

g *In cap. 10. Matthæi. q. 9.*

h *Rom. 12. & 1. Corint. 12.*

### *Secunda concluſio.*

Eccleſiæ diffinitio.

3 ECcleſia ſimpliciter dicta conuenienter diffinitur per hoc; quod ſit congregatio fidelium. Hæc concluſio patet in primis autoritate Concilij Lateranẽſis, & Nicolai. Pont. in quibus prædicta diffinitio Eccleſiæ cõtinetur, iuxta quæ à Gratiano noſtro referuntur. i Patet etiam quoad primam partem ex eo quod Eccleſia non poteſt ſaluari, in vno vel altero, iuxta præcedentem concluſionem. Ergo ſaltim requirit vnum, & alterum. Et licet non requirat illos niſi vni capiti ſubordinatos vtique Chriſto Domino, cõſequens eſt vt requirat illos congregatos, atque collectos, ac per conſequens ſit congregatio plurium, ac diuerſorum.

Patet denique quoad ſecundam partem ex eo, quod formale conſtitutiuum membrorum Eccleſiæ eſt vera fides, iuxta dicta. Ergo conſtituta in ratione mẽbrorum Eccleſiæ ſunt verè, & propriè fideles: ſiquidem vbi conſtitutiuum eſt fides, neceſſarium eſt vt conſtitutum ſint fideles. (*Supr. Dub. 13. concl. 1.*)

Eccleſia quid amplius importat quã verã fidem.

Dixi notãter Eccleſia ſimpliciter dicta, quia vt ſupra notaui, Eccleſia quoad ſuos ſingulares ſtatus aliquid amplius requirit, quàm veram fidem; vtique circunciſionem in lege ſcripta, Baptiſmum autem in ſtatu legis gratiæ, adeò vt nullus pertineat ad iſtum Eccleſiæ ſtatum, qui Baptiſmo initiatus non fuerit quantumcunque aliàs pertineat ad Eccleſiam ſimpliciter dictam, ſicut puer dicitur ſimpliciter homo, loquendo de homine quoad ſua prædicata eſſentialia, non tamen loquendo de illo quoad virilitatem. (*Supr. Dub. 13. & 3. concl. 1.*)

i *De conſecrat. diſt. 1. q. 3. & in cap. firmiter de ſummr Trinit.*

CAPVT

Digitized by Google

# CAPVT TERTIVM.

## Reſpondetur 1.& argumento 1.capitis.

5 SEquitur, vt argumenta oppoſita diſſoluamus. Et ad primũ reſpõdetur Eccleſiã purgatorij, non eſſe cõgregationem fidelium formaliter loquendo, ideſt, congregationẽ collectam, & conuocatã ad fidei profeſsionem, & ad communionem ſacramentorum fidei, qualis eſt Eccleſia militans, ſed materialiter tantùm eſſe congregationẽ fidelium: hoc eſt, fidelium animarum congregatarum, ad ſuorum criminum expiationem. Vnde ſicut congregatio ciuilis Reipublicæ Magiſtratuũ, eſt quidem congregatio fidelium in Chriſtiana Republica, non quidem formaliter, ſed materialiter tantùm, vtique, quia nõ congregantur ad res fidei, ſed ſolum qui fideles ſunt congregantur ad curam de Republica gerendam, ita ſimiliter in animabus purgatorij.

Quomodo Eccleſia purgatorij, nõ ſit cõgregatio fidelium.

6 Quòd ſi dixeris ſaltem congregationem Angelorum fuiſſe congregationem fidelium formaliter loquendo in ſua prima conditione, & proinde diffinitionem iſtam latius patere ſuo definito.

Reſpondetur, congregationem Angelorum non habuiſſe rationem ſtatus, ſed raptus, vtique, quia vnico inſtanti abſoluenda erat, & ideò æquiuocẽ nominari congregationem reſpectu cõgregationis Eccleſiæ, quę in perpetuũ duratura eſt per omnia ſecula mundi. Vnde ſicut non dicitur beatus ſimpliciter, qui tantùm in raptu Deum intuetur: vtpote, quod beatitudo importat rationem ſtatus: ita in præſenti. Præterquam, quod congregatio Angelorum lõgẽ alia eſt in fidei profeſsione à congregatione Eccleſiæ hominum, quoniam ibi tantùm aderat fides interior, hic verò etiam additur fidei externa cõfeſsio, viſibiliſque proteſtatio, vt patet ex ſupradictis.

Cur Eccleſia Angelorum non fuit cõgregatio fidelium.

*Sup.dub.13.c.2 conc.2.*

7 Ad ſecundũ argumentum, reſpondetur, mentem Hieronymi tantùm eſſe aſſerere, quod vera fides eſt conſtitutiuum formale membrorum Eccleſiæ, ſicut anima rationalis eſt forma humani corporis. Vnde ſicut ad hoc, vt ſit homo in rerum natura, non ſatis eſt, quod ſit anima rationalis, niſi ita ſit, vt actu informet corpus humanũ, at vbi ita fuerit ibi erit homo: ita ad hoc vt Eccleſia verẽ ſit, non ſufficit, quod verẽ ſit fides, ſed vlteriùs requiritur, quod ſit in ſubiecto competenti, hoc eſt, in pluribus hominibus eidem capiti per fidem ſubordinatis.

Eccleſia eſt ſicut homo.

8 Ad illud autem Auguſtini reſpondetur, loquutum fuiſſe, iuxta morem illum frequentiſsimum, quo præſtantiſsimus in qualibet Republica dicitur tota, & ſõlus in tota illa; nõ quidem quia Reſpublica, ex ſolo illo coaleſcat, ſed quia ſolo illo nitet, & ab illo ſolo omne ſuum robur acquirit. Ad eum etiam modum, quo in ſacris literis dicitur, quòd qui timet Deum, & mandata eius obſeruat, eſt omnis homo: ideſt, potiſsimus omnium. Quo etiam pacto Adã, Abel, & Henoch potiſsimi fuerunt temporibus ſuis, & propterea potuit affirmari de illis, quod quilibet illorum erat tota Eccleſia. Videatur de re iſta Martinez Cantapetrenſis. k

Potiſsimus Eccleſiæ, dicitur Eccleſia.

*k Lib.9. Hypot. reg. 8.*

# CAPVT QVARTVM.

## Reſpondetur 3. argumento, 1. capitis, & diſcutitur: An tempore paſsionis Chriſti, in ſola Virgine, permanſerit fides?

Arg. variẽ, quod tempore paſsionis Chriſti Apoſtoli amiſſerit fidem.

9 TErtium argumentum, mittit nos in diſciſionem illius difficultatis. Vtrûm tempore paſsionis Chriſti, in ſola Virgine permanſerit fides, & in reliquis omnibus exciderit, maximẽ in Apoſtolis. In qua difficultate authores inibi citati partem affirmatiuam ſequun-

ſequuntur, præſertim Turrecremata, *a* qui oppoſitam ſententiam iniurit tâquam repugnantem ſcripturis ſacris, & totius Eccleſiæ fidei, & exiſtimationi. Hoc autem probat in primis ex illo: *b Omnes declinauerunt.* Et addit Hieronymum dicentem, hoc intelligendum eſſe de tẽpore Paſsionis Chriſti, quando omnes Dominum reliquerunt.

a *lib. 3. ſũmæ c. 6.*
b *Pſalm. 13.*

Secundò probat ex illo: *c Defecerunt oculi mei.* Circa quod adducit Gloſſam dicentem, diſcipuli deſperauerunt: vnde oculi duorum diſcipulorum tenebantur ne eum agnoſcerent quoniam deſperantes dixerunt: *d* Nos ſperabamus, quòd eſſet Redempturus Iſrael.

c *Pſal. 68.*
d *Lucæ 24.*

Confirmatque ex illo eiuſdem Pſalmi: *Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.* Supra, quod inducit Gloſſam interpretantem, quòd tempore Paſsionis receſſerunt à Chriſto, tâm Apoſtoli, quàm Iudæi, licet tẽpore Reſurrectionis tantùm Apoſtoli, & non Iudæi reddierint ad Chriſtũm.

Tertiò probat ex illo Pſalmi, *Oculi mei languerunt præ inopia*, ſupra quod inducit Gregorium Magnum *e* relatum in Gloſſa ordinaria dicentem, quòd Apoſtoli videntes tradi, & capi Chriſtum, & non videntes eum in virtute formæ ſuæ, infirmati ſunt ab eius inopia, velut ſubtracto ſibi lumine ſuo.

e *Greg. in Pſal.*

Quartò probat ex illo: *f Perfudiſti eũ confuſione*, ſupra quod inducit Chriſoſtom. *g* dicentem: De confuſione mortis hoc dicebant Apoſtoli ignorãtes eum debere reſurgere, & Petro quaſi deliramenta viſa ſunt verba Reſurrectionis.

f *Pſal. 88.*
g *Ibidem.*

Quintò probat ex illo, *h Genua mea infirmata ſunt à ieiunio*: ſupra quod dicit Auguſt. *i* Intelligendum iri de Apoſtolis, qui quantuncumque robuſtiſsimi tempore Paſsionis defecerunt.

h *Pſal. 108.*
i *In Pſal. 108.*

Sextò, probat ex illo, K *Dies formabuntur, & nemo in eis*: Vbi alia litera habet, *per diem errabunt*; circa, quod ait Auguſt. *l* quod Apoſtoli errauerunt in Chriſto tempore Paſsionis ſuæ, non putantes eum habere occultam diuinitatem.

K *Pſal. 136.*
l *In Pſal. 136.*

Septimò probat ex illo, *m Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum*: quod interpretatur Gregorius *n* de diſcipulis, qui tempore Paſsionis infirma ſapuerunt.

m *Iob 19.*
n *In Iob 161.*

Octauò ex illo: *o Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis*: Circa quod inquit Gloſſa interlinealis, *ab vnitate fidei ſoluentur.*

o *Matt. 26.*

Nonò, probat ex illo Lucæ *p* vbi Apoſtolis verba mulierum annunciantium Reſurrectionem, viſa ſunt deliramenta.

p *Lucæ.*

Decimò, probat ex illo Marci, *q Exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his, qui viderant eum reſurrexiſſe à mortuis, non crediderunt.* Circa, quod Greg. *r* Inquit Apoſtolos tardè crediddiſſe Chriſti Reſurrectionem.

q *Marci 16.*
r *Hom. in Marcũ 16.*

Vndecimo probat ex eo quod Ambroſius *ſ* inquit. *Diſcipuli aliquãdo errauerũt, ne poſtea nos errare poſsimus.* Et etiã ex illo, quod Iſidorus *t* expedit, videlicet, quod ſicut Moyſes fugit quando vidit virgam ſuam, & baculum ſuum in ſerpentem conuertum, ita diſcipuli mortuo Chriſto expauerunt ab ſpe in qua fuerant.

ſ *Lib. de Incarn. cap. 7.*
t *Relatus in Gloſſa ſup. c. 3. Exod.*

Arg. variè pro parte negatiua ſcilicêt Apoſtolos Paſſionis tẽpore nõ periclitatos in fide.

Denique probât argumẽto adducto de lucernarum extinctu, in nocte tenebrarum: quem ritũm ait Guillelmus Durandus *v* in vniuerſali Eccleſia ſignificare Apoſtolorum fidem fuiſſe extinctam per triduum mortis Chriſti, & in ſola beatiſsima Virgine perſeueraſſe.

v *In rationali diuin. off. pro offitio Hebd. ſanct.*

## CAPVT QVINTVM.

### Authores, & argumenta partis negatiuæ.

Nihilominus ſentẽtiã iſtã tantorũ virorũ inſtructã authoritate Melchior Cano *a* & Bellarm. *b* improbabilẽ reputãt, & Dominicus Bañes *c* (quod durlius eſt) temeritatis, & blaſphemiæ illã nota ſuggillat, & multi receciorũ eã omninò reijciunt.

a *Lib. 4. de locis cap. 5.*
b *De Eccleſ. Militãte lib. 3. c. vlt.*
c *2. 2. q. 1. à 10. incõmẽ. breb. fol. 108. & infrſiori bus, fol. 194.*
d *3. Reg. 19.*

D Primò,

Digitized by Google

Primò, quia ſi intelligenda eſt de omnibus fidelibus totius orbis incredibile apparet, quòd in toto terrarum orbe, non extiterit ante Paſsionem Chriſti numerus aliquis fidelium: Si enim tempore Heliæ *d*, quando ipſe lamentabatur relictum fuiſſe ſolum, in tota Iſraeli reſeruauit ſibi Deus ſeptem millia virorum fidelium, conſequens eſt, quòd in hac totius mundi magna domo non omnes fideles exciderint, propè tempora Paſsionis Chriſti. Quòd ſi tunc perſeuerabant aliqui fideles, vnde locus, quòd in Paſsione Chriſti omnes à fide exciderint, cum plures illorum, maximè illi, qui maximè aberant à Hieroſolymis, nihil de tali Paſsione agnouerint, vel audierint.

d *3. Reg. 19.*

Item in Galilæa, & in multis Iudeæ partibus, multi erant fideles, ex quibus D. Thomas *e* aſſerit congregatos fuiſſe illos quingentos fratres, quibus Paulus *f* refert, quod Chriſtus apparuit poſt Reſurrectionem ſuam.

e *Lect. 1. ſup. 1. Cor. 15.*

f *1. Cor. 15.*

Rurſũ de Ioſeph, qui dedit operã ſepulturæ Chriſti, Euangeliſtæ *g* aſſerũt, quòd erat vir iuſtus expectans Regnum Dei, & cum dicitur de illo apud Marcum, quod erat nobilis Decurio, inquit Gloſſa ordinaria, quod erat nobilis in fide. Et de Cornelio aſſeritur in Actibus Apoſtolorum, quòd erat Religioſus, ac timens Deum. Igitur, in vniuerſo Orbe multorum vigebat fides tempore Paſsionis Chriſti.

g *Marci 15. Lucæ 23. Ioann. 19.*

Si autem ſenſus ſuperioris ſententiæ ſit quod ex familia, & comitatu Chriſti ſola ſacratiſsima Virgo fidem retinuerit, & quod omnes alij illam abiecerunt, etiam in hac parte improbabilis, & periculoſæ, redarguitur. Nam in primis Apoſtolus Petrus nõ excidit à fide, vt expreſsè aſſerunt Sãcti Patres. Videlicèt. Hillarius. *h* Leo Papa, *i* Auguſt. *K* Cyrillus, & *l* Ambroſius. *m*.

h *Canone 32. in Matth.*

i *Ser. 4. de Paſsione.*

11 Deinde neque Ioannes Euangeliſta fidei iacturam fecit, aliàs pro illo tempore dilectus Chriſto non fuiſſet, neque matrem ſuam illi, vt vnicè dilecto commendaſſet. Similitèr neque Iacobus minor diſpendium in fide paſſus eſt; ſiquidem, referente Hieronymo, ex quo communionem vltimæ cœnæ accepit, votum vouit ſe non comeſturum panem quoadvſque videret Chriſtũ à mortuis reſurrexiſſe, & addit Hieronymus, quod hoc ipſe accepit ex Euangelio Hebræorum; ſimiliter Maria Magdalenæ, tunc temporis charitate flagrabat, vt patet ex Euangelio Ioannis. *n* conſtat autem, quòd abſque vera fide non poteſt eſſe vera charitas. Imò non ſolum prædicti veram fidem retinuerunt (ſed ſi vera eſt exiſtimatio Auguſtini *o* aſſerentis Ioſephum nutritium Chriſti tunc Temporis fuiſſe ſuperſtitem) non dubium eſt quin etiam Ioſeph in vera fide permanſerit. Imò vt Ioannes Maldonatus *p* (Auctor vbique celebris) non ſemel conſtituit, ſolus Thomas ex familia Chriſti à vera fide excidit.

Qui non abiecerint fidẽ paſsionis tẽpore.

k *Lib. cõtra mẽdatium, cap. 6. & tract. 113. in Ioã.*

l *Lib. 12. in Ioã. cap. 1.*

m *Sup. Lucæ 22.*

n *Ioã. 19. & 20.*

o *In Pſal. 81.*

p *Sup. Matt. 26 v. 13. & ſup. Lucæ 22. ver. 32. & ſup. Marci 16. v. 14.*

12 Ad argumẽta autẽ contrariæ ſententiæ vno verbo ſatisfacit Cano *q* dicendo, quòd tantum probant Apoſtolos in fidei confeſsione defeciſſe, aut etiam in fide viua, quæ per charitatem operatur.

q *Lib. 4. de locis cap. 15.*

Reſpondet Cano ad argum. 1. capitis.

# CAPVT SEXTVM.

## Mens authoris erga præcedentes ſententias.

13 VERVM Tamen licèt hæc ſententia verior, ac veriſimilior mihi ſemper viſa ſit, non propterea oppoſita probris laceranda eſt, habet enim præter Authores citatos, plures alios auctoritate grauiſsimos, vtique Ianſenium

nium, a Euthimium, b Driedonem, c Abulenſem d Diuum Antoninum, e Didacum de Eſtella, f Franciſcum Lucam, g Burgen. & alios. Imò, & D.Thom. h ita expreſsis verbis ait. *In Virgine remanſit tota fides in die Paſsionis.* Quod interpretantur multi, quaſi in ſola Virgine integra perſtiterit fides.

Sententia negatiua verior, ſed affirmatiua nõ cõtemnenda.

Habet etiam præſidia robuſtiſsima: nam (vt omittamus illa quæ ex Turrecremata reiecimus) vrget in primis prædictio illa Chriſti ad Apoſtolos. i *Omnes vos ſcandalum patiemini in me in nocte iſta.* Vbi omnia, & ſingula verba maximè expendenda ſunt. Etenim ly. *Omnes vos*, vniuerſos comprehendit Apoſtolos, ad quos Chriſtus ſermonem conuertit: & ly, *In nocte iſta*, ſignificat tempus comprehenſionis ſuæ. Ly autem, *Scandalum patiemini in me*, idem eſt ac ſi dixiſſet (iuxta interpretationem omnium) ex his quæ videbitis fieri in me, offẽdiculi, lapſuſque occaſionem in peccatum accipietis. Quale autem fuerit hoc peccatũ,
14 ſequentia declarant. *Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis.* Id eſt, fuſtibus & armis militum me obſeſſo, Iudæorumque comprehẽſo manibus, atque abducto, omnes vos fugam capietis, & me Iudæorum tyrannidi relinquetis expoſitum. Cœterum vt (ſapienter ſatis) Franciſcus Lucas K Brugẽſis notabit, cũ nollet Ieſus ipſe reſiſtere inimicis, neque etiam vt diſcipuli reſiſterẽt, (vt erãt quoque humanis viribus impares) neque vt ſe captiuos dederent inimicis, nec denique vt ipſum, quacunque obduceretur, ſequerentur; vt expreſsè Euangelij l contextus teſtatum habet; non fuit peccatum Apoſtolorum in eo propriè ſitum, quod fugerent, & Ieſum corpore derelinquerent, ſed in eo quod fugerent ex timore humano, & Ieſum magis animo, quàm corpore derelin-
15 querent. Nam ſi illo comprehenſo ſubduxiſſent ſe, perſuaſi de vtilitate, & neceſsitate mortis ſuæ, & de patiendi, & moriendi vltronea voluntate, aut tandem de reſurrectionis ad diem tertium certitudine, de quibus ſatis erant edocti, & ab ipſo Chriſto admoniti ſæpiſsimè: proculdubio in fuga, receſuvè non peccaſſent. Quare peccatum illorum in eo omnino extitit, quod videntes Præceptorem ſuum capi, teneri, ligari, ac tandem violenter abduci, inciuiliterquè tractari, nulla ex parte illius adhibita defenſione, arbitrati ſunt eum violenter hæc pati, hoſteſque, ipſo inuito, præualere, & pro ſua ipſorum libidine ad mortem eum rapere, quidquid antea ipſe prædixiſſet. Vnde factum videtur Apoſtolos in fide Chriſti naufragium feciſſe.

Quale ſcandalũ paſsi ſũt Apoſtoli patiente Chriſto?

In quo Apoſtolorũ peccatũ ſtetit Paſsionis tempore.

16 Confirmari hoc poteſt ex ipſa periphraſi Chriſti Domini, apud quem idem videtur ſcandalum pati in eum, atque in fide eius errare, aut periclitari: iuxta illud eiuſdem apud Matthæum. m *Beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me.* Id eſt, qui viſa humanitate, & humilitate mea tantotum aduerſariorum incurſibus expoſita, offendiculum ſibi præparet, quominus in me credat. Propter quod, tàm Hieronymus, quàm Beda n dicunt, quòd Chriſtus his verbis notauerit diſcipulos Baptiſtæ, quòd in ipſum Chriſtum non crediderint. Et Gregorius Magnus o indicat, quòd Chriſtus his verbis præcauere voluit, ne homines Paſsionis eius ignominia perterriti minus dignè de illo iudicarent. Et D. Hilarius p dum interpretatur hoc verbum ita inquit. *Metu, atque infidelitate turbabimini.* Verbum ergo, ſcandalum, patiendi in Chriſtum iacturam fidei ſonare videtur.

Quid ſit ſcandalũ pati in Chriſtũ.

17 Vrget etiam pro re iſta aliud eiuſdem Domini ad diſcipulos teſtimonium, quod etiam eſt præcedentis corroboratio, vtiquè illud, q *Modo creditis: veniet hora vt diſpergamini, & me ſolum relinquatis.* Ideſt, modo quidem diuinitatis meæ fidem habetis, at nec firmam, nec ſtabilem, ſed fluxam potius, & fugacem, quia venit tempus in quo fugam capietis, vt vobis ipſis de incolumitate veſtra conſulatis, non ſatisfacientes mihi à lictoribus comprehenſo, & circunligato. Vbi cum opponat fidem fugæ, videtur ſignificare, quod fuga expullerit fidem, aut ſaltem, quòd non fuerit ſine iactura fidei.

Prædicitur Apoſtolis naufragium in fide.

a Cap.133. Concor.
b S.Matth.26.
c Lib.4 dog.ca.5.p.3.fol 233.
d In prologo S. Matth.ca.13 & 14.& in ca.16. Matth q.65.
e 4.p.tit.15.c.4
f S. Lucæ.22.
g S.Matth.26. num.31.
h Opuſ.de 10.præcep.ad 3.præcep. cap.1.
i Matth.26.num.31.
K Vbi ſupra.
l Ioan.18.Matt.26.n.52.
m Matt.11.n.6.
n Sup.Matt.11. num.6.
o Hom.6.in.Euan.
p Sup.Matt.11. num 6.
q Ioan.16.v.31.

18 Et ne prolibito commentarium nobis confeciſſe videamur, audiamus Auguſtinum literalem explicationem huius loci inducentem, & rem totam plenè explanantem. Inquit enim. *r Quando comprehenſus eſt* (videlicèt Chriſtus) *non tantùm carne ſua, ſed etiam mente derelictus eſt ab eis, & mente reliquerunt fidem.* Ad hoc pertinet, quod ait. *Modo creditis. Veniet tēpus vt diſpergamini: tanquam ſi diceret. Tunc ita perturbabimini, vt etiam, quæ modo creditis relinquatis. Venerunt enim ad tantam deſperationem, & ſuæ priſtinæ fidei mortem, quanta apparuit in Cleopha, qui poſt Reſurrectionem dixit. Nos ſperabamus, quod eſſet redempturus Iſrael. Ecce quomodo eum reliquerant deſerendo etiā ipſam fidem, qua in eum antea crediderant:* Quid clarius? Cùm ergo ſententia ſuita, tàm authorum, quàm rationum, atque etiam ſanctorum Patrum elogijs, & ſacræ paginæ verbis omnino à blaſphemia, temeritate, & improbabilitate ſit immunis, conſequens eſt, vt ſententia Turrecrematæ nulla veniat nota inurenda, & non ſolum tolleranda, ſed etiam tanquam probabilis ſuſtinenda, ac defenſanda ab aſſertoribus ſuis.

*r Aug. in comment. ſupr. Ioan. tom. 9.*

Defecerunt aliquando Apoſtoli in fide ex Auguſt.

19 Sed inquies quomodo contra tam aperta ſcripturarum, & ſanctorum elogia pro prima ſententia ſtare poſsit iudicium rationum, quo ſecundæ ſententiæ omnino deferimus tanquam veriori, & rationi magis conſentaneæ. Reſpōdetur, quod duo iſta loca ſufficienter ſaluari poſſunt, admiſſa in Apoſtolorum fide aliqua titillatione, & titubatione, ob tam ſæua illa, quæ in Chriſto fieri cernebant. Et adhuc hæc vacilatio non quidem ex electione, ſed potius ex turbatione, atque commotione animi procedebat, quare non tàm propriè fuit labi in fide, quàm eſſe in diſcrimine, & procinctu ad lapſum, quod propriè ſignificat ſcandali nomen: eſt enim ſcandalum non quidem id quod lapſum infert, ſed id quòd eſt ad lapſum offendiculum. Et ſanè, ſicut qui impetu offendit in

Quomodo cohærent tam pugnantes ſententiæ.

20 lapidem, licèt nec prolabatur, neque oculis effractis, effoſisve procumbat, adhuc tamen nec rectus, nec quietus, neque oculorum lumine imperturbatus cōſiſtere valet, ſed hinc, inde diſcurrendo agitatur, nutatque: ſic dum in capturā Chriſti Apoſtoli impegerit, licèt nec animo lapſi fuerint, nec fidei oculos ſibi effoderint, turbationem tamen nec modicam perpeſsi, hac, illacque, velut oues in incertum errantes, receſſerunt, & ſic à ſuo paſtore longè aberrarūt; & ideò ſine iactura fidei potuerunt in Chriſtum ſcandalum ſubire, ac pati, & prædictio Chriſti adimpleri. Quod ſi potuit: non eſt cur Apoſtolos infidelitatis cōcriminemur contra tantorum Patrum elogia, ac teſtimonia vrgentia, & rationes.

Quomodo ſcandalizati Apoſtoli ſi fidē nō amiſſerunt.

21 Sed eſto Apoſtolorum aliqui, vel etiam omnes in fide periclitati fuiſſent tempore Paſsionis Chriſti, adhuc non ſequitur, quod fides omnium in ſola Virgine permanſiſſet; ſiquidem per orbem diffuſi erant fideles, qui prorſus pro tunc ignorantes Paſsionem Chriſti non potuerunt ſcandalum ſubire in ea.

Etiamſi omnes Apoſtoli defeciſſent in fide adhuc Eccleſia ſtaret.

# CAPVT SEPTIMVM.

## Reſpon. quarto argumento primi capitis. Et oſtenditur qualiter Eccleſia dici poſsit gentium congregatio.

22 AD Quartùm reſpondetur, quod gentes in ſcriptura ſæpiſsimè accipiuntur pro fidelibus, vt in Geneſi *a Patrem multarum gentium conſtitui te.* Ideſt, multorum fidelium. Et rurſum: *b Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes*, ideſt, vniuerſi fideles. Et apud Matth. *c In nomine eius gentes ſperabūt.* Et apud Marcum: *d Domus mea, domus orationis vocabitur cunctis gentibus.*

a *Gen.* 13.
b *Gen.* 26.
c *Matth.* 12.
d *Marci.* 11.

Aliquādo in ſacra Scriptura lygētes idem quod fideles.

Huius

Huius autem ratio eſt, quod vt ait Paulus *e* licèt Deus ex parte non repulerit Iudæos, plenitudo tamen gentium intrauit in Eccleſiam ſuam, & ideò à potiori parte Eccleſia dici poteſt collectio gentium. Ex quo illud Malachiæ *f* *Magnum eſt nomen meum in gentibus*: Ideſt, in vniuerſa Eccleſia.

*e Rom.11.n.1.*
*f Malachiæ 1.11*

# DVBIVM DECIMVM SEXTVM.

## *Vtrùm Eccleſia ſit viſibilis.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Arguitur primò à parte negatiua ex Hieremia.*
2 *Confirmatur idem ex Chriſoſt.*
3 *Arguitur ſecundò ex verbis Chriſti Domini.*
4 *Confirmatur primò id ipſum ex Theophil. Caiet. & Maldonato.*
5 *Arguitur tertiò ad idem ex Ioã.4.*
6 *Arguitur quartò, ex Paulo.*
7 *Arguitur quintò, ex Apoſtolo Petro.*
8 *Arguitur ſextò, ad idem ex Simbolo Niceno.*
9 *Arguitur ſeptimò, ad idem ratione.*
10 *Arguitur octauo, ad idem ratione.*
11 *Arguitur vltimò, ad idem.*
12 *Oſtenditur de fide Eccleſiam eſſe viſibilem.*
13 *Viſibilis debet eſſe grex quem paſtor regit viſibilis.*
14 *Quanta hæreſis negare viſibilitatem Eccleſiæ.*
15 *Encomia Patrum de viſibilitate Eccleſiæ.*
16 *Quis finis Eccleſiæ.*
17 *Non minus eſt viſibilis Eccleſia, quã ſynagoga.*
18 *Diſcrimina legis nouæ à veteri.*
19 *Cur lex noua dicitur exarata mẽtibus & cordibus hominum.*
20 *Cur leges omnes præter gratiæ legem ſcripto tradi debuerint.*
21 *Cur Chriſtus nihil ſcripto edixit aut dixit.*
22 *Cur noua lex litteris tandem exarata eſt.*
23 *Præſtantia legis nouæ ſupra veterem.*
24 *Præſtantia Apoſtolorum ſuper Moſem in ſuſceptione legis.*
25 *Fideles ſunt epiſtola intus exarata.*
26 *Lex gratiæ aſſimilatur legi naturæ.*
27 *Interna, externaque requirit Deus ſacra.*
28 *Baptiſmi, & Martyrij affinitas.*
29 *Quid ſit ly obſeruare.*
30 *Venire cum obſeruatione, eſt venire latenter.*
31 *Prædictæ interpretationis ratio.*
32 *Aliæ præmiſſi oraculi interpretationes.*
33 *Eccleſia eſt, Regnum Dei.*
34 *Semper internus, & externus cultus fuit Deo debitus, ſed iſte olim magis in vſu, nunc ille.*
35 *Multi externi cultus exempla.*
36 *Etiam ipſi nouiores hæretici externũ Dei cultum profitentur.*
37 *Externus cultus Dei in animalium mactatione ceſſauit.*
38 *Adoratio in ſpiritu eſt ſpiritalis oblatio à ſpiritali homine.*
39 *Mons Syon idem apud Paulum, quod Eccleſia triunphans.*
40 *Mons Sion iure etiam ſignificat Eccleſiam Militantem.*
41 *Quo iure dicatur Eccleſia domus ſpiritalis.*
42 *Cur dicimus: Credo ſanctam Eccleſiã, & non potius video cũ ſit viſibilis.*
43 *Eccleſiæ conſtitutiuum ſimul eſt viſibile, & inuiſibile per partes.*
44 *Quomodo ſit Eccleſia viſibilis, cũ tamẽ caput eius Chriſtus videri nõ poſſit.*

Hactenus de exiſtentia, & de eſſentia Eccleſiæ diſputatum eſt; ſequitur, vt de proprietatibus, & qualitatibus illius de inceps agamus.



Digitized by Google

# CAPVT PRIMVM.

## Argumenta partis negatiuæ.

a *Lib. de Eccleſ. cap. 11.*
b *Ierem. 32. nu. 52.*

Arg. 1. à parte negatiua ex Hierem.

A Parte negatiua hæretici recentiores ſunt apud Belarm. *a* propter argumenta ſequentia.

1 In primis apud Ierem. ſcriptũ eſt *b Dies veniũt dicit Dominus, & feriã domui Iſrael fœdus nouũ non ſecundũ pactũ, quod pepigi cum patribus eorum, ſed hoc erit pactum quod feriam, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.* Ideſt, non erit Eccleſia noui teſtamenti, vt fuit ſynagoga, quoniam hæc fuit externus cœtus, viſibiliſque congregatio, & propterea habebat legem ſcriptam in tabulis, & lapidibus: Eccleſia autem noui teſtamenti erit quidam populus interior, & ſpiritualis, & propterea habebit legem inſculptam in cordibus fidelium.

*Tom. 5. ſerm. de Spiritu Sancto.*

Cõfirm. idem ex Chriſoſ.

2 Inde eſt illud Chriſoſtomi transferentis in ſpiritualia, & interna pro Eccleſia noui teſtamenti, omnia viſibilia, & corporalia ſynagogæ. Inquit enim. *c Quæ lex quam hodie è cœlo latam diſcis? Spiritus gratiæ. Quæ rationales tabulæ, in quibus hæc lex inſculpitur? Anima, & corpus. Quæ tua ſpiritualis circunciſio? malæ concupiſcentiæ exciſio, & ab ea auerſio. Quod tuum altare? mens tua ſpiritualis. Quod tuum ſacrificium? Compunctionis calor. Quod templum tuum à Deo conditum? Mundum cor in quo Deus inhabitat.* Si ergo Eccleſia noui teſtamenti in hoc diſtinguitur à ſynagoga, quod illa habet ſpiritualiter quidquid illa habuit corporaliter. Conſequens eſt vt Eccleſia noui teſtamenti ſpiritalis ſit, & inuiſibilis, non autem corporea, & viſibilis.

Ar. 2. ex verbis Chriſti Domini.

d *Sup. Lucæ 17.*
e *Vbi ſupr.*
f *Gen. 8.*
g *Iob. 38.*
h *Exodi. 32.*
i *Eſaiæ. 6.*
K *Daniel. 30.*

3 Deinde apud Lucam dixerat Chriſtus Dominus: *Regnum Dei non venit cum obſeruatione: neque dicent ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim Regnum Dei intra vos eſt.* Cũ ergo nomine Regni Dei Eccleſia veniat intelligẽda, conſequens eſt, quod non ſit viſibilis, quoniam aliàs veniret cum obſeruatione, & digito poſſet demonſtrari. Vnde Euthymius. *d, Saero eſt non venit cum obſeruatione, atque cum proſpectu humano.* Chriſoſt. etiam ait. *e Spiritus Sanctus Regnum Cœlorum eſt, de quo inquit Chriſtus, f Regnum cœlorum intra vos eſt; Chriſtus intus, Spiritus Sanctus intus, Pater intus; quæ oculus non vidit, neque auris audiuit, etiam hoc eſt intus. Vidit Deum olim Abraham, ſed extrinſecus apud quercum Mambre, vidit & Iob, g ſed extra per turbines, & nebulas; vidit & Moiſes, h ſed extra per cauernam, & in petra; vidit & Eſaias, i ſed extra in throno excelſo, vidit & Daniel; k ſed in viſione noctis: nũdũ enim audierat antiqui, Regnum Dei intra vos eſt.* Si ergo diſcrimen Eccleſię à ſynagoga eſt diſcrimen rei internæ, & ſpiritalis à viſibili, & corporali, conſequens eſt vt Eccleſia noui teſtamenti viſibilis non ſit.

l *Sup. Lucæ 17.*
m *Ibidem.*
n *Ibi verſ. 20.*

Confir. 1. id ipſũ ex Theophil. Caietan. & Maldonato.

4 Confirmatur hoc argumentum ex interpretatione Theophilacti dicentis. *l Regnum Dei eſt Angelorum more viuere, tunc enim verè dicitur regnare Deus, quando nihil mundanum in cordibus noſtris verſatur.*

Item ex interpretatione Caietani dicentis. *m Teſtimonium iſtud intelligendum eſt de ſtatu ſpirituali quem habet Regnum Dei in hac vita in cordibus fidelium.*

Ac denique ex interpretatione Maldonati: *n Proinde ſtat, ac ſi breuius clarius que dixiſſet Regnum Dei non corporeum, non temporale, ſed ſpiritale eſſe, nõ corporis, ſed animæ oculis quærendum.* Non ergo viſibilis aut ſenſibilis eſt Eccleſia Chriſti, ſed tantum intelligibilis.

o *Ioan. 4.*
p *Ibidem.*
q *Ibi.*
r *Tractat. 15. in Ioan.*
s *Sup. Ioan. 4.*

Ar. 3. ad idem ex Ioan. 4.

5 Tertiò apud Ioannem Chriſtus ipſe dixit. *o Venit hora quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate,* Ideſt (inquit Euthimius) *p non corpore, ſed ſpiritu.* Circa quod Theophilactus, *q non in ſolis locis mutatio erit, ſed & modus colendi alterabitur. Veros adoratores dicit eos, qui non cultu corporali ſicut Iudæi, ſed ſpiritu & veritate, hoc eſt, per animam, & puram mentem colunt Deum.* Auguſtinus etiam. *r Deus neque in monte, neque in Templo adorandus eſt, quia corporeus non eſt, ſed in ſpiritu quia ſpiritus eſt, in Tẽplo vis orare, in te ora.* Caiet. denique *s Deus in loco*

aliquo

Digitized by Google

*aliquo non cultu temporali, non lingua, ſed interiori cultu conſiſtente in ſpiritu & veritate, colendus eſt.*

Arg.4.ex Paulo.

6 Quartò apud Paulum ſcriptum inuenimus: t *Non acceſſiſtis ad tractabilem montem* (ideſt corporeũ, & terrenũ,) *& acceſſibilem ignem* (id eſt incenſum, & flãmas ſenſibiles iaculantem: qualis erat ille quo mons ſyon fumigabat cum daretur lex illa ſcripta:) *Sed acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ieruſalem cæleſtem.* Ideſt, ad Eccleſiam noui teſtamenti, quæ dicitur mõs Sion: iuxta illud Pſalmi. v *Conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius*: & iuxta illud Eſaiæ: x *Aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Sion.* Vnde cum opponat viſibilitatem ſynagogæ cum ſpecialitate Eccleſiæ, conſequens eſt vt doceat Paulus Eccleſiam noui teſtamenti in hoc differre à ſynagoga, quòd hæc erat aliquid viſibile, & externum, illa autem non ita, ſed aliquid potius ſpiritale.

t *Heb.12. n.32.* v *Pſam.2.* x *Eſaiæ 1.*

Arg.5.ex Apoſt.Petro.

7 Quintò Apoſtolus Petrus ita nos monitos eſſe voluit. y *Ipſi tanquam lapides viui ſuper ædificamini domus ſpiritualis, Sacerdotium ſanctum offerre ſpiritales hoſtias.* Id eſt, conficite, & conſtruite ex vobis ipſis, non quidem aliquam ſynagogam externam, ſed ſpiritalem Eccleſiam offerentem ſpiritales hoſtias, & victimas, nõ autem corporeas, vt ſynagoga. Si ergo Eccleſia ſpiritualis eſt, cõſequẽs eſt vt viſibilis non ſit.

y *1.Petr.20.n.5.*

Arg.6.ad idem ex ſymb.Niceno.

8 Sextò ſymbolum fidei dum de cognitione Eccleſiæ inquit ita loquitur. *Credo ſanctam Eccleſiam.* Atſi Eccleſia eſſet viſibilis, potius diceret, *video ſanctam Eccleſiam*, aut ſaltem dicere non potuiſſet, *credo ſanctam Eccleſiam*, quia quod videtur, non poteſt eſſe obiectum fidei. Non ergo Eccleſia viſibilis eſt.

Ar.7.ad idẽ ratione.

9 Septimò. Formale conſtitutiuum Eccleſiæ eſt fides interior. At fides interior non eſt ſubiecta ſenſibus. Igitur neque conſtitutum per illam quãtum ad hoc poterit eſſe ſubiectum ſenſibus, atque adeò nec viſibile.

*Sup.dub.13.*

Ar.8.ad idẽ ratione.

10 Octauò. Eccleſiæ caput eſt Chriſtus: at Chriſtus videri non poteſt ſenſibiliter. Igitur neque corpus eius prout ſic poteſt videri ſenſibiliter, & ex conſequenti Eccleſia prout Eccleſia non eſt viſibilis; ſiquidem non percipitur ſenſu prout ſubnectitur Chriſto tanquam ſuo capiti.

Ar.vlti.ad idem.

11 Denique Eccleſia dicitur, & prædicatur ſancta, iuxta illud ſymboli, *Credo ſanctam Eccleſiam.* At vera ſanctitas omnino fugit captũ externorum ſenſuum. Igitur etiam ipſa Eccleſia.

## CAPVT SECVNDVM.

### Aſſeritur, de fide pars affirmatiua.

Oſtenditur de fide Eccleſiã eſſe viſibilem.

12 FIDES Nihilominus incõcuſa eſt, Eccleſiam Chriſti occultam, & imperueſtigabilem nõ eſſe, ſed viſibilem potius, ac digito demõſtrabilem. Patet hoc in primis ex his quæ circa rem iſtam Cõciliũ Senonẽ. ſub Antonio à Prato alegato, & Cardinali inducit. Ibi enim poſt damnat, tanquã Lutheranum dogma, ſententiam oppoſitam, inducitur in fauorem iſtius illud Chriſti Domini. z *Si te corripientem non audierit frater tuus, dic Eccleſiæ.* Ideſt, prouoca incorrigibilem fratrem ad iudicium Eccleſiæ. Atſi Eccleſia inuiſibilis eſſet, nullo modo poſſet adiri, aut aliquo modo conſuli ſupra fratris incorrigibilitatem, vt de ſe notum eſt. Ergo vel mandatum Chriſti illuſorium eſt (quod nefas eſt dicere) vel Eccleſia adeunda tanquam verus iudex huius fontis, viſibilis eſt, & digito demonſtrabilis.

z *Mat.18.*

Viſibilis debet eſſe grex, quẽ Paſtor regit viſibilis.

13 Inducitur etiam in eodem Cõcilio illud Apoſtoli ad Eccleſiæ præpoſitos. a *Attendite vobis & vniuerſo gregi in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Huic conſonat illud Petri ad eoſdẽ præpoſitos. b *Paſcite, qui in vobis eſt gregẽ Dei.* At (vt argumentatur Caſtro) c Qualiter homo mortalis regere poterit id quod minime videri poteſt? aut quomo-

a *Act.20.* b *1.Petr.5.v.2.* c *De hæreſ. lib.1.cap.6.*

quomodo paſtor paſcet gregem, quem nec vidit oculis, nec alio ſenſu videre, aut cognoſcere poteſt? Oportet ergo vt grex, qui à paſtore debet paſci, ſit ei viſibilis, manuque ipſa contrectabilis, maximè cum ſcriptum ſit, *d Diligenter agnoſce vultum pecoris tui.*

d *Prou.27.n.23.*

e *1.Cor.12.*

14 Inducit denique illud Pauli *e Vnum corpus, vnus ſpiritus, vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptiſma: etenim in vno ſpiritu, omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus.* Ideſt per eandem baptiſmatis virtutem omnes coaleſcimus in vnitatem Eccleſiæ, quæ eſt corpus Chriſti. Cùm ergo tàm qui ſic coaleſcunt, ſcilicèt, homines baptizati, quàm ipſorum coaleſcentium nexus, vtique Baptiſmus, viſibilitatem, & exterioritatem contineant, & planam ſenſibilitatem, conſequens eſt, Eccleſiam viſibilem eſſe. Vnde concludit Concilium: *Quiſquis inuiſibilem dixerit Eccleſiam, non hæreſim tantùm dixiſſe, ſed hæreſum omnium puteum efodiſſe indicetur.*

Quãta hæreſis negare viſibilitatẽ Eccleſiæ.

f *1.Cor.15.*

Deinde patet ex illo Apoſtoli, *f Ego ſum minimus Apoſtolorum, quoniam perſequutus ſum Eccleſiam Dei, & expugnabam illam.* At quis dicet, quòd corporeus perſequutor perſequutione corporali, & ſenſibili potuit impetere in eum, quem nullo modo videbat? Sanè egregiè colimaret ſcopum iaculator, qui ſcopum ipſum viſu nullatenus attingebat, aut videbat quodammodo. Et ex illis eiuſdem, *g Hæc ſcribo tibi fili Timothæe, vt ſcias quomodo oporteat te ambulare in domo Dei, quæ eſt Eccleſia Dei viui.* Certè ego non video quomodo conuerſandum ſit cùm illo, qui prorſus neſcitur, & tantùm fide creditur, quod ſit in rerum natura.

g *1. Ad Tim.3.*

*Sup.Dub.1.c.2.*

15 Tertiò patet, tã ex illis Chriſoſt. & Auguſtini teſtimonijs ſupra relatis, cùm de veritate & exiſtentia Eccleſiæ ageremus, quàm etiam ex illo Origenis, *h Eccleſia plena eſt fulgore ab Oriente, vſque ad Occidentem.* Et ex illo Cipriani *i Eccleſia Domini luce perfuſſa, radios ſuos per orbem terrarum ſpargit.* Ac deniq; S. Ambroſij dicentis: *K Sicut lilium inter ſpinas eminet, ita ſupra omnes conuentus Eccleſia Dei refulget.* At ſi videri non poteſt talis fulgor, prorſus eſſet imaginarius. Ergo re ipſa Eccleſia viſibilis eſt, & maximè viſibilis. Et quidem adeò viſibilis, vt dum Aug. de illa ſermonẽ habet, ita dicat, *l Quid amplius dicturus ſum quã cœcos eos, qui tam magnum montem non vident, qui contra lucernam in candelabro poſitam oculos claudunt.*

h *Orig.hom.1.in Matth.*

i *Lib.de vni.Eccl*

k *Amb.in Pſal. 108.octonar. 5.*

l *Aug. tract. in Ioan.*

Encomia patrũ de viſibilitate Eccleſiæ.

16 Quartò Eccleſia diffinitur congregatio fidelium: ideſt, coetus hominum confluentium ad fidei profeſsionem, & ad debitam executionem, & cultum eorum, quæ ſunt fidei: vt patet ex ſupradictis. At vtrumque hoc viſibile eſt, ac ſenſibus ſubiectum. Igitur etiam Eccleſia viſibilis eſt.

Quis finis Eccleſiæ.

Confirmatur. Synagoga fuit Eccleſia viſibilis, vt vel ipſi hæretici recentiores concedunt apud Belarminium. *m* Ergo etiam Eccleſia noui teſtamenti: ſiquidem vtraque eſt congregatio fidelium.

m *Vbi ſup.*

17 Quòd ſi dixeris cùm hæreticis: quod Sinagoga habebat legẽ ſcriptam, circuncisionem, ſacrificia, cultum externum, & extrinſeca alia quibus viſibilis reddebatur. Tunc ſic. Etiam Eccleſia noui teſtamenti habet Euãgelium, Sacramenta, ſacrificia, externum cultum, & multa alia ſenſibilia, ſenſibuſque ſubiecta. Ergo non minus eſt viſibilis, quàm ipſa Synagoga. Sanè vt Aug. inquit. *n In nullis nomen religionis, ſeu verum, ſeu falſum coagulari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum, vel Sacramentorum viſibilium conſortio colligantur.* Quare cùm Chriſtianus populus verè in Chriſti nominis religionem conuenerit, non potuit non præ ſe ferre ſigna aliqua ſenſibilia, vt Sacramenta, in ſui colligationem: & proinde fieri Eccleſiam viſibilem in ratione Eccleſiæ: ſicuti quilibet Senatus Conſultus viſibilis fit in ratione talis Senatus: quia collecti in tali Senatu viſibiles ſunt, & etiam ea quæ in tali Senatu decernuntur, viſibilia ſunt.

n *Vbi ſup.c.15.*

Nõ minus eſt viſibilis Eccleſia quàm Synagoga.

CAPVT

Digitized by Google

# CAPVT TERTIVM.

## Reſpondetur 1.argumento 1. cap. & oſtenditur: Quid ſit legem ſcribi in corde?

Diſcrimen legis nouæ a veteri.

18 SVpereſt aduerſariorum argumenta diluere,& in primis reſpondetur ad primum. Quod teſtimonium illud Ieremiæ non eſt ad rem;quia non diſtinguit inter Synagogã & Eccleſiam,ſed inter legem nouam,& veterem, quatenus lex noua non ſcriptis, vt lex vetus,ſed ſpiritu exaranda, & tradenda erat: vt verè exarata fuit quando Apoſtolorum mentibus inſtillata refertur aduentu illo celeberrimo Spiritus ſancti in die Pentecoſtes.a Tunc enim Spiritus ſanctus luce ſua imbuit,inſtruxitque Apoſtolos in omni veritate Euangelij:iuxta illam Chriſti promiſsionem.*b Cum venerit ſpiritus ille veritatis,docebit vos omnem veritatem.* Vtique omnem illam,tàm ad dogmata fidei,quàm etiam ad mores,nec non & ad regimen Eccleſiæ neceſſariam,ſimul cum alijs quas adhuc ipſi mente non percalluerant, etiam ſi Chriſtus eas illis dictauerat. Et iuxta illud vaticinium Eſaiæ.*c Spiritus meus non recedet de ore tuo,& de ore ſeminis tui:amodo,& vſque in ſempiternum* : ideò ſemper docet vtilia,&conducibilia Eccleſiæ:tam in ordine ad dogmata fidei, quam etiam ad mores,nec non ad gubernationem fidelium.

a *Act.2.n.3.*
b *Ioan.14.n.17.*
c *Eſaiæ. 59. in vltim.*

Cur lex noua dicitur exarata mentibus, & cordibus hominũ.

19 Propter hoc veriſsimè,& proprijſsimè dicitur lex noua inſculpta mentibus,&cordibus hominum:quia tàm in primæua ſui conditione quàm in propagatione,& prorogatione ab Spiritus ſancti impulſu,magiſterioque ſculpturam accepit intra corda hominum. Et licèt hæc ipſa lex literis exarata habeatur in Euangeliſtarum voluminibus,hoc tamen non conuenit illi ob exigentiam ſuam,ſed potius ex accidenti,& ob indigentiam noſtram Pro quo.

Cur leges omnes præter gratiæ legẽ ſcripto tradi debuerint.

20 Notandum eſt quòd leges poſitiuæ, vt habeant vim obligandi, & robur ad permanendum,neceſſarium eſt, vt ſcripto tradantur, adeo vt ab hoc nomẽ legis deriuatum ſit:lex enim(d inquit Iſidorus) à legendo dicitur, quia mãdatum poſitiuum quantumcunque graue,ſi tamen ore profertur, nec literis exaratur,habebit quidem rationem præcepti,facili negotio labentis, non tamen rationem legis ſtabilis. Quapropter lex Moyſi,vt duraret,& obligaret,ac demumque vt perfectiſsimè rationem legis obtineret,debuit omnino ſcribi ac literis mandari:ex quo factum eſt,vt nomen legis ſcriptæ obtineret. At Euange

d *lib.1. & hym. c.10.& lib.5.c.3*

21 Cur Chriſtus nihil ſcripto dedit aut tradidit.

lij lex neque ad obligationem, neque ad durationem, neque ad perfectiſsimã rationem legis ſcriptura indiguit, ſed antequam literis mandaretur, fuit ab Apoſtolis accepta,prædicata, promulgata,& obligationem inducens. Hinc illud Chriſoſt.*e Nec Apoſtolis aliquid ſcripto tradidit Chriſtus,ſed pro literis Spiritus ſancti,ſe illis daturum gratiam repromiſsit, quia verò progrediente iam tempore, alij quidem propter dogmata,alij propter vitam, & mores grauiter impegerunt, & rurſum,*

e *Hom.1.in Mat.*

22 Cur noua lex literis tandem exarata eſt.

*quæ conſtat literis,admonitione fuit opus.* Id eſt, Euangelij lex non ſumpſit legis robur à conditione ſcripturæ,ſed poſtea ob ſingulares ſingularium hominum defectus literis mandata fuit.*f* Vnde Irenæus conſonans Chriſoſtomo aſſerit, quòd Apoſtoli prius euulgarunt Euangelium, & poſtea literis conſignarunt illud, & adeò poſtea,vt Matthæus ( qui primus omnium Euangelium ſcripſit) non ædiderit ſuum Euangelium vſque dum Petrus,& Paulus Romæ prædicarent; vtique elapſis octo annis ab aſcenſione Chriſti,vt Theophilactus *g* obſeruat.

f *lib.3.cap.1.*
g *proemio in Matthæum.*

Præſtantia legis nouæ ſupra veterem.

23 Ex hoc autem non infertur viſibilitas Synagogæ, aut inuiſibilitas Eccleſiæ,ſed tantum præſtantia legis nouæ ſupra legem veterem;vtique quia lex noua exarata eſt ad modum legis æternæ,& naturalis, videlicèt,mentibus hominum:lex autem vetus ad modum legis poſitiuæ in tabulis,& voluminibus fer-

ro,

ro, & attramento, & adhuc lex noua non inuiſibiliter in mentibus hominum inſculpta legitur, ſed potius cum vehementi ſono, & cũ manifeſtatione illius ignis in linguarum formas diuiſi, & cũ publica peremnique Euangelij publicatione, & prædicatione, quæ vbique terrarum per miniſtros Euangelij hactenus facta eſt, & fiet vſque ad mundi exitum, quod ſatis eſt ad ipſius legis notitiam ſenſibilem.

24 Inde illud Chriſoſtomi. *Tabulæ iſtæ abſque dubio meliores ſunt, & virtutum merita clariora, non enim deſcenderunt Apoſtoli, de monte tabulas lapideas afferentes in manibus, ſicut Moyſes, ſed Spiritum ſanctum mente portantes, & theſaurum quemdam dogmatum, donorumque geſtantes, cunctorumque fontem ex ſe effundentem bonorũ, omnia circuibant, viui quidam libri, viuæque leges effecti per gratiæ largitatem. Sic tria millia, ſic etiam quinque millia hominum, ſic innumerabiles populos toto terrarum orbe attraxerunt, Deo per illorum linguam cunctis accedentibus diſſerente.* Ecce iuxta Chriſoſtomum legem nouam flammas ſenſibiles iaculantem, ſuique euidentiſſimum teſtimonium reddentem, quantumcunq; ipſa in Apoſtolorum cordibus, & mẽtibus inſculpta fuiſſet.

Præſtantia Apoſtolorum ſup. Moyſem in ſuſceptione legis.

25 Inde etiam illud Pauli. b *Epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata à nobis, non attramento, ſed ſpiritu Dei viui, nõ tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnis.* Ecce alios à prioribus Euangelicæ legis ſuſceptoribus factos Epiſtolas, & Euangelia Chriſti, intrinſecus quidem exaratos Spiritus ſancti characteribus, exprimentibus veritates fidei, & regulas morum, non tamen abſque miniſterio ſenſibili, ſed potius media Apoſtoli Pauli prædicatione. Quantumcunque ergo Euangelica lex interna ſit, & internè ſculpta, adhuc ſenſibilitatis veſtigia multa refert, per quæ ſenſibiliter prorſus videri, contrectarique poteſt. Vt etiamſi anima rationalis immaterialis atque ſpiritalis ſit, quia tamẽ habet ſenſibiles aliquos effectus in proprio corpore, ſenſibiliter, & viſibiliter aſſequimur cognitionem illius: ita in præſenti.

b 1. Cor. 3.

Fideles ſunt Epiſtola intus exarata.

26 Sed eſto in infuſione legis nihil ſenſibile intercederet, propter quod innoteſceret ſenſibiliter: adhuc nõ ſequeretur cõgregationẽ profitentem illam viſibilem non eſſe: nam etiam lex naturalis, ſignata mentibus hominum, eſt ſecundum ſe ſpiritualis: & nihilominus congregatio vnita ad viuendum ſecundũ illam, eſt congregatio viſibilis, vt patet in omni republica ſecundum naturæ leges ordinata.

Lex gratiæ aſſimilatur legi naturæ.

27 Neque obeſt, quod ex Chriſoſtomo in eodem argumẽto retuli: id enim tantum probat aureum illud, quod Senecæ nomine dictũ circumfertur: i *Optimus animus pulcherrimus Dei cultus eſt.* Homo enim interior eſt, qui Deo potiſſimum placet, aut diſplicet, licet non propterea exterior contemnatur; non enim ſolum incorrupta mente, ſed etiam (vt ille alius dixit) voce Deus venerandus eſt. Vnde non tantum actus interni, ſed etiam externi cadunt, ſub obiecto formali virtutis religionis, de quibus Doctores plura cum D. Thoma K Et vt D. Thom. l Et alij obſeruant ſæpè actus exterior addit bonitatẽ, vel malitiam actui interiori. Ex quo illud Auguſtini: m *Mala voluntate, vel ſola quiſque miſer efficitur, ſed miſerior poteſtate, qua malæ voluntatis deſiderium impletur.*

i *Cicero lib. 2. de Natura Deorũ.*

k 1. 2. q. 81. art. 3. 4. & 5.

l 2. 2. q. 20. art. 4. Scotus, quodl. 18. art. 3.

m *Lib. 3. de Trinit. cap. 3.*

Interna, externaque requirit Deus.

28 Et illud Bernardi n obſeruãtis in Epiſtola ad Hugonẽ de S. Victore, quod ſubire martyrium de facto maioris eſt meriti, quam velle ſubire illud. Quod adeò verum eſt, vt de ſolo martyrio in re prædicetur habere vices baptiſmi, non autem de martyrio in voto. Igitur licet homo interior primas apud Deũ deferat, non tamen homo exterior in minimis habendus eſt, & ita licet lex noua propriam ſedem habeat in mentibus, non tamen omnino abſtinet à ſenſibus hominum, ſed potius operibus ſuis ſenſibiliter ſe manifeſtat, non ſecus, ac rationis lumen inditum intellectibus noſtris, per quod etiam dignoſcimus, vel ipſo deprehendimus ſenſu, quod rationales ſumus.

n Epiſt. 77.

Baptiſmi & martyrij affinitas.

CAPVT

# CAPVT QVARTVM.

## Reſpondetur 2. Argumento 1.cap. & oſtenditur, quid ſit regnum Dei non venire cum obſeruatione.

Quid ſit ly obſeruare.

29 AD 2.argumentũ reſpondetur, teſtimonium illud potius obeſſe, quàm prodeſſe aduerſariorum poſitioni: quia Regnum Dei non venire cum obſeruatione, non eſt venire clanculum, & latenter, ſed potius publicè, ac palàm. Obſeruare enim non eſt vtcumque proſpicere, ſed (vt ait Seruius) *a* callide aduertere, & (vt Laurentius Vala) *b* idem quod cuſtodire aliquid oculis, animoque in modum ſpeculatoris, ne nos ſilentio, tacitoque prætereat. Ex quo illud Virgilij de Philomela. *c*

a *Sup. 4. Georgic. verſ.* 513.
b *Lib.* 4. *ling. lat.*
c *Virg. vbi ſup.*

*Amiſſos quærit fœtus quos durus arator.*
*Obſeruans nido, implumes detraxit.*

Et alibi *d*

d *Virg.* 2. *Æneid.*

*Qua greſſum extuleram repeto; & veſtigia retro*
*Obſeruata ſequor per noctem, & lumine luſtro.*

Venire cum obſeruatione eſt venire latenter.

30 Nec ſolum profana, ſed etiã ſacra eloquia ſignificationem iſtam agnoſcunt; vt patet ex illis Pſalmi *e* *Obſeruauit peccator iuſtum*, & ex illis: *f Ipſi calcaneum meum obſeruabunt*: & ex illis: *g Ego os Regis obſeruo*; ac denique ex illis eiuſdem Euãgeliſtæ Lucæ: *h Et obſeruãtes* (ſcilicet Principes Sacerdotũ, & ſcribæ ad quos parabola vineæ facta fuerat:) *Miſerunt inſidiatores, qui ſe iuſtos ſimularent, & caperent Ieſum in ſermone*. Quare ſenſus elogij Chriſti eſt, Regnum Dei non eſt aliquid furtim, clanculumve incedens, vt attento ſpeculatore indigeat, ne homines incautos prætereat, & ſubito prolabatur, euaneatque; neque eſt aliquid hic potius, quàm illic apparens, & ſpem ſui magis alicubi, quã alibi inſinuans; ſed in medio veſtri eſt, & omnino intra vos, ita vt nec fugere, nec fallere veſtros conſpectus queat, aut ludificare valeat.

e *Pſal.* 36. *nu.* 13.
f *Pſal.* 55. *nu.* 7.
g *Eccleſiaſtes* 8. *num.* 20.
h *Lucæ* 20. *numero* 20.

Prædictæ interpretationis ratio.

31 Vt autẽ huius interpretationis elucescat veritas, ſciendũ eſt, quod Chriſtus Dominus ædidit hoc reſponſum, interrogatus à Phariſeis quando veniret Regnum Dei, illud vtique quod ipſe toties appropinquare aſſerebat; Quã interrogationem factam fuiſſe non tam animo diſcendi, quàm ſtudio irridendi regnum illud toties à Chriſto iactatum, & ſtudio ſpernendi illud tamquã ficticium, & chymericum fere omnes interpretes clamant. Quid ergo reſpõdere debuit huius regni aſſertor, atque veritatis magiſter Chriſtus Dominus, niſi quod regnum illud latebras non amabat, latibulũvè non quærebat, ita vt ad experimentum capiendum de illo opus eſſet diligentiſſima obſeruatione? Sed quod omnibus eſſet perſpicuum, & peruium, & pro roſtris vniuerſorum conſtitutum.

Aliæ prætermiſſi oraculi interpretationes.

32 Scio alias, & lõge alias, huius teſtimonij interpretationes eſſe: quas ego mente veneror, tamquam meliores, & grauiores; ſed tamen omnes illæ procedunt, non quidem de Regno Dei, quod eſt Eccleſia militans, ſed de Regno Dei, quo Deus ipſe regnare dicitur in cordibus iuſtorum per gratiam, & charitatẽ, maxime nouæ legis, in qua promiſſum habemus: i *Et manſionẽ apud eum faciemus*. Conſtat autem Regum manſionem regiam curiam eſſe, & proinde manſionem Dei eſſe Regnum Dei. Et hoc modo loquuti ſunt de hoc Regno Euthymius, & Chriſoſtomus in hoc 2. argumento inducti. Vel etiam procedunt de Regno Dei, quod eſt vita beata, tempuſque illud reſurrectionis futurum de quo apud Matth. *K Adueniat regnum tuum*. Et alibi: *l Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in Regnum Cœlorum*, in quo ſenſu loquuti ſunt reliqui interpretes adducti pro iſto 2. argumento. Vnde cum huiuſmodi regna omnino extra ſenſum ſint, compertum eſt, vt explorari nõ poſſint aliquo proſpectu humano. At intelligendo nomine Regni Dei ipſam Eccleſiã militantem (vt intelligunt authores argumenti) neceſſum eſt interpretari hoc elo-

i *Ioan.* 14.
K *Matth.* 6. *numero* 10.
l *Matth.* 7. *n.* 21.

33 Eccleſia eſt Regni Dei.

elogium ad ſenſum ſupradictum; ita vt verborum ſenſus ſit Eccleſiam Dei certam aliquam latentem ſedem nõ occupare, ſed vbique locorum terrarũq; diffuſam eſſe, & coram omnium oculis obuerſare, ita vt non opus ſit illam velut indice prodere, quia omnibus eſt manifeſta. Et per hoc patet, tàm ad argumentum, quàm etiam ad confirmationem illius.

# CAPVT QVINTVM.

## Reſpondetur 3. argumento, 1. cap. & oſtenditur, quid ſit Deum adorari in ſpiritu, & veritate.

Sẽper internus, & externus cultus fuit Deo debitus: ſed iſte olim magis in vſu, nũc ille.

34 AD 3. argumentũ reſpondetur ſenſum illius loci eſſe, adeſſe iam tẽpus, quandò Deus neque in monte Samaritanorum, neque in templo Hieroſolymitano adorandus veniret externo illo, & Moſayco ritu, quò hactenus cultus, & adoratus fuerat; ſed vbique terrarum colendus interno cultu fidei, ſpei & charitatis, necnõ amoris, ac timoris. Non quidem quaſi deinceps omnis externus cultus Dei obolendus foret: ſed quia potiſsimum inſtituendus erat internus cultus per potiſsimas prærogatiuas gratiæ, legi nouæ correſpondentes. Etenim ſicuti in lege veteri non omnis cultus Dei erat externus, nam etiam fide & ſpe, necnon & charitatis amore, ac timore collebatur Deus; ita in lege noua non omnis cultus Dei interior eſt, ſed aliquis exterior, vt patet, vel in ipſo Chriſto, qui humi iacens orauit ad patrem in horto: *a Et eleuatis manibus ferebatur in cælum:* 35.

35. Multa externi cultus exẽpla.

& in Petro, & in Ioanne, qui adhuc poſt acceptum Spiritum Sanctum: *b Aſcenderunt in templum Hieroſolymitanum, vt orarent ad horam orationis nonam*; cuius orationis tam temporis quam loci circumſtantia aperte refert cultum externum: patet etiam in Stephano, qui poſitis genibus pro lapidatoribus orauit: cum tamen antea pro ſeipſo non niſi ſtans orauerit: iuxta quæ notarunt Petrus Damianus ſanctus Maximus, c & Bernardus noſter d expendentes, quod Stephanus plus dolebat perſequentium peccata, quàm ſua propria vulnera: patet etiam in martyribus primitiuæ Eccleſiæ, qui in agone poſiti manibus in crucis formam expanſis orationes fundebant. Hoc geſtu corporis referentes ſe non tantum internos, ſed etiam externos Dei cultores eſſe: vt de ſãcta Agnete ſcribit Ambroſius, e & de ſanctis Fructuoſo Epiſcopo Tarraconenſi Augurio, & Eulogio Diaconis retulſit Prudentius dum cecinit. f

*Non auſa eſt cobibere pœna palmas.*
*In morem Crucis ad Patrem leuandas*
*Soluit Brachia, quæ Deum precentur.*

Etiam ipſi nouiores hæretici externum Dei cultum profitentur.

36 Etſimilia de quodã Chriſtiano adoleſcẽte beſtijs obiecto narrat Euſebius. g Quare nõ ſolũ Eccleſia Catholica, ſed vel ipſi etiã hæretici recẽtiores, qui negant viſibilitatem Eccleſiæ, exteriori cultui, erga res diuinas, dant operam, dum publicè in templis ſuis, vel potius ſynagogis Pſalmos, Euangelia, & alia ex Biblijs ſacris decantant, aut ſolemniter recitant.

Externus cultus Dei in animalium mactatione ceſſabit.

37 Senſus ergo elogij propoſiti eſt, non quidem appropinquaſſe tempus, in quo Deus colendus foret interiori dumtaxat cultu, ita vt exteriorem abhorreret; ſed in quo colendus veniret, non quidẽ externo illo, & carnali cultu, quo animalium victimis, carnalibuſq; ſacrificijs olim colebatur, in quibus nihil ſpiritus inerat præter ſignificationem, & allegoriam ad ſpiritales victimas noui teſtamenti, ſed ipſiſmet hoſtijs ſpiritu diuino plenis, quas corporales illæ victimæ ſignificabant. In quibus licet non ſit purè ſpiritus, potiſsimũ tamen illorum ſpiritus eſt: vt patet tam in ſacrificio altaris, quam etiam in contrito atque humiliato corde, necnon in orationibus ad Deum ſolemniter fuſis, in quibus eleuatur mens erga Deum, & conuerſationem cum illo: maxi-

a *Marc. 14.*
b *Actor. 3.*
c *In ſermone de ſancto Steph.*
d *Ser. de Innocẽtibus.*
e *Lib. 1. de Virginibus. Et lib. de paſsione ſanctæ Agnetis.*
f *Prudentius Hym. 6.*
g *Lib. 8. Hyſt. Eccleſiaſ. cap. 7.*

maxime dum mens noſtra concordat voci noſtræ, & non tantum labijs laudamus Deum, ſed etiam corde diligimus, & ex abundantia noſtri cordis loquitur os: ac denique in ipſis ieiuniorum, atque eleemoſynarum actionibus, & operibus, quæ clàculum fieri monemur, ita vt ſiniſtra noſtra neſciat, quid faciat dextera noſtra; quia potiſsimum illorum ſacrificiorum in ſpiritu conſiſtit, non autem in proſpectu.

Adoratio in ſpiritu, eſt ſpiritus oblatio, à ſpirituali homine.

38 Quare (vt ſatis doctè notarunt Cyrillus, *h* & Euthymius) *i* dum dixit Dominus patrem ſuum adorandum iam fore in ſpiritu, & veritate, nomine ſpiritus ſubintellexit victimas ſpiritu plenas, quas carnales illæ hoſtiæ deſignauerant, & nomine veritatis ſubintellexit ſacrificia, quorum vmbræ præceſſerant in teſtamento veteri. Propter quod Diuus Petrus K appellauit victimas noui teſtamenti ſpiritales hoſtias, id eſt, ſpiritu refertas. Quo etiam iure homo contemplationi deditus, vocatur ſæpiſsime à Paulo, homo ſpiritualis, id eſt, homo ſpiritu actus, & plenus, & ideò cum tam templum Hieroſolymitanum, quàm mons Samaritanorum nomine Garicin, deputarentur olim pro victimis corporalibus inumbrantibus victimas iſtas ſpiritales & veras: conſequens eſt, vt ceſſantibus huiuſmodi ſacrificijs corporeis, ceſſaret etiam locorum ſacrificij deſignatio.

h *Lib.2.in Ioan. cap.93.*
i *Sup.Ioann.4.*
K *1.Petri 2.numero 5.*

# CAPVT SEXTVM.

## Reſpondetur 4.& reliquis argumentis 1.capitis.

Mõs Siõ idẽ apud Paulum, quod Eccleſia triũphans.

39 AD 4. argumentum reſpondetur, fere omnium Sanctorum Patrũ ſententiam eſſe, quod Paulus nomine montis Sion non intellexerit Eccleſiam militantem, ſed triumphantem: & videtur id poſſe colligi, ex eo quod contextus Pauli, ita inquit: *a Acceſiſtis ad montem Sion ciuitatem Dei viuentis, Hieruſalem cæleſtem, & multorum Angelorum frequentiam.* Conſtat autem, quod tam cæleſtis Hieruſalem, quam Angelorum frequentia referunt cæleſtem patriam, ad quam fideles accedunt ſecundum rem, non ſecundum ſpem. Quod autem Eccleſia triumphans inuiſibilis ſit, nihil ad rem.

a *Chriſoſt. Theophilac. Anſelmus, & D.Thom. ſup.ad Hebr.12.*

Mons Sion iure etiã ſignificat Eccleſiam militãtẽ.

40 Sed eſto nomine mõtis Siõ intelligatur Eccleſia militans, vt vult Ribera, propter teſtimonia in argumento citata, quibus ſubiungere poſſumus, quod in contextu referuntur multa, quæ ſolum militanti Eccleſiæ conuenire poſſunt; dicitur enim: *Acceſſiſtis ad Eccleſiam primitiuorum conſcriptam in cælis,* (id eſt, ad congregationem ſanctorum primitiuæ Eccleſiæ:) *Ad iudicem Deum* (iudicium autem Eccleſiam militantem reſpicit:) *Et teſtamenti noui mediatorem Ieſum.* Is etiam militantis Eccleſiæ caput eſt. Eſto igitur intelligatur de Eccleſia militante, adhuc nihil contra nos, quia licet opponat viſibilitatem ſynagogæ cũ inuiſibilitate Eccleſiæ, id non facit, quia Eccleſia ſit omnino inuiſibilis, ſed quia potiſsimum eius, vtique ſpiritus fidei, gratię, & charitatis inuiſibilis eſt ſecundum ſe, & ſubſtantiam ſuam, licet in effectibus ſuis viſibilis ſæpè appareat, iuxta quæ ſuperius dixi de anima rationali, & naturali lege.

Quo iure dicatur Eccleſia domus ſpiritalis.

41 Ad 5. argumentum reſpondetur ſimiliter, tantum enim probant, quod Chriſtiani tenentur fieri intrinſecus templa Spiritus Sancti, per hoc autem non tollitur, quin exteriora illorum cum interioribus conſonent. Sed eſto nomine domus ſpiritalis ſubintellexiſſet Petrus Eccleſiã militantem, adhuc ſalua res eſt, quia ſicut corpus, quod reſurgit, vocatur à Paulo: *Corpus ſpiritale,* inquiens, *ſeminatur corpus animale, ſurgit corpus ſpiritale*; vtpote, quia induit qualitates & dotes formæ ſpiritalis. Ita Eccleſia viſibilis poteſt hoc modo dici domus ſpiritalis.

Cur dicimus,

42 Ad ſextum reſpondetur, quod vtrumque commode dici poſſet, ſcilicet, Credo, & video ſanctã Eccleſiã, vtpote, quod in illa eſt aliquid inuiſibile, ſcilicet

licet interior fides ſecundum ſe, ſanctitas, & iuſtitia & aliquid viſibile, nimirum congregatio habentium, & profitentium ſenſibilibus nutibus huiuſmodi dona interna. Vnde ſicut dixit Chriſtus Thomæ: *b Vidiſti, & credidiſti*, ita nobis dici poſſet, quòd videmus, & credimus Eccleſiam: quia tamen fidei ſymbolum non continet viſa, ſed credita, ideo in eo non debuit dici video ſanctam Eccleſiam, ſed Credo.

b *Ioann. 20.*

Credo ſãctam Eccleſiã, & non potius video, cũ ſit viſibilis.

43 Ad 7. reſpondetur, Eccleſiam non cõſtitui adæquatè ſola interna fide, ſed fide interna extrinſecus explicata, iuxta ſuperius dicta. Quare neque conſtitutiuum Eccleſiæ eſt ſimpliciter non viſibile, neque ipſa Eccleſia eſt non viſibilis, ſed potius viſibilis, non ſecus atque rationalis homo eſt viſibilis, quia licet conſtituatur per formã immaterialem, qualis eſt rationalis anima, non tamen cõſtituitur quatenus hæc forma preciſe, & vndique immaterialis eſt, ſed quatenus formaliter, vel eminenter, vel aliquomodo ſenſibilis, & corporea eſt ſaltem in ſuis effectibus. Vnde ſicut dignoſcitur homo ſenſibiliter, ita etiã & Eccleſia. Ex quo illud Eſaiæ: *c Omnes qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen cui benedixit, Dominus.* Ibi enim ſermonem habebat Propheta de Eccleſiæ Catholicæ ſtatu pro tẽpore Chriſti, vt vel ipſe Chriſtus *d* apperuit. Vnde licèt in particularibus perſonis non poſsit omnimoda certitudine dignoſci, eſſe membra Eccleſiæ: tamen in toto corpore eius omnino infallibiliter cognoſcitur: quia impoſsibile eſt tot hominum cœtus, per tot ſæcula protractos, ſimulare fidem, & obedientiam Eccleſiæ, & ſe ſe per omnia ſubijcere illi, niſi idipſum corde haberent, & omnino ex animo facerent.

*Sup. Dub. 13. cap. 2. concl. 2.*

c *Eſaiæ 61.*

d *Lucæ 4.*

Eccleſiæ conſtitutiuũ ſimul eſt viſibile, & inuiſibile per partes.

44 Ad 8. reſpondetur cum Caſtro, *e* Quod Chriſtus tàm ante gloriam reſurrectionis, quàm poſt illam viſibilis apparuit. Ex quo illud Baruch: *f Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.* Et illud Iſaiæ: *g Vidimus eum, & non erat aſpectus.* Et denique illud actorum: *h Quibus, & præbuit ſe ipſũ viuum poſt paſsionem ſuam in multis argumentis.* Vnde opus fuit teneri diſcipulorum oculos, ne illum agnoſcerent: iuxta quæ Lucas notabit: *i* adeò enim viſibilis poſt reſurrectionem apparuit. Ex quo ſequitur, quod etiam caput Eccleſiæ eſt viſibile ſecundum ſe. Quod vero de facto non poſsit videri à nobis, inuiſibilitatem non arguit contra Eccleſiam: nam etiam Principes dum abſunt à ſuis Regnis, videri non poſſunt intra illa, quæ tamen non propterea inuiſibilia reduntur, maximè ſi Vicarios relinquunt, vt reliquit Chriſtus Summum Pontificem.

e *1. de Hæreſ. cap. 6.*
f *Baruch. 3.*
g *Iſaiæ. 53.*
h *Actor. 1.*
i *Lucæ 24.*

Quomodo ſit Eccleſia viſibilis, cum tamen caput eius Chriſtus viderinõ poſsit.

## DVBIVM DECIMVM SEPTIMVM.

### *Vtrùm Eccleſia cœperit aliquo ſignabili tempore: & quodnam fuerit illud?*

## *SVMMARIVM.*

1 *Videtur Eccleſiam cœpiſſe à conditione Angelorum.*
2 *Eſt ſententia, quod Eccleſia cœperit à Primis Parentibus.*
3 *Eſt ſententia, quod Eccleſia cœperit ab Abel.*
4 *Abel fuit primus, de quo ſcriptura, qui externis nutibus Deum coluit*
5 *Eccleſiæ Virginitatem inumbrauit Abel.*
6 *Abel fuit primus martyr.*
7 *In Abel facta eſt diſcretio bonorum, & malorum.*
8 *Eſt ſententia, quod à pœnitentia primorum parentum cœpit Eccleſia.*
9 *Vnde colligunt patres pœnitentiam primorum parentum.*
10 *Eccleſia quodammodo cœpit à conditione Angelorum.*
11 *Quando cœpit Eccleſia viſibilis.*

12 *Pri-*

Digitized by Google

12 *Primi parentes externos Dei adhibuerunt cultus.*
13 *A primis parentibus accepimus Hymnos Dei dicere.*
14 *Quomodo ſi primi parentes peccato corruerunt cæpit ab illis Eccleſia, quæ à gratia non poteſt cadere.*
15 *An primi parentes in fide lapſi fuerint.*
16 *Quando cæpit Eccleſia in primis parentibus.*
17 *Encomium pœnitentiæ.*
18 *Eccleſia ſemper cæpit à gratia.*
19 *Adamus in ſtatu innocentiæ habuit fidem incarnationis Chriſti, iuxta plures patres.*
20 *Non eſt vndequaque certum in ſtatu innocentiæ fuiſſe fidem Chriſti.*
21 *Non ſtat Chriſtum venturum non fuiſſe peccato nō exiſtente, & tamē gratiam præcedentem peccatum collatam fuiſſe Adamo propter merita Chriſti.*
22 *Etiamſi in ſtatu innocentiæ fuerit notitia Chriſti, at non fides mediatoris, aut capitis.*
23 *Mors Chriſti fuit conſummatio, & complementum meritorum eius.*
24 *Quid cenſuit D. Thom. de fide Chriſti pro innocentiæ ſtatu.*
25 *Oſtenditur, quod Adamus innocentiæ gratiam non accepit ex fide Chriſti.*
26 *Argumentum contra tertiam concluſionem.*
27 4. *Reſp. arg. primos parentes exhibuiſſe Deo externas victimas.*
28 *Adam docuit filios ſuos offerre primitias Deo.*
29 3. *Obijcitur contra tertiam concluſionem.*
30 *Quomodo Eccleſia, quæ ab initio mūdi eſt dicatur fundata ſupra Petrum.*
31 *Arg.* 4. *contra tertiam concluſionem.*
32 *Aliud eſt incipere Eccleſiam in duobus, aliud autē ſtare.*
33 *Eccleſia Chriſti, vt ſic cæpit in Abel.*
34 *Eccleſia Chriſti conſtat ex partibus diſsimilaribus.*
35 *Encomia Abelis.*
36 *Reſpondetur argumento* 1. *cap. pro* 1. *ſententia.*
37 *Reſpondetur argumento* 2. *ſententiæ* 1. *capitis.*
38 *Reſpondetur argumentis tertiæ ſententiæ.*
39 *Chriſtianus ſanguis velut Chriſtianitatis ſemen.*
40 *Qualiter Eccleſia cæperit in Abel.*

EXplicata viſibilitate Eccleſiæ tanquam completiuo ſui cōſtitutiui formalis, iuxta ſuperius dicta, ſequitur, vt proxime agamus de origine illius, vt ſic per immediata procedamus, & ordine conuenienti diſcutiamus ſingula.

*Sup. Dub.* 13. *cap.* 2. *concluſ.* 2. *& Dub.* 15. *cap.* 6. *ad* 7.

## CAPVT PRIMVM.

### Referuntur variæ ſententiæ de re iſta.

Videtur Eccleſiā cœpiſſe à cōditione Angelorum.

1 TAmquā Auguſtini, *a* & D. Bernardi, *b* ſententiam videtur Turrecremata *c* referre, quod Eccleſia cœperit à cōditione Angelorum: quoniam vterque aſſeuerat congregationem hominum adiunctam fuiſſe congregationi Angelorum, quæ viguit in cœlis vigetque. Vnde cum huiuſmodi additio ſit in ratione Eccleſiæ, conſequens eſt, vt ratio Eccleſiæ præfuerit in Angelis, ac præceſſerit.

*a Lib.* 11. *de Ciuit. cap.* 1. *& lib.* 15. *cap.* 1.
*b Ser.* 27. *in Cāt.*
*c Lib.* 1. *ſummæ de Eccleſ. cap.* 2.

Et poteſt hæc ſententia fulciri ex eo, quod congregatio Angelorum pro

Pri-

*Sup. Dub. 14. cap. 2.*

primo inſtanti conditionis ſuæ fuit vera congregatio fidelium Catholicam fidem profitentium. At Eccleſia Catholica nihil aliud eſt quàm congregatio fidelium, vt patet ex dictis. Ergo ſignum eſt, quòd à conditione Angelorum cœpit Eccleſia.

Eſt ſententia, quòd Eccleſia cæperit à primis parentibus.

*Sup. Dub. 15. cap. 2.*

Verùm tamen quia in præſenti ſermo non habetur de qualicumq; Eccleſia, ſed de viſibili, vt patet ex dubio præcedenti; conſequens eſt, vt initium eius deſumptum non fuerit à conditione Angelorum; in quibus Eccleſia viſibilis non eſt.

*d Lib. 1. cap. 1. e Lib. 4. de viſib. Monarch. cap. 3. f Geneſis 2. g Ad Ephe. 5.*

Eſt ſententia, quòd Eccleſia cæperit ab Abel.

2 Secunda ſententia aſſerit, cœpiſſe Eccleſiam hanc viſibilem à primis Parentibus, prout in primo innocétiæ ſtatu. Ita Albertus Pighius, *d* & Sãderus: *e* Fundamentum eſt, quia tunc temporis primi Parentes habuerunt veram fidem Dei & Chriſti: vt patet ex illis verbis: *f Hoc nũc os, ex oſſibus meis, & caro de carne mea*: quod dum interpretatur Paulus, ita inquit: *g Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*, quaſi diceret: dum primus parens in hæc verba ſe dedit, magnum ſignificauit Sacramentum, videlicet Eccleſiã deſumendam, & extrahendam ex latere Chriſti, vt ex ipſius Adami latere cũctorum mater Eua deſumpta erat. Sed habentes fidem Dei, & Chriſti ſunt vere membra Chriſti: ergo, & Eccleſiæ & proinde Eccleſiæ viſibilis.

Abel fuit primus, de quo ſcriptura, quòd ex ternis nutibus Deũ coluit.

*h Vbi ſup. i Vbi ſup. K De Ciuit. lib. 1. cap. 1. & in Pſal. 43.*

3 Tertia ſẽtẽtia eſt, quòd hæc Eccleſia viſibilis cœperit à iuſto Abel, ita Alph. de Caſtro, *h* & Turrecrementa, *i* qui etiam pro ſe adducit Auguſtinum ſemel, & iterum aſſerentem, quòd ſicut primus qui ædificauit in terra ciuitatẽ terrenã, & diabolicam, vtique regnum diaboli, fuit Cain, ita qui primus ædificauit ciuitatem cœleſtem, vtique Regnum Dei, fuit Abel.

Eccleſiæ virginitatem inumbrauit Abel.

*l 2. Corint. 11.*

4 Probatque eam ſequentibus argumentis. In primis Eccleſia viſibilis non poteſt inſtitui ſine aliquo ſigno viſibili, per quod fides interior videatur, & manifeſtetur. Sed primus, qui fidem internam exteriori ſigno manifeſtauit fuit Abel: non enim in ſacra pagina aliud antiquius ſacrificium legitur. Igitur ab Abel, & ſacrificio eius cœpit Eccleſia.

Abel fuit primus martyr.

*m In ſerm. ad martyres. n De bono mortis cap. 12. & 2. de pœnitentiã c. 12. o Hom 7. ad pop. p Lib. 6. reg. Epiſtol. 34. q Cap. Duo. de conſ. d. 1. Anſelmus lib. 1. cur Deus homo, c. 16. Orig. ſup. ad Rom. 5. r Sap. 10. nu. 5. ſ Lib. 3. cap. 34. t In Pſal. 119. & Can. 8. in Matth. v In Pſal. 98. & c. 20. in Matth. x Oratione in Ciprian. y Oratione de exhortatione ad Baptiſmum. z O a. i e de Cruce. a Vbi ſup. b Vbi ſup.*

5 Deinde primus omnium Abel geſſit Eccleſiæ typum quãtum ad virginitatis integritatem, & innocentiæ decorem, in quibus maximè Eccleſiæ ſanctimonia reſplendet: fuit enim Abel virgo ſimul, & innocens. Igitur ab illo initium ſumpſit Eccleſia: De qua dixit Paulus. *l Deſpondi vos vni viro* (id eſt, Chriſto capiti) *Virginem caſtam exhibere Chriſto.*

In Abel facta eſt diſcretio bonorũ, & malorum.

6 Tertio Abel fuit primus martyr, qui propter iuſtitiam, ac Dei honorem occubuit. Sed Eccleſia dicitur fundata in ſanguine martyrũ, iuxta illud Cypriani: *m Martyres fortiſſimi robur corporis noſtri.* Igitur ab Abel ſumpſit exordium Eccleſia.

7 Quarto, Abel fuit primus in quo facta eſt diſcretio, & ſeparatio Eccleſiæ iuſtorum ab Eccleſia malignantium, eo quod fuit primus à quo Cain diſceſſit, & ſegregauit ſe. Sed initium Eccleſiæ Catholicæ eſt ab initio ſeparationis ab Eccleſia malignantium: ergo.

Eſt ſẽtentia, quòd à pœnitentia primorum parentũ cœpit Eccleſia.

8 Quarta ſententia eſt aliquorum recentiorum aſſerentium Eccleſiam cœpiſſe in Adam, & Eua poſtquam de peccato ſuo ſalutarem pœnitentiam egerunt. Fundamentũ illorum eſt. Tũ quia re vera pœnituerunt, iuxta quæ Ambroſ. *n* Chriſoſt. *o* Greg. Mag. *p* & Leo. IX. *q.* Anſelmus, & alij affirmant. Tum quia hæc pœnitentia verè fuit illis proficua, ac ſalutaris, vt Orig. & alij quàm plurimi colligunt ex illo ſapientiæ elogio. *r Hæc* (videlicet ſapientia) *illum, qui primus creatus eſt cuſtodiuit, & eduxit à peccato ſuo.* Vnde ſancti Patres nimirum Irenæus *ſ* Hilarius *t* Hier. *v* Nacianz. *x* Baſilius, *y* & Athanaſ. *z* pro conſtanti aſſerunt primos parentes de peccato ſuo veniam conſequutos fuiſſe. Tum denique quoniam hæc pœnitentia præceſsit natiuitatem filiorũ primorum parentum. Siquidem Ambroſius *a* colligit illam, ex eo quod Adã ad vocem Domini abſcondit ſe: & ex eo quòd illico poſt violationem præcepti expulſus eſt à Paradyſo veſtitus tunica pellicea, & non ſerica: Chriſoſtomus *b* etiam colligit pœnitentiam illorum, ex illa Dei admonitione, & interrogatione

9 Vnde colligũt patres pœnitentiam primorũ parentum.

rógatione Adam vbi es? Et ex amore in tali interrogatione oſtenſo; & alij colligunt, ex eo quòd cùm Deus ſerpenti maledictionem immiſerit: ipſos tamẽ primos parentes maledictione ferire noluit. Ergo cùm extra Eccleſiam nulli poſsit peccatorum ſuorum contingere ſalus, magis quàm extra arcam Noe immunitas contra aquas diluuij, conſequens, eſt tunc temporis parentes noſtros primos ſalutem conſequutos ad Eccleſiam pertinuiſſe, & proinde initiũ Eccleſiæ tribuiſſe: ſiquidem antea non præceſſerat.

# CAPVT SECVNDVM.

## Dubij reſolutio notabilibus, & concluſionibus.

PRO Solutione huius difficultatis notandum eſt: aliud eſſe loqui de Eccleſia ſimpliciter dicta: aliud verò de tali Eccleſia, vel de Eccleſia ſecundum aliquam peculiarem rationem, vtique quatenus viſibilis eſt. Item aliud eſſe loqui de Eccleſia viſibili prout ſic: aliud verò de eccleſia Chriſti viſibili prout ſic. His poſitis reſpondetur dubio per concluſiones ſequentes.

### *Prima Concluſio.*

*Eccleſia quodammodo cœpit à conditione Angelorũ.*

10 ECcleſia ſimpliciter dicta cœpit à creatione Angelorum. Hæc concluſio patet ex prima ſententia capitis præcedentis. Et etiam ex eo quòd Angeli non ſolùm creati ſunt in gratia & charitate, ſed etiam ſub eiſdem ſpiritalibus legibus obligati ad eoſdem ſupernaturales actus, & denique deſtinati ad vnum ſublimiorem finem. Sed hoc eſt fieri Eccleſia ſimpliciter dicta: quia hoc eſt fieri reſpublica vocatorum, & congregatorum ad finem ſupernaturalem per formam intrinſecam vnientem actu ſingula membra talis congregationis cum ipſo capite Deo. Ergo.

### *Secunda Concluſio.*

*Quando cœpit Eccleſia viſibilis.*

11 ECcleſia viſibilis, vt ſic, cœpit à primis parentibus in ſtatu innocentiæ. Hæc concluſio eſt de mente ſecundæ ſententiæ, & præter duos auctores ibi citatos, vtique Albertum Pighium, & Sanderum, tuentur illam quàm plurimi viri docti, videlicet Driedo, *a* Oſius, *b* Michael de Medina, *c* Simanças, *d* & alij & colligi poteſt ex Epiphanio, *e* & etiam ex Irenæo, *f* ac Nicephoro. *g* Fundamentum efficaciſsimum huius concluſionis eſt, quòd tunc temporis cœpit omnino viſibilis congregatio fidelium, vtique congregatio primorum noſtrorum parentum habentium, & profitentium veram fidem, charitatem, ac ſpem. Sed Eccleſia viſibilis, vt ſic, nihil aliud eſt, quàm viſibilis cõgregatio fidelium. Ergo.

*Primi parentes externos Deo adhibuerũt cultus*

12 Huic argumento occurrunt aliqui, *h* dicendo primos parentes in illo ſtatu nullo ſenſibili ſigno manifeſtaſſe ſuam internam fidem: quod tamen requiſitum eſſe ad veram rationem Eccleſiæ plus ſatis ſæpè diximus. Sed immeritò hoc illis negatur. Cùm enim acceperunt à Deo præceptum non comedendi de ligno vetito, non dubium eſt quin illi capita ſubmitterent, ſiquidem non reclamarunt, ſed potius ſe ipſos dederunt ordinationi diuinæ. At hoc omnino fuit profiteri cognitionem Dei, & palam illi obſequium exhibere. Ergo etiam exteriori ſigno fidẽ ſuã proteſtati ſunt. Vide infrà nu. 26. 27. 28.

*A primis parẽtibus accepimus hymnos Deo dicere.*

13 Accedit quòd, vt Irenæus *i* aſſerit, à primoplaſti traditione deriuatũ eſt fabricatorem cœli, & terræ hymnizari, hoc eſt, hymnis celebrari, & coli. Si ergo alios docuit monuitq; id facere, cõſequens, vt prius ipſe fecerit, & maximè quãdo magis Deo adhærebat, maioreq; cũ illo amicitiã cõtraxerat, nimirũ in

*a Lib. 4. de Eccleſ. dogm. ca. 4.*
b *In cõf. cap. 2...*
c *De fide, ca. 1...*
d *In inſtitut. cap. 34.*
e *Opuſc. de Eccleſia poſt hæreſ. 8...* *Epiſt. ad Achaiũ*
f *Lib. 4. cap. 42*
g *Lib. 1. cap. 5.*
h *Albertus, & Sanderus vbi ſup.*
i *Lib. 2. cap. 9.*



Digitized by Google

in ſtatu innocentiæ. Vnde cum ſacrificium laudis ſenſibile ſimul, ac ſolemne ſacrificium ſit, iuxta illud Pſalm. 49. *Sacrificium laudis honorificabit me*; conſequens eſt, quòd primi parentes publicè profeſſi fuerint fidem diuinam in ſtatu innocentiæ: nam quòd religioſe præſtabat maritus, conſequenter vxor illi obſequens præſtare debebat, maximè in cultum Dei, quem ipſa tota mente venerabatur, vtpote iuſtitia originali prædita.

14 Alij, de quorum numero eſt Turrecremata, K obijciunt, quòd primi parentes exciderunt ab illo ſtatu, & gratiæ donum amiſerunt; cum tamen Eccleſia Dei à gratia numquam poſsit excidere, cùm ſit Deo dilecta, & ſanctitate ſuffulta. Quomodo ſi primi parentes peccato corruerunt, cœpit ab illis Eccleſia, quę à gratia nô poteſt cadere.

Verùm tamen licèt hoc telum magnificetur ſatis à ſuis obiectoribus, lethale nihilominus vulnus non infligit: quia de cõſtitutiuo Eccleſiæ prout ſic nõ eſt ſanctitas, aut gratia iuſtificans; ſed potius vera fides corde concepta, & ſenſibiliter explicata: vt iam ſæpè monuimus, & oſtendimus. Quare quòd exciderint à ſanctitate primi parentes, non arguit quòd exciderint à conſtitutiuo Eccleſiæ, ſed tantùm à perfectiuo Eccleſiæ ſic conſtitutæ: vtrùm autem pro omni ſtatu debeat pollere Eccleſia ſanctitatis dono, videbitur infra Dubio 20. *Sup. Dub. 13. capit. 2.*

15 Tertiò, obijciunt alij adhuc fortius, & durius, quòd primi parentes non ſolum exciderunt à gratia, ſed etiam à fide dum præceptũ domini ſunt tranſgreſsi: quod aſſumptum connantur multorum ſanctorum Patrum authoritate fulciri. Vnde cum amiſſa fide amittatur conſtitutiuum Eccleſiæ, conſequẽs eſt, quòd ſi Eccleſia cœpiſſet à primis parentibus pro tẽpore innocentiæ ſuæ, iam interrupta fuiſſet, vtique quando peccarunt ipſi primi parentes: at contra rationem Eccleſiæ eſt quælibet interruptio. Ergo ſignum eſt, quòd Eccleſia tunc temporis non cœperit. Sed quia de re iſta ſermo ineundus eſt dubio ſequenti, cap. 3. ideò ad illum locum reijcere placuit huiuſmodi (me Hercle ſtrictiſsimi) ſolutionem. Ibi enim rem iſtam ex profeſſo verſabimus. An primi parentes à fide lapſi fuerunt.

## Tertia Concluſio.

16 Eccleſia Chriſti viſibilis cœpit à primis parentibus, cùm primùm habuerũt reuelationem, & fidem myſterij Incarnationis, & aduentus ipſius Chriſti, & de ſuo peccato ſalutarem pœnitentiam egerunt. Quãdo cœpit Eccleſia in primis parentibus.

Hæc concluſio eſt iuxta mentem 4. ſententiæ, & poteſt facilè probari, ex eo quòd Eccleſia viſibilis Chriſti non potuit incipere ante fidem Chriſti. At in ſententia D. Thomæ l (cui ego libenter ſubſcripſi tanquã de mente ſanctorũ Patrum) Adamus non habuit in ſtatu innocentiæ fidem Chriſti venturi, eo quòd Chriſtus nullo modo veniret, ſi Adamus in illo ſtatu perſeueraſſet. Ergo in ſtatu innocentiæ non potuit eſſe, aut incipere Eccleſia Chriſti prout ſic. At dum huiuſmodi fides cœpit vigere in Adamo collata eſt illi propter Chriſti merita, & intuitu Chriſti. Ergo tunc cœpit Eccleſia Chriſti. Et cum tantæ Eccleſiæ initium non poſſet æque, & bene fieri ſine infuſione gratiæ, conſequens eſt, vt cum primũ Adamus habuit fidẽ Chriſti, & ſalutarem pœnitentiã egit, Eccleſia Chriſti initium ſumpſerit. Vnde encomium hoc Eccleſiam cõmẽdare poſſet, quia tunc omnino cœpit cum primùm pœnitentiæ opera data eſt. Quare & Ioannes exordium prædicationis ſuæ à pœnitentia deſumpſit. Vt enim inquit Matthæus, m & etiam Lucas n Baptiſta cœpit prædicare pœnitentiam, quoniam appropinquabat iam Regnum cœlorum. *l 3. p. q. 1. art. 3.* 17 Encomiũ pœnitentiæ.

*m Matth. 3. numero 1.*
*n Lucæ 3. numero 3.*

18 Sanè, ſi neq; Eccleſia inuiſibilis Angelorum in cœlis, nec viſibilis hominũ innocentũ in Paradiſo abſq; gratia iuſtificante cœpit (tàm enim Angeli, quàm homines in gratia creati ſunt) conſequens eſt, vt Eccleſia viſibilis Chriſti (qui totius gratiæ fons eſt) ſine gratia iuſtificante non cœperit. Et proinde, quòd priuſquàm Adamus accepit fidem Chriſti, pœnitentiã ageret; quoniam citra illã non poterat cõtingere ei ita in peccato exiſtenti interna iuſ- Eccleſia ſemper cœpit à gratia.

Digitized by Google

iuſtificatio. Robur igitur huius probationis conſiſtit in hoc, quôd fides Chriſti venturi eſt formaliter conſtitutiua Eccleſiæ Chriſti viſibilis, & quòd talis fides non contigit de facto primis parentibus niſi poſtquam grauiter peccarunt. Tunc autem ſimul cum fide Chriſti mediatoris acceperunt efficacia auxilia, quibus de facto pœnituerunt, & virtute meritorum Chriſti acceperunt, tàm fidem Chriſti venturi, quàm reliqua dona gratiæ ad reſurrectionem, & reconciliationem conducibilia: quare tum primum Eccleſia Chriſti viſibilis cœpit.

Adamus in ſtatu innocentiæ habuit fidẽ Incarnationis Chriſti, iuxta plures patres.

19 Sed contra concluſionẽ, & probationem iſtam inſtat argumentũ deductum ex D. Thoma *o* aſſerente, quòd Adamus in ſtatu innocentiæ habuit reuelationem myſterij Incarnationis: & non ſolum reuelationem; ſed etiam fidem explicitã de myſterio iſto: imò, & ſancti Patres idipſum teſtati ſunt. Etenim Leo Magnus *p* Hieronymus *q* Aug. *r* Bernardus *ſ* D. Proſp. *t* Tertullianus, *v* & Epiphanius, *x* expreſſe conſtituunt, quòd Adamus in ſtatu innocentiæ habuit fidem Incarnationis Chriſti, & proinde reuelationem illius: & eam ſibi conijciunt ex illis verbis Adami, *Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea.* Quæ commendat Paulus tanquam myſterium magnum in Chriſto, & in Eccleſia. Quinimò, & ex Doctoribus Scholaſticis non ſolùm illi, qui tenent contra Diuum Thomam Chriſtum venturum fore, etiamſi Adamus nõ peccaſſet; ſed etiam multi illorum, qui cum Diuo Thoma ſentiunt Incarnationem Chriſti futuram non eſſe niſi exiſtente peccato. Multi igitur ex his aſſerunt, quòd Adamus in ſtatu innocentiæ habuit fidem Chriſti venturi, & quòd virtute meritorum Chriſti collata fuere Adamo omnia dona gratiæ, per quæ primò iuſtificatus eſt: vt videre licet apud Gabrielem Vazquez, *y* & etiam apud Cabreram *z* vnde cum fides Chriſti venturi, & maximè fides formata, ſit conſtitutiuum formale Eccleſiæ Chriſti viſibilis, cõſequens eſt quôd tam ex ſententia D. Thomæ, & ſanctorum Patrum, quàm ex mente Thomiſtarum adhærentium veſtigijs D. Thomæ, Eccleſia viſibilis Chriſti cœperit à primis parentibus in ſtatu innocentiæ, non autem in natura lapſa, & ſimul cum pœnitentia.

Non eſt vndequaq; certũ in ſtatu innocentiæ fuiſſe fidẽ Chriſti.

Non ſtat Chriſtũ venturũ non fuiſ- peccato non exiſtente: & tamẽ gratiam præcedentẽ peccatũ collatam fuiſſe Adamo propter merita Chriſti.

20 Reſpondetur nihilominus, quôd licèt probabiliter defendi poſsit Eccleſiã viſibilem Chriſti cœpiſſe in ſtatu innocẽtiæ, ſicut probabiliter defenditur, quòd Chriſtus veniret etiam Adamo non peccante, & quòd gratia collata Adamo etiam in ſtatu innocentiæ fuit propter merita Chriſti, de quibus plurima, & optima (vti aſſolet) Franciſcus Suarez; *a* tamen quia longe ſemper probabiliorem duxi ſententiam aſſerentem Incarnationem Chriſti numquam futuram Adami peccato non exiſtente, eo quòd Scripturæ ſacræ nullũ aliud motiuum Incarnationis Dominicæ aſsignant præter redemptionem generis humani: ideò longè etiam probabiliorem exiſtimo ſententiam illorũ qui nobiſcum aſſerunt Eccleſiam viſibilem Chriſti cœpiſſe cum Adami pœnitẽtia.

21 Neq; audiendi ſunt, qui tenentes cũ D. Thoma, Incarnationẽ Chriſti non futuram ſi Adamus non peccaſſet, adhuc volũt, quòd ante peccatum Adami acceperint parentes primi iuſtificationis gratiam propter Chriſti merita. Implicatoriũ enim apparet, quòd adæquatũ decretũ aduẽtus Chriſti omnino ſuppoſuerit lapſum Adami, & proinde omnimodã gratiã Adami à qua lapſus eſt; & quòd adhuc ipſa prima gratia ſuppoſuerit & Chriſtũ & eius merita, ob quorũ intuitum collata eſſet illi prima iſta gratia. Sed quia de his pleniùs diſputaui in ſuo loco, ideo non placet ampliùs in eius expugnationem immorari.

Etiãſi in ſtatu innocentiæ fuerit notitia Chriſti, at non fides mediatoris, aut capitis.

22 Neq; obſtant teſtimonia inducta ex parte D. Thomæ, & ſanctorum: quoniam ex illis ad ſummum conuincitur primos parentes noſtros verè aſſequutos fuiſſe cognitionem Incarnationis Dominicæ pro ſtatu innocentiæ: & proinde habuiſſe fidem Chriſti obiectiuè conſiderati, ſicuti habebant fidem de alijs ſibi diuinitùs reuelatis, non autem ſequitur quòd habuerunt fidem Chriſti tanquam ſui capitis, id eſt, fidem infuſam illis propter Chriſti merita: quia quandiu non intelligitur Chriſtus cum meritorum cumulo reſ-

o 3. p. q. 1. art. 3. ad 5. D. Thom. 2. 2. q. 2. art. 7.
p Epiſt. 23. ad Clerũ Conſtantin.
q Sup. ad Ephеſ. 5.
r Lib. 9. de Gen. ad literam, c. 19.
ſ Ser. 6. in vig. Natiuit.
t Lib. de Anima, cap. 11. & 121. & lib. contra Marc. cap. 5.
v Lib. de Promiſ. p. 1. cap. 1.
x Hæreſ. 48.
y 3. p. diſp. 12. c. 1.
z 3. p. q. 1. ar. 3. diſp. 1. 9. 4. & 24
a 1. to. 3. p. diſp. 5. ſect. 2.
3. p. q. 1. art. 3. Dub. 1.

pectu generis humani, ſimiliter nec poteſt intelligi tamquam caput morale influens dona gratiæ in ſua membra, imò neque habens rationem capitis, cui poſsit corpus aliquod adaptari. Quòd autem tunc non intelligeretur Chriſtus cum iſto cumulo meritorum, ſaltem liquet ex eo quòd in nullius ſententia in-telligeretur pro tunc moriturus: quòd ſi non intelligebatur moriturus, conſequens eſt, quòd nec fide diuina pro tunc reuelaretur moriturus, & ex conſequenti neque exercens rationem capitis erga fideles Dei: quoniam 23 Chriſtus merito mortis ſuæ exercet talem rationem: adeò vt omnia merita eius quaſi ſuſpenſa conſiderentur vſque ad mortis punctum, quando reliqua completa ſunt, ita vt *Vna oblatione* (quod inquit Paulus b) *ſuũ ſacrificium conſũmauerit*: ſicuti vſque ad vltimam orationis dictionem, tota antecedens prolatio non habet rationem orationis, ſed tantùm viæ ad orationem, & fieri illius. Hoc autem ita ordinatum eſt, quia cùm aduentus Chriſti omnino deſtinatus fuiſſet in finem redemptionis, opportuit omnia merita illius eſſe redemptionis opera: redemptio autem morte & paſsione ipſa conſummanda erat. Quare nihil hactenus alicui hominum datùm eſt propter merita Chriſti, quod non fuerit datum illi merito mortis eius, & titulo redemptionis illius.

b *Hebr. 10. 14.*

Mors Chriſti fuit conſumatio, & cõplementum meritorũ eius.

24 Inde eſt, quòd D. Thom. in 1 ex teſtimonijs obiectis non dixit Adamum habuiſſe in ſtatu innocentiæ reuelationem meritorũ, aut mortis Chriſti; ſed tantum myſterij Incarnationis: neque in 2. dixit, quòd habuit fidem Chriſti capitis, ſeu fidem collatam ſibi propter merita Chriſti, aut ex influxu Chriſti, ſed tantum, quòd habuit fidem de Chriſti Incarnatione. Ex quo ſequitur, quòd iuxta mentem D. Thomæ Adamus non accepit innocentiæ gratiam ex influxu Chriſti, & proinde, quòd in illo ſtatu non fuit membrum Chriſti, atq; adeòneq; initiũ corporis, aut Eccleſiæ viſibilis Chriſti. Et idem dicendũ eſt de mente ſanctorum Patrum, quos citauimus cum D. Thoma.

Quid ſenſerit D. Tho. de fide Chriſti pro innocẽtiæ ſtatu.

25 Sanè, ex quo ipſi aſſerunt Adamo factam fuiſſe reuelationem Incarnationis Dominicæ, quando ſopor ille irruit in eum, conſequenter aſſerunt, iuſtificationem ſuam præceſsiſſe tempore reuelationem iſtam: quoniã Adamus, ex quo creatus eſt, iuſtificationem obtinuit; ſopor autem multo poſt creationem illius irruit in eum. Quòd ſi antecedenter ad fidem Chriſti iuſtificatus eſt, conſequẽs omnino fit, quòd iuſtificatio nõ contigerit ei propter merita Chriſti: atq; fides Chriſti interceſſerit pro tali iuſtificatione. Vnde cũ Eccleſia viſibilis in tantũ poſsit eſſe Eccleſia Chriſti in quantũ accepit ab eo, vt à proprio capite influxum fidei, & reliquorũ donorũ, quibus vnimur cũ eo, conſequens eſt, vt ſi talis influxus non contigit pro omni innocentiæ ſtatu, ſed tantum pro ſtatu ſalutaris pœnitentiæ primorum Parentum, quòd tunc cœperit Eccleſia viſibilis Chriſti, & non antea.

Oſtẽditur, quòd Adamus innocentiæ gratiã non accepit ex fide Chriſti.

26 Aliud etiam argumentum obijci poteſt contra tertiam iſtam concluſionem aſsignatam deductum ex eo, quòd non conſtat Adamum in illo pœnitentiæ tempore aliquibus ſenſibilibus ſacrificijs dediſſe operam: cùm tamen omnis ſenſibilis religio debeat habere aliqua ſacrificia ſenſibilia.

Arg. cõtra tertiã cõcluſionem.

27 Cõtra nihilominus eſt, quòd ſaltẽ parentes primi in illo ſtatu obtulerũt ſacrificia ſenſibilia neceſſariò offerenda in expiationem peccati originalis filiorum ſuorum Cain, & Abel. Vt enim docet D. Thom. c ſemper neceſſarium fuit vti aliquo ſigno ſenſibili ad delendum peccatum originale, & ita ipſe D. Thom. d aſſerit, quòd Adamus verè obtulit ſacrificium, licèt Scriptura non faciat mentionem illius, ne in eo in quo notabatur origo peccati, ſimul etiã ſanctificationis origo ſignificaretur, vide ſup. num. 12.

c 3. p. q. 61. a. 3

d Idẽ 2. 2. q. 85. à 1. ad 2.

Reſp. arg. primos parẽtes exhibuiſſe Deo externas victimas.

28 Præterquam, quòd vt habet Auguſt. e Euſeb. f Cæſarienſis, & Mag. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Petrus Comeſtor g Adam docuit filios ſuos offerre primitias & decimas Deo; & quidem ſi primitiæ; & decimæ de iure naturæ ſunt ad profitendum ſupremum Dei in res omnes dominium; & imperium, & ad alia ſimilia, quæ Diuus Thomas docuit: neceſſum eſt quòd

e *Lib. 15. de Ciuit. cap. 1.*

f *Initio de præparatione Euangelica.*

g *In Hiſtoria Eccleſiaſtica.*

h *Vbi ſup. q. 87. à 4.*

Adam docuit filios ſuos offerre primitias Deo.

Digitized by Google

quòd tàm primi parentes, quàm etiam poſteri illorum offerrent Deo huiuſmodi hoſtias, quia dum erant in amicitia Dei non poterant non ſeruare iura naturæ.

Tertiò obijcitur contra 3. cōcluſionē.

29 Aliud 3. argumentū occurrit cōtra 3. iſtā concluſionē, deſumptum ex eo quòd Chriſtus Dñs ſupra Petrū Apoſtolū fundauit Eccleſiā ſuam, iuxta illud Matthæi: i *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiā meā.* Ex hoc enim ſequi videtur, quòd multo poſt pœnitentiam primorum parentum cœperit Eccleſia Chriſti.

i *Matth. 16.*

Quomodò Eccleſia, quæ ab initio mūdi eſt, dicatur ſupra Petrum.

30 Reſpōdetur tamē morē Scripturæ eſſe, vt quādo res notabiliter augetur, & perficitur, dicatur de nouo fieri, aut produci: patet hoc ex illo Apocalypſis K vbi dicitur de ſedente in throno, quòd facit omnia noua, & quòd poſt iudicij diem erit cœlum nouum, & terra noua; vtiq; quia omnia ſplendorem, & decorem nouum acceptura ſunt; & ad hunc modum dicitur Eccleſia Chriſti ſuprà Petrum fundari: quoniam maximis Sacramentorum ornamentis alijſq; gratiæ donis illuſtranda erat, & quaſi de nouo inſtruenda.

k *Apoc. 21. nu. 1. & 5.*

Arg. 4. cōtra tertiam cōcluſionē.

31 Quartū argumentū ad idem occurrit, ex eo quòd Eccleſia eſt cōgregatio, ſed in duobus non ſaluatur nec ſaluari poteſt congregatio. Ergo neq; in primis parentibus Eccleſia: probatur minor, ex eo quòd numerus dualis, licèt ſingularis non ſit, ſed apud Latinos inter plurales numeretur, non tamen eſt congregationis numerus, quia congregatio diffinitur per hoc, quòd ſit plurium vnio. Vnde cū duorum vnio non ſit pluriū, conſequens eſt, quòd nec ſit congregatio, & proinde neq; Eccleſia. Sanè Eccleſiam in duobus non poſſe cōſiſtere ex profeſſo probat Abulenſis, l & notat Corduaua, m & congregationis diffinitio apertè confirmat.

l *In 1. prologo ſuper Euangelium, q. 3.*

Aliud eſt incipere Eccleſia in duobus, aliud autē ſtare.

32 Sed reſpondetur concluſione iſta non haberi, quòd Eccleſia in primis parentibus ſteterit, ſed tantū quòd in illis cœperit; incipit enim aliqua congregatio quando incipit diuerſorū vnio, licèt non cōpleatur in ratione congregationis vſq; dum ſit pluriū vnio. Quòd autē hoc ita fuerit patet, ex eo quòd mortuo Abel non perijt omnino Eccleſia. Ergo permanſit aliquomodo. Sed non niſi in primis parentibus; nam Cain negans prouidentiam Dei à fide excidit. Ergo in ipſis potuit eſſe initiatiuè, licèt non completiuè Eccleſia. Conſequentia iſta patet, ex eo quòd mors Abel nihil contulit primis parentibus vt haberent rationem Eccleſiæ continuatiuè.

## *Quarta concluſio.*

Eccleſia Chriſti cœpit in Abel.

Eccleſia Chriſti, vt ſic cœpit in Abel.

33 Hæc concluſio eſt de mente authorū 3. ſententiæ, cap. 1. relatæ, & maximè Auguſt. a varijs in locis atq; etiā de mente noſtri Gregor. Magni. b Et probatur in primis, ex eo quòd vna ex potiſſimis Eccleſiæ perfectionibus eſt ſpectata virtus, probata ſanctitas, & grata apud Deum ſacrificiorum ſuorum oblatio. Sed hæc omnia primo reſplenduerunt in Abel, qui non ſolùm fuit innocens, iuſtus, & ſanctus, ſed ſpectata adeò ſanctitas illius erat, vt Cain frater eius inuidia, & liuore actus propter ſanctitudinem fratris, eū internectione deleret, vt præter ſcripturas ſacras perpendit D. Hieronymus, d qui etiā conſiderauit, quòd accepta à Deo eius narrantur munera. Ergo quantum ad hæc Eccleſia cœpit in Abel.

a *Tom. 2. Epiſt. 142. & 118. & tom. 10. ſer. 217. de tempore.*
b *Hom. 19. in Euangelia.*
c *Gen. 4.*
d *Tom. 9. Epiſt. ad Solitariam in exilium miſſam.*

Eccleſia Chriſti conſtat, ex partibus diſſimilaribus.

34 Deinde Eccleſia (vt dictū eſt ex mēte Pauli) eſt corpus ſimillimū corpori humano, vtiq; corpus non quidem omogeneum, cuius partes ſunt omnino eiuſdem rationis, ſed potius eterogeneum, cuius partes ſunt diuerſæ rationis, ita vt quædam illarum ſint pedes, quædam crura, quædam oculi, quædam verò nares, quædam denique lingua: propter hoc enim Eccleſia dicitur: e *Caſtrorum acies ordinata, magna domus prudenter inſtructa, & munita, & f Nauis in medio mari.* Et Apoſtolus ipſe dixit, quòd in Eccleſia Chriſti Spiritus g *Dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam Euāgeliſtas, quoſdā Prophetas quoſdā*

e *Cant. 4.*
f *1. ad Timot. 2.*
g *Ad Epheſ. 4.*



Digitized by Google

*h Lib. de Mirabilibus mundi.*

paſtores, & Doctores. Sed (vt Auguſt. *h* inquit) in Abel inũbrati fueretres potiſſimi Eccleſiæ ſtatus, videlicet Prælatorũ, martyrũ, & virginũ: eoquòd Abel his omnibus Encomijs eluxit, fuit enim paſtor ouiũ, martyr, & virgo. Ergo Eccleſia cœpit ab eo quãtũ ad aliquas ex potiſsimis perfectionibus ſuis.

*i Tom. 3. ſer. 1. de Martyribus.* — Encomia Abelis.

35 His conſonat illud Chriſoſtomi: *i Abel fuit victima, & Sacerdos, paſtor, & ouis, holocauſtum, & antiſtes*, vtpote, quòd Abel diuerſorum Eccleſiæ ſtatuum geſſit typum: & maximè ipſius Eccleſiæ, quæ tanquam nauis in medio mari ſemper iactatur fluctibus, & manibus fratrum ſuorum duriſsimos incurſus patitur, vt à Cain perpeſus eſt Abel: propter quod Eccleſiæ nomine decantatum eſt: *K Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea*, vtpote quòd ab adoleſcente Abel iugulum paſſa eſt, & ſemper à falſis fratribus duriſsimas patitur infeſtationes.

*K Pſalm. 128. verſ. 1.*

# CAPVT TERTIVM.

## Reſpondetur argumentis 1. capitis.

Reſp. arg. 1. cap. pro 1. ſententia.

36 HIS Ita conſtitutis facile erit ſoluere argumentorum nodos. Ille enim quo prima ſententia nexa eſt tantum militat pro prima cõcluſione, non autem contra reliquas, quia tantum probat de Eccleſia inuiſibili.

Reſp. arg 2. ſententiæ 1. capitis.

37 Ille autem, quo ſecunda ſufficientem habet ſolutionem, ex ſupradictis pro expeditione prioris ſolutionis contra concluſionem capitis præcedẽtis. Præterquam, quòd adhuc ſub iudicè penes aliquos eſt, an dum Adamus protulit illa verba myſteriũ Incarnationis cognouerit; quia licèt verba eius magnum ſacramentum continuerint, vt dixit Paulus, *a* non continuò ſequitur, quòd qui protulit illa mente, tantum ſacramentum perceperit, ſed tantum ſequitur, quòd verba illa prout dictata à Deo illud retulerint ſacramentum, non autem prout prolata ab Adamo. Ad eum modũ, quo Pontifex Cayphas nomine pronuntiabit quidem ſententiam myſterijs refertiſsimam dicendo: *b Expedit, vt vnus homo moriatur pro plebe, ne tota gens pereat*, cum tamen ille nihil tantorum ſacramentorum, mente attigerit, ſed potius ignorauerit.

*a Ad Epheſ. 5*

*b Ioannis 11.*

*Reſp. 1. arg. 3. ſententiæ.* *Reſp. 2. arg. 3. ſententiæ.* *Reſp. 2. arg. 3. ſententiæ.* — Repſ. arg 3. ſẽtentiæ.

38 Ille etiam primus nodus, tertiæ ſententiæ ſolutus manet ex dictis in reſponſione ad ſecundam obiectionem contra tertiam concluſioné capitis præcedentis. Similiter ſecundus ex dictis in probatione ſecunda quartæ concluſionis eiuſdem capitis. Tertius autem ſoluetur conſiderando, quòd in tantum Eccleſia dici poteſt fundata in ſanguine martyrum, in quantum Abel occiſus propter ſanctitudinis ſuæ conſtantiam, & excellentiam dedit Eccleſiæ initiũ
39 quantum ad ea, quæ retulimus in concluſione quarta, vel in quantum primi illi Euangelij prædicatores prædicationem ſuam ſuo ſanguine obſignarunt: quia omnes illi vitam in agonibus peregerunt, ſuumq; ſanguinem tanquam religionis Chriſtianæ, Chriſtianũ ſemen vbertim diſſeminarunt, vt ſic Chriſtiana religio vbiq; terrarũ erumperet, & in omni loco germinaret. Vel, quia exordio naſcentis Eccleſiæ Apoſtolicæ, per martyrij meritum multi Regna Cœlorum intrabant. Quod præfiguratũ eſſe voluit Hieronymus *c* in illo aſcenſu purpureo ferculi Salomonis quia: *Ad clarum* (ait Hier.) *quòd intus aſpicitur, per tribulationem ſanguinis peruenitur.* Hoc autem non contradicit ſecundæ, aut tertiæ concluſioni capitis præcedentis.

Chriſtianus ſãguis velut Chriſtianitatis ſemẽ.

*c Super Ezech. cap. 15.*

*Reſp. 4. arg. 3. ſententiæ.* — Qualiter Eccleſia cœperit in Abel.

40 Quartus nodus eiuſdẽ tertiæ ſẽtẽtiæ tantũ adducit nos, vt fateamur, quòd eo modo, quo cœpit Eccleſia cõſtitui in Abel, ita cœperit diſtingui in illo, vnde quia non ſimpliciter, ſed ſecũdũ quid cœpit conſtitui in illo, ita etiam ſecundũ quid cœpit diſtingui in eo. Et adhuc hæc diſtinctio fuit per modũ actus primi: nam per modum actus ſecundi non cœpit vſq; dum fuerit aliud membrum Eccleſiæ malignantis, quæ cœpit in fratre Cain. Et ad hunc modum intelligedus eſt Auguſt. in ibi citatus.

Reſp. arg. 4. ſẽtentiæ.

Nodus quartæ ſententiæ tantum habet præmere, ac preſſe munire noſtram concluſionem tertiam.



Digitized by Google

# DVBIVM DECIMVMOCTAVVM.

## *Vtrùm Eccleſia viſibilis poſtquam ſemel cœpit, ſemper ſine intermiſſione ſteterit.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Stabilitas eſt propria Eccleſiæ.*

2 *Arg. 1. quod Eccleſia defecerit in primis parentibus.*

3 Arg. *quod defecerit temporibus legis naturæ.*

4 Arg. 3. *quod* Eccleſia *defecerit temporibus legis ſcriptæ.*

5 Arg. 4 *ad idem.*

6 *Arg. 5. quod* Eccleſia *defecerit initio legis gratiæ.*

7 *Arg. 6. quod* Eccleſia *defecerit ſæpe intermedijs temporibus legis gratiæ.*

8 Arg. 7. *quod* Eccleſia *deficiet ad finem mundi, vtique temporibus Antichriſti.*

9 Arg. *ratione* Eccleſiam *aliquando defectioni ſubeſſe.*

10 *Oſtenditur ex ſacris literis* Eccleſiam *non poſſe deficere.*

11 Eccleſiæ *coniugium cum* Deo *indiſſolubile.*

12 *Oſtenditur ex ſanctis* Patribus, Eccleſiam *non poſſe deficere.*

13 *Ratione oſtenditur* Eccleſiam *non poſſe deficere.*

14 *Arg peccatum primum primorum parentum fuiſſe infidelitatem.*

15 *Primum primorum parentum peccatum non fuit infidelitas, ſed ſuperbia.*

16 Arg. *ex patribus, quod primi parẽtes à fide peccando exciderint.*

17 Oſtenditur *ex Paulo, & Patribus* Adamum *à fide non excidiſſe.*

18 Idem *oſtenditur ex* D Thom.

19 *Reſponditur elogijs patrũ in contrarium inductis.*

20 *Variæ expoſitiones illius verbi* Pauli, Adamus *non fuit ſeductus.*

21 Refelluntur *expoſitiones prædictæ nu. 20.*

22 Eua *non amiſſit fidem.*

23 Eua *nõ percaluit ſensũ verborũ Dei.*

24 *Eua exiſtimauit, quod* Adamus *non planè aſſequebatur ſenſum verbi* Dei.

25 Ex *lectione Hebraica corroborantur dicta.*

26 Eua *præsũpſit docere verũ ſenſum.*

27 *Eua cur peccando non incurrit infidelitatem.*

28 *Quid intelligant patres per infidelitatem, quam primis parentibus tribuunt.*

29 P*eccata habẽt quandam infidelitatis ſpeciem.*

30 *Multorum eſt ſententia, quòd primi parentes infidelitatis nota non ſe fœdarint.*

31 *Serpens non ſuggeſsit primis parentibus infidelitatem propriè dictam.*

32 *Fides eſt primum via generationis, & vltimum via corruptionis.*

33 *Quot annos durabit ſtatus legis naturæ, & vnde ſciatur.*

34 *Seth dictus* Deus, *quia diuinum cultum edocuit.*

35 Cur *dicatur de* Enos, *quòd cœpit inuocare nomen* Domini.

36 *Henoch, & Adam aliquando coæui.*

37 Duo *narrantur Lamech, alter pius, alter impius.*

38 *Noe reparator humani generis.*

39 *Melchiſedech idem, quòd Sen, iuxta aliques.*

40 *Noe, & Habran aliquando coæui.*

41 Ioſeph *Patriarcha, quando in Ægypto moritur.*

42 *Reſolutio diſcuſſus.*

43 *Sex ætates recenſentur mundi.*

44 *Quot annos durauit quarta mundi ætas, & vnde id conſtet.*

45 *Quot annos durauit quarta mundi*



Digitized by Google

*ætas, & vnde id conſtet.*
45 *Quot anni fluxerunt a quinta mũdi ætate, vſque ad Chriſtum.*
47 *Quot anni fluxerunt à diruto Templo Salomonis ad Chriſtum.*
48 *Non defuit Eccleſia tempore Babylonicæ captiuitatis.*
49 *Nõ oẽs Hebræi idolo vituli ſacrificarũt.*
50 *Quomodo exponenda elogia aſſerentia omnes Hebræos idolis inſeruiſſe.*
51 *Ex Hieremia conuincitur non omnes Hebræos in fide defeciſſe.*
52 *Et ſi defeciſſẽt in fide Hebræi omnes, non propterea tẽpore illo Eccleſia defeciſſet.*
53 *Hæreticorum ſententia, Eccleſiam aliquando interituram.*
54 *Fides Catholica eſt Eccleſiæ duratio ſine intermiſſione vſq; ad finem mundi.*
55 Ex *ſcripturis habetur* Eccleſiæ *perpetuitas.*
56 Ex *ſanctis Patribus Græcis Eccleſiæ indefectibilitas probatur.*
57 *Eadem perpetuitas ex Latinis patribus.*
58 *Ex Chronologijs, item ex ratione Eccleſiæ indefectibilitas monſtratur.*
59 *Etiam Iſrealitico populo in fide deficiente adhuc* Eccleſia *non defecerit.*
60 *Schiſma non tollit Eccleſiam.*
61 *De quo tempore dixerit Dan. quòd iuge ſacrificium ceſſabit iuxta multorum ſententiam.*
62 *Sententia authoris in hac parte.*
63 *Quid ſit iuge ſacrificium ſecundum aliquos.*
64 *Quomodo ſacrificium Miſſæ tempore Antichriſti ceſſabit.*
65 *De qua fide dicatur, quòd non inuenietur in extremis mundi temporibus.*
66 *Eccleſia ex dono* Dei *habet, quòd ſit indefectibilis.*

VNa ex proprietatibus Eccleſiæ eſt ſtabilitas, ac perpetuitas eius,
1 ita vt duratio illius nuſquam habitura ſit intermiſſionem. Vt tamen id aperte conſtet dubitatione præſenti opus eſt, quæ naturę ordine immediatè ſequitur ad dubitationem præcedentem: quia poſt inceptionem alicuius rei, immediatè ſequitur conſideratio de duratione illius. *Stabilitas eſt propria Eccleſiæ.*

# CAPVT PRIMVM.

## Argumenta partis negatiuæ.

APartè negatiua ſunt aliquot argumenta, quæ magnum multis negotium faceſſunt, omnia tamen illa proponentur per ordinem, qui talis erit, vt ſigillatim diſcurramus per omnia
2 mundi tempora, ac per omnes Eccleſiæ ſtatus. *Arg. 1. quòd Eccleſia defecerit in primis Patribus.*

In primis *a* primi Parentes dum in Paradyſo peccarunt Catholicam fidem amiſſerunt: ſiquidem tunc temporis præbuerunt dictis ſerpentis fidem contra Verbum Domini expreſſum, quòd planè audierunt, & mente perceperunt; maluerunt q; credere diabolo promittẽti ſibi ſimilitudinem Dei, per eſum ligni obtinendam, quàm Deo interminanti eis ineuitabilem mortem, & miſeriam, ex quo tale lignum guſtaſſent. Sed idem eſt Eccleſiam excidere à fide, atque deſinere eſſe. Ergo in ſtatu innocentiæ ſucceſſio eius, & duratio interrupta eſt.

a *Gen. 3.*

3 Deinde in ſacris literis ſolum habemus pro tempore legis naturæ, quòd Abel, Henoch, Abraham, Iſaac, & Iacob, & Ioſeph habuerunt, & retinuerũt fidem diuinam, vt conſtat ex teſtimonio Pauli, *b* ſed inter ſingulos illorum longum tempus effluxit, in quo non conſtat an fides hominum extincta fuerit. Ergo nec conſtabit an Eccleſia ſteterit: ſed potius colligendum erit, quòd non ſteterit: quoniam ſi ſtetiſſet ſacræ literæ id nobis indicaſſent, cum eſſet res tanti momenti, & adeò conducibilis ad illam prærogatiuam, Eccleſiæ. Minor huius argumenti, in qua tota difficultas eſt, probatur ex eo quòd in primis inter Abel, & Henoch multa fluxerunt tempora, de quibus in ſacris literis nulla mentio habetur. Etenim Henoch (quem immediate poſt Abel recenſet Paulus *c* tamquam fide conſpicuum) non fuit filius Cain, *d* ſed fuit filius *Arg. 2. quòd defecerit tempori bus legis naturæ.*

b *Paulus Hebr. 11.*
c *Ibid.*
d *Gen. 4.*

filius Iared, vt patet ex Lucæ e inter Abel autem, & Iaphet longum interuallum recenſetur. Item ab Henoch ad Noe fuit magna temporis ſucceſsio. Et rurſum à Noe vſque ad Abraham fluxerunt (iuxta ſupputationem Ioſephi, & aliorum) anni 372. vel ſaltem ſecundum Abulenſem 292. e Luc. 3. ver. 37.

Arg. 3. quòd Eccleſia defecerit temporibus legis ſcriptæ.

4 Tertio, tempore Moyſi, & Aaron (quod fuit tempus legis ſcriptæ) vniuerſus populus Dei adorauit vitulum aureum, iuxta quæ habentur in exodo. Ergo omnes amiſerunt fidē. Sed tūc tēporis Eccleſia viſibilis nō aderat præter quā in populo Dei. Ergo ſaltē tunc temporis legis ſcriptæ Eccleſia non ſtetit. Exod. 32. 4. 8.

5 Quartò (& hoc eſt quaſi confirmatio præcedentis) in Prophetis, & Pſalmis ſæpè conqueritur Deus, quòd ſuus populus omnino à fide defecerit. Ergo ſignum eſt, quòd Eccleſia defuerit ſaltem tempore legis ſcriptæ.

Arg. 4. ad idem.

Antecedens probatur primo ex illo Pſalmi: f *Defecit ſanctus: diminutæ ſunt veritates à filijs hominum*, vbi Hebræa habent: *Finitæ ſunt veritates*, vtique illæ, quæ muniūt ad ſanctitatis viam, quales ſunt veritates fidei. Deinde ex illo Eſaiæ: g *Ve genti peccatrici, populo graui iniquitate, à planta pedis, vſque ad verticem capitis non eſt in eo ſanctitas*. Tertiò, ex illo Hieremiæ: h *Circuite vias, & conſiderate, an inueniatis virum facientem iuſtitiam, & quærentem fidem*. Quartò, ex illo eiuſdem: i *Perijt fides: ablata eſt de ore eorum*. Quintò, ex illo Ezech. K *Domus Iſrael nolunt audire te, quia nolunt audire me, omnis quippe domus Iſrael attrita fronte eſt, & duro corde*. Inſtatu, ergo legis ſcriptæ non ſemel Eccleſia à fide corruit, & proinde defecit. f Pſal. 11. g Eſaiæ 1. h Hieremiæ 3. i Hieremiæ. 7. K Ezech. 2. nu. 7.

Arg. 5. quòd Eccleſia defecerit initio legis gratiæ.

6 Quintò, initio naſcentis Eccleſiæ iuxta gratiæ ſtatum, & nouam legem Apoſtoli omnes ceciderunt à fide, ita vt in ſola virgine vera fides permanſerit: iuxta quæ probabiliter aſſerta reliquimus. Ergo etiam probabile eſt, quòd Eccleſia in lege gratiæ aliquando corruerit, & defecerit. Siquidē probabile eſt, quòd fideles illius fecerunt naufragium fidei. Sup. Dub. 14. c. 4.

Arg. 6. quòd Eccleſia defecerit ſæpè in intermedijs temporibus legis gratiæ.

7 Poſt aduentum Chriſti ſæpè ſchiſmata in Eccleſia viguerunt, plurimis Pontificibus inſurgentibus, & pertinaciter ad inuicem contendentibus, ſeorſim ſibi deberi Eccleſiæ Principatū. Sed nō eſt Eccleſia Chriſti, niſi tantū, illa quæ vno cōſtat capite. Ergo in tantorū capitū litigio nō erat Eccleſia Chriſti.

Arg. 7. quòd Eccleſia deficiet ad finē mūdi, vtiq; temporibus Antichriſti.

8 Septimò, circa tempus Antichriſti deficiet Eccleſia: iuxta illud Danielis: l *Deficiet hoſtia, & ſacrificium, & erit in templo abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio*. Et iuxta illud Chriſti Domini: m *Filius hominis veniens putaſne inueniet fidem ſuper terram?* Id eſt, in aduentu ſecūdo filij Dei iam fides eius apud homines iacturam perpeſſa erit. Ergo ſaltem aliquando, vtique ad finem legis gratiæ Eccleſia deficiet. l Daniel 9. num. 7. m Lucæ 18.

Arg. ratione Eccleſiam aliquando defectioni ſubeſſe.

9 Deniq; Eccleſia Chriſti ſecundum ſe, & ſuapte natura defectibilis eſt, igitur poterit deficere, & per conſequens perpetuitas non eſt priuilegium eius, aut etiam proprietas. Antecedens probatur tàm ex eo, quòd Auguſt. n tàm de mente Catholicorum contra Donatiſtas retullit, quàm etiam ex eo, quòd cùm Eccleſia ſit viſibilis, conſtans, hominibus defectibilibus, & mortalibus, non poteſt non eſſe defectibilis, & mortalis. n In breuiario collatio tertiæ diei, c. 4.

His, & ſimilibus argumentis contendunt hæretici recentiores expugnare inconcuſā Catholicæ Eccleſiæ ſtabilitatē. Sed mentita eſt iniquitas illis, vt ex dicendis cōſtabit.

## CAPVT SECVNDVM.

### Probatur, vt omnino certa pars affirmatiua.

Oſtenditur ex ſacris literis Eccleſiam non poſſe deficere.

Nihilominus citra controuerſiam eſſe debet pars affirmatiua: tàm propter ſcripturas, quàm etiam propter ſanctorum placita, necnon, & rationum pondera.

10 In primis ſacræ literæ clamant immobilitatem Eccleſiæ. Etenim ſcriptū eſt: a *ſtabiliam thronum regni eius, vſque in ſempiternum*. Item: b *Firmabitur ſolium regni eius ſuper Iſrael in æternū*. Item: c *Populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſeculum ſeculi*. Rurſum: d *ſanctificabit tabernaculum ſuum altiſsimus; Deus* a 2. Reg. 7. nu. 13. b 1. Paralip. 22. numer. 10. c Pſalmi. 44. n. 17. d 45. nu. 5.

e 47.num.6.
f 86.num.1.
g 88.num.29.
h 131.num.14.
i Cantic.3.nu.4.
k Iſaiæ 33.n.20

*Deus in medio eius non commouebitur.* Similiter: e *Deus fundabit eam in æternum.* Præterea: f *Fundamenta eius in montibus ſanctis.* Item: g *In æternum ſeruabo illi miſericordiam meam, & teſtamentum meum fidele ipſi. Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius, & thronus eius ſicut dies cœli: & ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum.* Item: h *Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo quoniam elegi eam.* Rurſus: i *Tenui eam nec dimittam.* Et alibi: k *Reſpice Sion ciuitatem ſolemnitatis noſtræ, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in ſempiternum, & omnis funiculus eius non rumpetur.* Quæ omnia, & ſimilia elogia intelligenda ſunt (iuxta ſanctorum Patrum mentem, & iuxta exigentiam literæ) de Eccleſia iſta viſibili, quæ ſtabilis, & immota aſſeritur, tàm contra temporum, quàm etiam contra hominum, & omnium inimicorum eius hoſtiles incurſus: non autem de Hieruſalem materiali, quæ à fundamentis euerſa ſolo æquata multis ab hinc annis cernitur.

11 Deinde ex quo Eccleſia fundata eſt, inter illam, & Deum contractum eſt quoddam ſpiritale coniugium, quòd natura ſua eſt indiſſolubile. Iuxta illud Oſeæ: l *Deſponſabo te mihi in ſempiternũ.* Et iuxta verbũ illud Patris noſtri Adã: m *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & erunt duo in carne vna.* Quòd verbum Paulus n interpretatus eſt de vnione Chriſti cum Eccleſia, cui indiſſolubili vinculo connexa eſt. Eccleſiæ coniugium, cũ Deo indiſſolubile.

l Oſeæ 2.nu.19.
m Gen.1.
n Ad Epheſ. 5.

12 Tertiò, Gregorius, o & alij ſancti explicantes parabolam patris familias: *Qui exijt primo mane*, & fere per omnes horas diei: p *Cõducere operarios in vineam ſuam*, dicunt numquam defuiſſe, neque defuturos eſſe operarios in vinea Domini. Alia ſanctorum Patrum, tâm Græcorum, quàm Latinorum vrgentiora elogia in medium proferre poſſem: ſed reijcienda ſunt vſq; ad diſputationem perpetuitatis Eccleſiæ, iuxta legem nouam, de qua in præſenti, cap.6. Interim tamen audiamus Chriſoſtomum ita dicentem: q *Nihil fortius Eccleſia: ſpes tua ſit cœlo ſublimior, & latior terra. Numquam ſentit ſenectutem, adoleſcit ſemper, ac viget. Quare ſcriptura oſtendens inconcuſſam eius ſtabilitatem montem vocat.* Oſtenditur ex ſanctis Patribus Eccleſiã non poſſe deficere.

o Hom. 19. in Euangelia.
p Math.20.
q Tom. 1. homil. in Eutropium, & in id aſſtitit regina.

13 Denique in omni ſtatu quilibet hominum ſalutem ſibi potuit obtinere. Sed haberi non poteſt, neque vnquã potuit extra veram Eccleſiam incolumitas magis, quàm tempore diluuij extra arcam Noe. Ergo ſemper viguit vera Eccleſia in mundo: itavt interpollationem, aut etiam interruptionem non nouerit. De Eccleſiæ huius permanentia erga ſingulos ſtatus, ſigillatim dicemus in ſolutionibus argumentorum, vbi ad oculum oſtendemus, quòd ſemper, & indefectibiliter Eccleſia permanſerit. Ratione oſtenditur Eccleſiã nõ poſſe deficere.

# CAPVT TERTIVM.

## Reſpondetur 1. Argumento 1. capitis, & oſtenditur qualiter Eccleſia non defecerit in primis Parentibus, & qualiter illi á fide non exciderint.

14 PRimum argumentum 1. capitis (à cuius ſolutione auſpicanda eſt obiectionum ſolutio) ducit nos in illam quæſtionem, an dũ primo Parentes primi peccarunt fidem amiſſerint? In quo recentiores hæretici, vtique Lutherus, & Caluinus à Bellarm. a relati, non ſolum parti affirmatiuæ adhærent, ſed vlterius addunt, quòd primum illorum peccatum fuit infidelitas. Argu. peccatũ primum primorũ Parentũ fuiſſe infidelitatem.

a Tom.3. lib.3. de amiſſione gratiæ, & ſtatu pœnit. ca. 4. & 5.

Tum, quia tentatio ſathanæ id in primis contendebat, vt primi Parẽtes crederent non eſſe verum, quòd Deus illi dictauerat, videlicet morituros, ex quo de ligno guſtaſſent. Quia enim primi parentes Imperio Dei repugnare auſi non fuiſſent, niſi priùs verbo eius extitiſſent increduli, ideò priùs ſathanas tentauit ne crederent Verbo Dei, vt ſic præceptum illius violarent, & de ligno

no comederét, cum igitur tentationi ſuccubuerint, conſequẽs eſt, quòd diabolo crediderint, & proinde, quod verbum Dei tanquam aliquod falſum repudiauerint.

Tùm, quia ratio ſuadet, vt ſicut iuſtitiæ initiũ eſt vera fides, ita iniuſtitiæ initium fuerit infidelitas.

Primũ primorũ parentũ peccatũ non fuit infidelitas, ſed ſuperbia.

15 Nihilominus ſententiam iſtã vniuerſi reijciunt Catholici aſſerentes, quod primum primorum parentum peccatum fuit ſuperbia; iuxta illud Eccleſiaſtici. *b* *Initium omnis peccati ſuperbia.* Conſtat autem ſuperbia longè aliud peccatum eſſe ab infidelitate. Præter quàm, quôd primum primorum parentum peccatum non potuiſſet eſſe infidelitas, vel ex eo conuincitur, quod antecedenter ad amiſsionem iuſtitiæ originalis, non potuit eſſe error in intellectu illorum: vt D. Thomas *c* oſtendit. Cum enim eſſent ſcientia pleni, tam in naturalibus, quàm in ſupernaturalibus, non potuit antecedenter ad huiuſmodi ſcientiæ amiſsionem aliquis error obrepere in mentibus eorum. Maximê quia, vel ille error deberet eſſe aut voluntarius, aut inuoluntarius: ſi voluntarius iam volitio illius eſſet prius peccatum; ſi inuoluntarius iam haberet rationem pœnæ, & proinde præſupponeret culpam. Nõ ergo potuit eſſe error primum primorum parentum peccatum: & proinde neque infidelitas.

Arg. ex Patribus quod primi parẽtes à fide peccãdo excederint.

16 Ex Catholicis autem, aliqui, quorum potiſsimus eſt Bellarm. *d* licêt obnixê contendant primum primorum parentum peccatum infidelitatem non fuiſſe: planè tamen, (tanquam de communi Sanctorum Patrum mente) fatẽtur eos poſt primum peccatum, fuiſſe in infidelitatem prolapſos. Tùm quia ſancti Patres iſthæc loquuntur. Tertullianus. *e* *Quis dubitabit ipſum illud Adæ delictũ hæreſim pronũciare?* Ambroſ. *f* *Agnoſcis te eſſe nudũ* (apoſtrophe, ad Adã) *Quia bona indumenta fidei perdidiſti.* *Auguſt.* *g* *ſacrilegium illic* (id eſt, in peccato Adami) *Quia Deo nõ credidit.* Diuus Proſper. *h* *Credendo Adam diabolo, non credidit Deo.* S. Leo. *i* *Homo primus deceptori infæliciter credidit.* Fulgentius denique. *K* *Primus homo perdidit fidem.* Tùm denique, quia Cyrillus, *l* Chriſoſtomus, *m* Auguſt. *n* D. Thom. *o* Rupertus, & Rabbanus *p* noſtri, & alij de Eua aſſerũt, quod credidit Deum ex *inuidentia prohibuiſſe eis* comedere de ligno ſcientiæ boni, & mali, vtique ne homines virtute illius ligni ad ſimilitudinem Dei peruenirent. *Et tam Græci Patres, nimirum Ignatius, *q* Irenæus, *r* Epiphanius, *s* Chriſoſt. *t* & Cyrillus Alex. *v* quã Latini videlicêt. Hilarius, *x* Ambroſius, *y* Auguſt. *z* Diuus Proſper. *a* Leo primus, *b* & Fulgentius, *c* aſſerunt de Adam, quod inmortalitatis occaſione deceptus fuit à diabolo per mulierem. Igitur ſi Eua præbuit fidem Diaboli dictis, & Adamus cõtra Dei verbũ ſperauit immortalitatem ſibi per eſum ligni affuturam, conſequens eſt vt ambo in fide errauerint, & proinde, quòd Eccleſia initium ab eis deſumens, in eis corruerit, & aliquando defecerit.

Oſtẽditur ex Paulo, & Patribus Adamũ à fide nõ excidiſſe.

17 In contrariûm tamen eſt verbum illud Pauli: *d* *Adam nõ eſt ſeductus in præuaricationem,* id eſt, nõ credidit vera eſſe, quæ propoſuit ſerpens. Ita Lyra Adamus AEcumen. Manuel de Saa, *e* & alij; quibus expreſſê fauet Auguſt. *f* inquiens, *dolo illo ſerpentino, quo mulier ſeducta eſt nullo modo illum* (ſcilicèt Adamũ) *arbitror potuiſſe ſeduci.* Et rurſum ait. *g* Quod propterea Adamus interrogatus à Domino, quare id feciſſet, non reſpondit ſe fuiſſe deceptum, vt reſpondit mulier, *h* ſed quod à muliere accepit, & commedit. Quod etiam ſubnotarũt Theodoretus, & AEcumenius, *i* qui extremus inquit. *Tacite innuit Adã, quod neque audita conſorte lapſus fuerit.* Et rurſum ipſe Auguſt. ſemel, & iterum ita habet: *K* *Sicut Aaron erranti populo ad idolum fabricandum non conſenſit inductus, ſed ceſſit obſtrictus. Nec Salomon credibile eſt errore putaſſe Idolis eſſe ſeruiendum, ſed blanditijs fæmineis ad illa facienda fuiſſe compulſum; ita credendum eſt illum virum,* (ſcilicêt Adam) *ſuæ fœminæ ad Dei legem tranſgrediendam non tanquam vera loquenti crediſſe ſeductũ, ſed ſociali neceſsitudini paruiſſe.* Non ergo Adamus fuit deceptus.

Idem oſtenditur ex D. Th.

18 Suffragatur ſimiliter Diuus Thomas *l* expreſſè aſſerens, quod vir non

credi-

b *Eſaæ* 10.
c 2.2.q.163. à 1. *ſcholaſ. in* 2.*d.*21. & 22.
*D. Tho.* 1.*p.q.*91
d *Vbi ſupr.*
e *Lib.* 2. *contra Marc.*2.
f *Lib.*1.*Epiſt.*33.
g *In Enchy.c.*45.
h *In reſp. ad capit. Genuę.*
i *Ser. de Natiuit. Domin.*
k *Lib. de Incarn. Chriſti.*
l *Lib.*3. *in Ioan. cap.*2.
m *Homil.* 16. *in Gẽneſ.*
n Lib. 2. de Gen. *ad literam contra Manich. cap.* 15.
o 2.2.q.163. à 3.
p *S. Gen.*3.
q *Epiſt. ad Tralianos.*
r *Lib.*3. *cap.*35.
s *Hæreſi* 38.
t *Hom.*9.*ſup. ad Tim.*
v *Lib.*2. *in Ioan. cap.*3.
x *Can.* 3. *in Matthæ.*
y *De Paradiſo, cap.*4.
z *In Pſal.*68.
a *Lib. contra collationẽ, cap.*21.
b *Vbi ſup.*
c *Vbi ſup. lib.* 2. *cap.*22.
d 1. *ad Tim.*2.
e *Sup.*1. *ad Tim.* 2.
f *Tom.* 3. *lib.* 11. *ſup. Gen* 4.
g *Idem ibidem.*
h *Gen.*3.
i *Sup.*1. *ad Tim.*2
k *Vbi ſup. & lib.* 4. *de ciuit. cap.* 1.
l 2.2.q.163.

Digitized by Google

m *Iiā ſup. 1. ad Timot. 2. lect. 3.* credidit verū eſſe, quod ſerpens ſuaſit. Et rurſum ita habet: m *Mulier ſeducta eſt quando credidit, quod ſerpens dixit, ſed vir non credidit hoc.* Si igitur Adā in errorem non fuit inductus, cùm primùm peccauit, conſequens eſt, quòd neque infidelitatem admiſerit: quoniam infidelitas error eſt: & proinde, quod Eccleſia viſibilis quatenus in illo cœpit, interpollationem non ſit perpeſa propter lapſum illius.

19 Neque obſtat, quod ſancti Patres nuper relati affirmant, Adamum ſeductum fuiſſe: quoniam ſeductio, de qua ipſi, lōgè alia eſt à ſeductione, de qua in præſenti Paulus: illa enim eſt omnino practica, vtique ea quæ comitatur omne peccatum; ratione cuius dicitur omnis peccans errans, & ignorās, vt potè quia aſſentitur malo tanquam bono: qui aſſenſus practice erroneus eſt; iſta autem eſt ſeductio ſpeculatiua conſiſtēs in quadam intellectus caligine, & errore: quia per illam aſſentitur intellectus falſo tanquam vero: quod alijs verbis expreſsit D. Thomas dicendo: n *Seductio autem duplex eſt, vna in vniuerſali, & alia in particulari eligibili, quæ eſt ignorantia electionis. Quicunque ergo peccat seducitur ignorantia electionis in particulari eligibili; mulier autem ſeducta ignorantia in vniuerſali, quando ſcilicèt, credidit quod ſerpens dixit; ſed vir non credidit hoc, ſed deceptus fuit in particulari, ſcilicèt, quod gerendus eſſet mos vxori, & cum ea comedere deberet.* Ref. elogijs Patrū in cōtrariū inductis numer. 15.

n *Vbi ſupr.*

20 Scio alios ex aſſertoribus infidelitatis Adam longe aliter conciliare diſſidium ſeductionis inter verba Pauli & Patrum: o dicunt enim, quod quando Paulus dixit Adamum ſeductum non fuiſſe, noluit abſolutè negare Adamum fuiſſe ſeductum, ſed vel non fuiſſe primò ſeductum (quæ interpretatio eſt Epiphanij, p Theodoreti, Aymonis, & D. Thomæ) q nam ante eū mulier fuit ſeducta: vel non fuiſſe ſeductū à diabolo. Ita Chryſoſt. & Ambroſ. & refertur à Gratiano r noſtro, ſed tantùm à muliere quam diabolus deceperat: vel ſeductionem, & deceptionem Adami non conſtare ex ſacris literis magis quàm genealogia Melchiſedech: vel non fuiſſe ſeductum in præuaricationem, id eſt, vt eſſet primus author præuaricationis, ſeu præuaricādi, & inducendi ad peccatum, vt verè mulier induxit virum ſuum. Vel denique non fuiſſe propriè ſeductum, quia mulier, quæ decepit illum non id fecit callidè, & animo fallendi, ſed potius animo ſubleuandi, & magnificandi virum ſuum. Variæ expoſitiones illius verbi Pauli. *Adamus nō fuerit ſeduct⁹.*

o ... *Pereira li. 6. de lapſu hominis, n. 93.*
p *Hæreſ. 38.*
q *Sup. 1. ad Ti. 2.*
r *Diſt. 33. q. 2. c. Adam. & cap. Mulier.*

21 Sed quis nō videt interpretationes iſtas cōſentaneas nō eſſe literæ Apoſtoli? Etenim Apoſtolus ad id tantùm induxit Adamum ſeductum non fuiſſe, ſed tantùm Eua, vt inde conuinceret, quòd homines dumtaxat deputandi eſſent ad magiſteria publica, non autem mulieres: quia mulier deluſa fuit à ſerpente, tanquam minoris ponderis & iudicij, non autem vir. Quod autem momentum haberet probatio iſta, ſi tandem Adamus deceptus emerſiſſet? Imò deceptio illius ignobilior eſſet, vt potè immiſſa à minus callido deceptore. Non ergo Adamus ſeductus fuit, & proinde neque infidelis, & ex conſequenti Eccleſia, quæ in ipſo cœpit, intercepta, aut interrupta non fuit. Refelluntur expoſitiones prædictæ n. 29.

Sed quid dicemus de Eua? de qua affirmat Paulus illam eandem impoſturā & ſeductionem, quam negauit de Adamo: inquit enim, *Adamus non fuit ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricationem fuit.*

22 Reſpondetur verè ſeductam, & deceptam fuiſſe Euam: ſed non propterea infidelitatis inſimulandam, neque infidelitatis crimen ei ingerendum. Vt enim Ambroſ. & Auguſt. notarunt, mulier non audiuit à Domino præceptum abſtinendi de ligno, ſed à viro ſuo illud accepit. *Si Adam* (inquit Ambroſius) s *quod à Domino Deo audiuerat, ſeruare non potuit; quomodò potuit ſeruare mulier, quod audiuit à viro? Si illum diuina vox non confirmauit; quomodò iſtam vox firmaret humana? Præceptum enim* (ait Auguſt.) *à Domino per virum vſque ad fœminam: peccatum autem à diabolo per fœminam vſque ad virum.* Eua nō amiſit fidem. Eua nō percaluit ſenſum verborū Domini.

23 Ex hoc autem euenit, vt mulier non illico aſſequuta fuerit mentem Domini. Quod etiam indicauit Auguſt. v inquiens: *Fortaſſis illa hoc nondum perceperat, quod ſit in agnitione Dei, & viro regente ac diſponente erat perceptura.* Ideſt, non ſolùm

s *De inſtitutione Virgin. cap. 4.*
t *Tom. 3. lib. 11. ſup. Geneſ. ad liter. cap. 34.*
v *Vbi ſup. ca. 42.*

ſolùm mulier accepit à viro præceptũ Domini, ſed expoſitionem illius accipere debeat ab eo, & ipſe vir non ſemel, & illico, ſed paulatim, & per incrementa temporum edocturus erat eam, & expoſiturus ſenſum præcepti fœminæ. Vnde fortaſsis factum eſt, vt cùm ad tentationem acceſsit ſerpens, mulier non percaluiſſet ſententiã Domini, & ſeueritatem præcepti. Et quidẽ, quod mulier totum aſſecuta non fuerit, vel ex eo conuincitur, quod interrogata â ſerpente. x *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de ligno paradiſi?* Reſpondit: *Præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud: ne forte moriamur.* Vnde cùm Deus non cauiſet tangi, ſed guſtari lignum: & ipſa dixit: quòd vtrũ quæ prohibuit: et cum abſolutè, & ſine vlla exceptione Deus interminatus fuiſſet mortem, ex quo de ligno veſcerentur; ipſa rem in ancipiti poſuit, credens Deum noluiſſe illis feriò mortem pro pæna infligere. Hoc autem in illo fælicisſimo ſtatu fieri non potuiſſet, ſi Eua ſat perſpectam habuiſſet ſententiã Domini: aliàs ante tentationem Eua lapſa fuiſſet, & mendacium patentiſsimum protuliſſet, diuinæque ſeueritati detraxiſſet, nimium, quod nullus con cedet. x Geneſ. 3.

Eua exiſtimauit, quòd Adamus non plenè aſſequebatur ſenſum verbi Dei.

24 Imo ipſa Eua nõ tantum plenè non ceperat ſententiam Domini: ſed vlterius exiſtimauit, quòd neque vir ſuus plenè intellexerat illam. Putauit enim ſententiam illam arcani aliquid continere, & intelligendam nõ iri propriè, ſed cum aliquo tropo, & id aſſequendum per eſum ligni. Inde enim eſt illud Auguſtini; y *Arbitror, quòd putauit* (ſcilicèt Eua) *Deũ alicuius ſignificationis cauſa dixiſſe: Si manducaueritis, morte moriemini: atque adeò ſumpſit de fructu eius, & manducauit, & dedit viro ſuo ſecum.* Etiam illud Epiphanij, z ad rem iſtam eſt. *Diabolus per mendacium decepit Euam, alia pro alijs dicens, & amicitiam cum creatore demonſtrans.* Id eſt diabolus nõ decepit Euam aperto Marte ſe opponens ſententiæ Domini, & præcepto eius, ac bellum indicens honeſtati ac veritati decreti; ſed potius tanquam Dei partes ſuſtinens, & verborum eius mentem explicans, vtique credendum non eſſe, vt tã benignus conditor, & creator ſub tãto diſcrimine ſeriò illis prohibuiſſet eſum ligni, cum ſciret ipſe nullam in paradiſo arborem lethiferam eſſe, & maximè illam de cuius eſu pendebat ſcientia boni, & mali. y Vbi ſup. ca. 30. z Hæreſi 38. cõtra Caianos.

Ex lectione Hebraica corroborãtur dicta.

25 Hæc autem interpretatio non ſolùm conſonat dictis Epiphanij, ſed etiã ſacræ paginæ verbis. Etenim vbi nos habemus: *Cur præcepit vobis Deus, ne comederetis de ligno.* Hebræa habẽt vice ly, cur, *Aph. ã chi*, quod ſignificat, *Verè quod, aut etiam quod*: Vnde ſenſus eſt, ita ne verum eſt, quod præcepit vobis Deus ne de ligno comederetis ſub reatu mortis? Quaſi dixiſſet, & addidiſſet, Proh ingentem fallaciã, & ignorantiam: quomodò enim poterat Deus interdicere vt lethiferũ eſum ligni ſaluberrimi, & maximè conducentis ad ſcientiã boni, & mali, in quo maxima cum Deo ſimilitudo conſiſtit? Abſit ergo, vt tantũ abſurdum credatis. Videatur Martinus del Rio, & Bellarm. qui extremus, valdè probabilem reputat interpretationem iſtam ad locum Geneſis.

Eua prę ſumpſit docere virũ ſuũ.

26 Et quidem cùm prohibuit Paulus publicum magiſterium mulieribus, propterea quòd prima mulier fuit ſeducta in præuaricationẽ, nõ obſcurè innuit, quòd Eua tunc temporis decepta aſſumpſit munus docendi virum ſuum, & interpretandi ei præceptum Domini, iuxta interpretationem quam à ſerpente acceperat; quia reputauit illã maximè literalem, & credidit, quod vir ſuus ignorauit illam, & ita voluit eum â tantæ ignorantiæ calumnia vindicare, tãquàm præceptrix eius, & magiſtra, licèt à ſerpẽte edocta. Tam maximè decepta prodijt mulier â facie ſerpentis circa intelligentiam ſententiæ Domini.

Eua cur peccãdo nõ incurrit infidelitatẽ.

27 Dicendum igitur eſt, quod licèt Eua grauiter peccauerit, comedẽdo de ligno vetito; quia prohibitionẽ illius ſatis ſuperque nouerat; non tamẽ propterea infidelitatis notã incurrit. Quia licèt errauerit credẽdo contra præceptum Domini, ſe per talem eſum non morituram, ſed potius cõſequuturã ſimilitudinem Dei quantum ad ſcientiam boni, & mali: iſte tamen error non fuit poſt plenè intimatam ei ſententiam Domini: & conſtat, quòd ante ſuffi-

ciẽtem

Digitized by Google

cientem ſidei promulgationem non contingit infidelitatis delictum. Iuxta quæ tradit D.Thom. *a* & eius expoſitores. Cùm enim Euæ non ſatis fuiſſet intimatum à viro ſuo, quòd illa ſententia Domini diffinitiua eſſet, & non comminatoria, nec plenè ei propoſitum fuiſſet ſententiam Domini non per tropum, ſed in proprietate ſermonis executioni mandandam, vt patet ex ſuprædictis iuxta illud verbum Euæ, *ne forte moriamur*, non tenebatur ſub infidelitatis nota diſſentire oppoſito. Vt nullus fideliũ tenetur ſub infidelitatis diſcrimine repellere errorem, quem habet circa veritatem aliquam, nodũ ſufficienter propoſitam, etſi veritas ipſa aliàs ſit verbũ Dei. Quòd ſi neque Eua infidelis extitit, conſequens eſt, quòd Eccleſia incipiens à primis parentibus in innocentiæ ſtatu non defecerit in peccato illorum, ſiquidem in illis fides non excidit.

*a* 2.2. q.10. à 2.

Quid intelligant patres per infidelitatẽ quã primis parẽtibus tribuunt.

28 Sed quid dicendum ad Patres, qui infidelitatis arguunt primos parentes? Reſpondetur intelligendos eſſe nõ quidem de infidelitate propriè dicta, ſed lato modo ſumpta, & metaphoricè. Etenim ſicut dum illorum aliqui cõſtituunt primos parentes fuiſſe idolatras, & illorum peccatum idololatriam, vt videtur conſtituere D.Auguſt. *b* alij autem, quòd primum peccatum illorum fuit concupiſcentia, (vt Hugo de S.Victore. *c* Scotus, & Bonau. *d* expreſsè aſſerunt) intellendi veniunt non quidẽ de idololatria, auaritia aut cupiditate propriè dictis, ſed lato modo ſumptis, & ſecũdum aliquam ſimilitudinem, ita interpretandi veniunt quando dicunt parentes primos in fidelitatis crimen admiſiſſe. 29 Maximè quoniam in ſacris literis peccata mortalia, quaſi ſub infidelitatis nomine denotantur: iuxta illud Deuteronomij, *e* *Generatio peruerſa, & infideles filij.* Et illud Eſaiæ *f* *Principes tui infideles*, & illud Pauli *g* *Qui ſuorum, maximè domeſticorum curam nõ habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.* Et illud Ioan. *h* *Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non ſeruat, mẽdax eſt.* Ad hũc igitur modum interpretandi veniunt ſancti Patres dum infidelitatis concriminantur parentes primos, non autem quaſi re vera fidẽ amiſerint.

*b* *Lib. quæſtionum veteris, & noui Teſtamenti, q.83.*
*c* *Apud Pereirã ſup. c.3. Gen. verſ. 6. nu.108.*
*d* *In 2. diſt. 22.*
*e* *Deuter. 32.*
*f* *Eſaiæ 1.*
*g* *2. ad Timot. 5.*
*h* *1. Ioan. 2. n. 4.*

Peccata habent quãdam infidelitatis ſpeciem.

Multorũ eſt ſententia, q primi parentes in fidelitatis nota non ſe ſ[...]darint.

30 Et quidem hæc ſententia noſtra non ſolum ſingularis non eſt, ſed vniuerſaliter amplexantur illam, qui ſubſcribunt ſententiæ aſſerenti, quòd etiãſi Adamus non peccaſſet, Chriſtus veniret, & quòd prima gratia collata parentibus primis proceſsit ex meritis Chriſti, & ex fide illius: & quod Eccleſia viſibilis Chriſti tunc primùm cœpit quando primi parentes tanquam membra Chriſti ſupernaturalia dona acceperũt. Et vnus (ne dicam vnicus) ex grauiſſimis aſſertoribus *i* ſententiæ iſtius expreſsè aſſerit improbabile eſſe, & nullo modo veriſimile, quòd primi parentes malè ſenſiſſẽt de Deo, aut fidẽ illius amiſiſſent. Et ſanè conſequenter loquendo ad poſitionem ſuam id tenentur fateri, ni velint dicere, quòd Eccleſia Chriſti poſtquam viſibiliter cœpit per aliquot momenta temporis interrupta fuerit, quod tamen ipſi conſtantiſsimè negant, & penitus negandum eſt.

*i* *Suarez in manuſcrip. codic. quæſt. 2. Quando cœpit Eccleſia, dicto 2.*

Serpẽs non ſuggeſsit primis parẽtibus infidelitatem propriè dictam.

31 Hinc iam planè elicimus cõtra hæreticos ſupra citatos, non ſolũ quòd primum peccatum primorum parentum non fuit infidelitas: ſiquidem nunquam infideles extiterunt, ſed etiam, quod neque diabolus eis tale crimẽ ſuggeſſerit: ſiquidem adorſus eſt illos nõ tanquã emulus ſubuertens decreta Dei, ſed potius tanquam amicus eius bonitatem commendans, benignitatem extollens, & arcana verba eius tanquam fidus amicus explicans: iuxta quæ ſupra de mente Epiphanij vidimus. Sed eſto tentaret tantum facinus in primos parentes, vnde locus quòd voti compos euaſerit? Siquidem ad eſum pomi tantus error non prærequirebatur: ſed ſufficiebat pomi ſpecies, & ſpes conſequẽdi ſimilitudinem Dei, per eſum illius, aut ſaltem non moriendi quantumcunque guſtato tali pomo, vel ſtudioſa voluntas morem gerendi Euæ in prima ſua petitione ad virum.

*Sup. initio huius cap.*

Fides eſt primũ via generationis, & vltimũ via corruptionis.

32 Aliud autem argumentum pro parte hæreticorum propoſitum potius deſtruit ſententiam illorum, quàm aliquo modo adſtruat: quia quod eſt primum

in ædi-

Digitized by Google

in ædificatione alicuius rei,tantum abeſt vt ſit primum in deſtructione illius, quod potius eſt vltimũ,vt patet in fundamento cuiuſcunque machinæ.Quare in ſacris literis non ſolùm non aſſeritur infidelitas tãquam initium iniuſtitiæ,ſed è contra tanquam extremum,& vltimum illius: iuxta illud Pſalmi, K *Exinanite,exinanite vſque ad fundamentum in ea*: & iuxta illud Pauli l *Repellentes bonam conſcientiam,circa fidem naufragauerunt*.Inde eſt, quòd author huius argumenti,vtique Durandus,à quo hæretici non ſolutionem,ſed nodum mutuati ſunt,dum reſpondet huic difficultati,inquit, quòd ex eo, quod fides eſt prima virtus,potius deducendum eſſet,quòd infidelitas eſſet vltimum vitiũ. Abeant igitur hæretici iſti cũ ſua ſentẽtia: noſtra verò in hac parte obtineat illo quidem probabilitatis gradu,quo probabile eſt Eccleſiam viſibilé Chriſti originem ducere à primis parentibus noſtris,in innocentiæ ſtatu.Qui autem oppoſitum exiſtimant,aſſerentes,quòd non incœpit niſi tantùm ab Abel, aut etiam à pœnitentia primorum parentum,non opus habent defendere parentes primos ab infidelitatis nota,& labe.

k *Pſa.136.ver.7*
l *1.Ad Timot.1 nu.19.*

## CAPVT QVARTVM.

### Reſpondetur ſecundo argumento 1. Cap. Et oſtenditur Eccleſiæ duratio toto tempore legis naturæ.

Quot annos durauit ſtatus legis naturæ, & vnde ſciatur.

33 SEcundo argumento fit ſatis,oſtendendo qualiter Eccleſia viguerit toto tempore legis naturæ. Ad hoc autem obſeruandum eſt, quòd,vt ex ſacris literis noſter Genebrardus deprompſit, & ex diſcendis conſtauit,Status legis naturæ durauit 2669 annis:quia tot fluxerunt à mundi productione ad exitum filiorum Iſrael de AEgypto, quo anno menſe ſecũdo data eſt lex Iſraelitis,& cœpit ſtatus legis ſcriptæ.In hoc autem toto annorum curriculo vera fides eluxit non tantùm in vno, vel in altero,ſed in vno ſimul,& in altero,vtique in congregatione,& cœtu. Adam enim 130.annorum natus genuit ſibi ex ſua vxore Eua filiũ Seth: vt habetur

Seth dictus Deus quia diuinum cultum edocuit.

34 in Geneſi. *a* Is auten Seth pius adeò,& fidelis extitit, vt propter eximiam pietatem illius vocatus ſit Deus,& filij eius filij Dei:iuxta quæ ex ſacris literis conijciunt ſibi aliqui ex grauiſsimis expoſsitoribus præſertim Theodoretus, *b* Cyrillus,& Suidas, *c* etenim dum in Geneſi habetur *d* *Videntes filij Dei filias hominum*,nomine filiorum Dei intelligendos venire filios Seth aſſerunt iſti Patres addentes,quòd nomine Dei intelligendus venit Seth,de iſto etiam Seth,ait Ioſephus *e* fuiſſe virum optimum,docuiſſeque filios ſuos,

Cur dicatur de Enos, quòd cœpit inuocare nomẽ Domini.

35 & nepotes,quæ pertinebant ad Dei cultum.Et ſecundum Auguſtinũ *f* probitas,& ſanctitas eius deſignata eſt ab Adam,quando illo nato dixit: *g* *Poſuit mihi Dominus ſemen aliud pro Abel*.Quoniam talis erat futurus,vt impleret ſinus ſanctitatis eius. Deinde poſtquam Seth impleuit annos 105.natiuitatis ſuæ genuit Enôs virum adeò fidelem, vt de eo ſcriptum ſit *h* *Iſte cœpit inuocare nomem Domini*.Vtique, quia tunc temporis authore, & ſuaſore Enôs cœperunt homines paſsim,& publicè certis cœremonijs, & conceptis precũ formulis Deum collere.Inuocare autem nomẽ Domini,opus proprium eſt iuſtorum, vt obſeruant Hieronymus, *i* & Auguſt. *K* aut ſaltem eſt opus fidelium:nam vt rogat Paulus: *l* *Quomodò inuocabunt in quem non crediderunt?*

Henoch & Adam aliquandocoæui.

36 Inſuper Enôs anno 70.ætatis ſuæ genuit Cainam:& poſtquam impleuit 905.annos mortuus eſt,ex quo ſequitur vixiſſe per multos annos cum Henòch fideli fillo Iareth,imò quod etiam Adam vixerit cũ Henòch pluſquam trecẽtis annis.Siquidẽ ex Geneſi *m* cõſtat Adamum vixiſſe 930.annos,& Henoch na-

a *Gen.4.nu.4.*
b *q.47.in Gen.*
c *Apud Martinũ del Rio ſupr. Gen.6. ad finem.*
d *Geneſ.6.*
e *1.antiquit.c.3*
f *Lib.1.de ciuit. cap.5.*
g *Gen.4.nu.26.*
h *Gen 4.nu.26.*
i *Sup c.2. Iuel.*
k *In Pſal. 30. 50.& 85.*
l *Rom.10.*
m *Gen.4.n.5.*

Digitized by Google

natum fuiſſe ad annũ 622. ætatis Adami. Quare cũ Henoch adeò pius, & fidelis extiterit, vt dicatur in Geneſi de illo, quod ambulauerit corã Deo, & quòd non apparuit, quia tulit eum Deus: conſequẽs eſt, quod ab Adam, ad Henoch fides non ſolùm non exciderit, ſed potius, quòd in multa cõgregatione fidelium luculentius irradiauerit; & proinde quod Eccleſia ſine intermiſsione viguerit.

37 Præterea anno 240. ætatis Henoch, natus eſt illi ex filio Matuſalem nepos Lamec pater Noè iuxta quæ habentur in Geneſi. *n* Is autem Lamec, ſimul vixit cum Henoch pluſquam centum annis: quia Henoch raptus non fuit vſque ad annum 365. ætatis ſuæ, vt habetur in Geneſi: *o* ſimiliter fuit fidelis, & pius, vt conſtat non ſolum ex eo, quod fuit longê alius ab illo impio Lamech filio Matuſael ex poſteris Cain, de quo in Geneſi. *p* Cum tamen iſte fuerit filius Mathuſalem ex poſteris Seth, & maioribus Chriſti de quo in Geneſi: *q* Sed etiam, quia iſte Lamech cũ genuiſſet filium ſuum Noè ait (à Deo quidem edoctus, & præuidens euentus futuros) *Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus in terra, cui maledixit Dominus.* Indicans per hoc, quòd Noe reſtaurator futurus eſſet generis humani quantum ad corpus, & ex illius ſemine naſciturus Meſias eiuſdem generis humani quantum ad animam ſeruator, & ſubleuator. Et poſt quã iſte Lamech genuit Noe vixit cum illo 777. annis vt conſtat ex Geneſi, *r* & 200. & eo amplius annis ante mortẽ patris ſui Lamech genuit Noe tres filios, Sem, Cam, & Iaphet (vt ſcriptũ eſt) *s* quos non dubium eſt quin fide & pietate inſtruxerit: ſiquidem ipſe Noe *t* cõmendatur in ſacris literis, tanquam vir iuſtus & perfectus in generationibus ſuis, & hoc maximê verum eſt, ſi iuxta tradditionem Hebræorum (de qua Hieronymus: *v* Auguſtinus, *x* Sanderus, *y* Albarus Pellagius, *z* & alij) Melchiſedech Sacerdos Dei altiſsimi fuit Sem primogenitus Noe.

Duo narrantur Lamech alter pius, alter impius.

38 Noe reparator humani generis.

39 Melchiſedech idẽ, qui Sem iuxta aliquos.

40 Vlteriùs cũ Noe poſt diluuium ſuperuixerit annis 350. vt habetur in Geneſi *a* conſequens eſt vt vixerit cum Abraham circiter 60. annis: quoniam Abraham genitus eſt poſt diluuium 292. annis, vt expreſsè habetur Geneſ. 6. num. 22. vſque ad 27. & ipſe Abraham expleuerit 175. ætatis annos. Et cum Sem filius Noe vixerit poſt diluuium 500. annos, conſequens eſt etiam vt vixerit cum Abraham per multos annos, imò, quod ſuperuixerit ei. Conſtat autem, quòd Abrahã antequam genuiſſet Iſaac, nedum antequam morti conceſſiſſet, Deo gratus ac fidelis extitit, & quod poſteritate ſua, vtique Iſaac, & Iacob, ac Ioſeph cum alijs fratribus ac filijs ſuis, veram Dei fidem conſeruauit ac coluit, & proinde, quòd ſine interruptione aliqua Eccleſia viguerit ab ortu Adami, vſque ad mortem Ioſeph.

Noe, & Abrah. aliquando coæui.

41 De reliquo autem tempore, vtique à morte Ioſep, vſque ad vocationem Moyſi, ad hoc vt educeret ad ſacrificãdum populũ Iſrael de AEgypto, aliqua poterat eſſe difficultas, eo quòd à morte Ioſeph vſque ad vocationem iſtam multa tempora fluxere, de quibus in ſacris literis non fit mentio. Sed etiam res iſta in aperto eſt: quoniam (vt Bernardinus Pereira *b* Chronographicè oſtendit) mors Iacob Patriarcha præceſsit egreſſum filiorũ Iſrael de AEgypto 198. annis; à morte autem Ioſeph vſque ad prædictum egreſſum fluxerunt anni 146. vt ipſemet Pereira ex profeſſo oſtẽdit, quia Ioſeph vixit 110. annos, vt habetur Geneſ. 50. nu. 22. vnde cum Moyſes octogenarius eſſet, cùm eduxit populum Iſrael de AEgypto, vt ſimiliter oſtendit ipſe Pereira, *d* conſequens eſt, vt non excurrerint multi anni à morte Ioſeph vſque ad prædictam vocationem Moyſis. Hunc autem temporis numerum ſuppleuit Iob Patriarcha, qui refertur quintus ab Abraham: Moyſes autem ſextus, vt videre liquet ex ſanctis Patribus apud Ioannem de Pineda *e* eruditiſsimum per omnia virum. Nullum ergo, vel momentum temporis vacat in toto diſcurſũ legis naturæ, quòd fideles non ocupauerint, & proinde ex quo cœpit Eccleſia ſine intermiſsione durauit vſque ad legem ſcriptam. Nam hi omnes Patriarchæ relati cum filijs ſuis fidem profeſsi ſunt. Et generatio, quæ mediat quarta à morte

Ioſeph Patriarcha, quãdo in Egipto moritur.

42 Reſolutio diſcurſus.

*n* Gen. 4. n. 26.
*o* Gen. 4. n. 23.
*p* Gen. 4. n. 28.
*q* Gen. 5. n. 25.
*r* Gen. 5. n. 29.
*s* Gen. 5. n. 31.
*t* Gen. 6. nu. 9.
*v* In lib. Hebraic. quæſtionum.
*x* Epiſt. ad Euagrium.
*y* De viſibili Monarch. cap. 7.
*z* Martinez H. pot. lib. 6. cap. 1. Arboreus, lib. 11 Theoſop. cap. 2.
*z* De planctu Eccleſiæ, cap. 36.
*a* Gen. 4. n. 28.
*b* Sup. Gen. 47. ver. 28. diſ. 3. n. 10
*c* Idẽ in c. 50 verſ. 10. diſp. 22. n. 19.
*d* Idem Pereira, ſup. c. 47. Geneſ. ver. 28. diſp. 22. num. 19.
*e* Sup. cap. 1. Iob in appendice notarum ad geneal. Iob 1. num. 45.

te

te Ioſeph, vſque ad ortum Iob, ſuppleta eſt per filios Ioſeph, vtique Ephrain, & Manaſſem: maximè quòd filij duodecim Patriarcharum, quos Iacob poſt ſe reliquit, de quibus in Exodo f repleuerunt orbem doctrina ſana, & primogeniti illorum ſacerdotium adminiſtrarunt: vt latè proſequitur, & probat Sanderus. g

f Exod. 6. nu. 14.
g Vbi ſup. f. 226.

# CAPVT QVINTVM.

## Reſpondetur 3. & 4. argumentis 1. cap. & oſtenditur Eccleſiam non defeciſſe toto tempore legis ſcriptæ.

Sex ætates recẽſetur mũdi.

43 ANtequam argumentis 3. & 4. ſatisfaciamus, breuiter ſupponendum eſt toto tempore legis ſcriptæ Eccleſiam perſeueraſſe. Ad hoc autem aliqua notanda ſunt.

In primis enim notandum eſt Chronologos, hoc eſt, ſcriptores temporum, ſex mundi ætates conſtituere conſueuiſſe vſque ad aduentum Chriſti. Prima ætas numeratur à mundi initio vſque ad generalem aquarum inundationem. Secunda ab huiuſmodi inundatione vſque ad ortum Abrahæ. Tertia ab huiuſmodi ortu ad egreſſum filiorum Iſrael de AEgypto. Quarta ab huiuſmodi egreſſu vſque ad templum inchoatum à Salomone. Quinta ab huiuſmodi inchoatione templi vſque ad deſtructionem illius. Sexta & vltima ab huiuſmodi excidio vſque ad Chriſti aduentum. Ex his autem ſex mundi ætatibus tres priores pertinent ad ſtatum legis naturæ, de quo ſatis ſuperque in capite præcedenti: tres autem poſteriores ad ſtatum legis ſcriptæ; de quo in præſenti agendum eſt.

Quot annos durauit quarta mũdi ætas: & vnde id conſtet.

44 Secundò notandum eſt, quòd (vt ſcriptum eſt h) quarta mundi ætas, alias primus ſtatus legis ſcriptæ, durauit 480. annis, qui ex ſacris literis ita colliguntur iuxta ſeriem, & numerum magiſtratuum, qui Iudæorum rempublicam illis ſeculis adminiſtrarunt. In primis enim Moyſes ex tribu Leui annis 40. adminiſtrauit illam, vt habetur Deute. 29. Deinde Ioſue ex tribu Ephrain annis 28. vt habetur Ioſue vlt. 3. Othoniel ex tribu Iuda annis 40. vt habetur iudicum 3. 4. Aioth. ex tribu Beniamin annis 8. vt habetur iudic. 3. 5. Debora ex tribu Ephrain, & Barmoli ex tribu Nephtalin annis 40. vt habetur iudic. 5. 6. Gedeon alias Geroboal, ex tribu Manaſſe annis 40. vt habetur Iudic. 8. 7. Abimelech filius ſpurius prædicti Geroboal annis 3. vt habetur Iudi. 9. 8. Thola ex tribu Iſacar annis 23. vt habetur iudic. 10. 9. Iair ex tribu Manaſſe annis 22. vt habetur Iudic. 10. 10. Iepte ex tribu Manaſſe annis 6. vt habetur Iudic. 12. 11. Abeſam ex tribu Iuda annis 7. vt habetur Iudic. 12. 12. Aſcalon ex tribu Zabulon annis 10. vt habetur Iudic. 12. 13. Abdon ex tribu Ephrain annis 8. vt habetur Iudic. 2. 14. Sanſon ex tribu Dan, annis 20. vt habetur Iudic. 16. 15. Heli de tribu Leui annis 40. vt habetur 1. Reg. 5. 16. Samuel ex tribu Leui, & Saul de tribu Beniamin, vt habetur Actorum 15. 17. Dauid de tribu Iudà annis 40. vt habetur 3. Reg. 5. Denique Salomon eius filius cœpit ædificare templum Domino anno 4. ſui regni, vt habetur 3. Reg. 6. Summa igitur annorum eſt 480. Quòd autem temporibus iſtis fides viguerit, & Eccleſia permanſerit euidentiſsimè conſtat ex his, quæ habentur in actis iſtorum iudicum, & Regum: vt patebit legenti capita prællegata.

h 3. Reg. 6. n. 1.

Quot annos durauit quinta mundi ætas, & vnde id cõſtet.

45 Tertiò, notandũ eſt quintam mundi ætatem, aliàs ſecundã, ſecundũ ſtatum legis ſcriptæ, annis 430. conſtaſſe: quia tot fluxere ab erectione templi Salomonis vſque ad deuaſtationem illius: vt, ex ſacris literis colligitur



Digitized by Google

in hunc modum. In primis enim Salomon poſt templum inchoatum, admi-niſtrauit Rempublicam annis 36. vt habetur 3. Reg. 6. Deinde Roboan 17. annis, vt habetur 3. Reg. 14. 3. Abdias 3. annis, vt habetur 3. Reg 15. 4. Aſa 41. annis, vt habetur 3. Reg. 15. 5. Ioſaphat 15. annis, vt habetur 3. Reg. 22. 6. Iorã annis 8. vt habetur 4. Reg. 8. 8. Athalia Regina annis 7. vt habetur 4. Reg. 10. 9. Ioas annis 45. vt habetur 4. Reg. 12. 10. Amaſias annis 29. vt habetur 4. Reg. 14. 11. Ozias qui, & Azarias annis 52. vt habetur 4. Reg. 14. 12. Ioatam annis 16. vt habetur 4. Reg. 15. 13. Achaz annis 16. vt habetur 4 Reg. 16. 14. Ezechias annis 29. vt habetur 4. Reg. 18. 15. Manaſes annis 55. vt habetur 4. Reg. 21. 16. Amon annis duobus, vt habetur 4. Reg. 21. 17. Ioſias annis 31. vt habetur 4. Reg. 22. 18. Ioachaz annis tribus, vt habetur 4 Reg. 22. 19. Ioachin, qui & Eliachin menſibus 11. vt habetur 4. Reg. 23. 20. Ioachin, qui & Ieconias menſibus tribus, vt habetur 4. Reg. 24. 21. Sedechias annis 11. vt habetur 4 Reg. 24. Vnde omnium annorũ ſubducta ſumma eſt eadẽ quã ſuprâ depinximus, videlicet 430. annis, & menſibus ſex. Quòd autem temporibus iſtis etiam fides eluxerit, & Eccleſia ſine intermiſſione durauerit, planè conſtat legenti recenſita capita, & annales huiuſmodi Regum pertinentium ad huiuſmodi legis ſcriptæ ſecundum ſtatum, & quintam mundi ætatem.

46 Quartò, notandum eſt ſextam mundi ætatem, alias vltimam ſecundum legis ſcriptæ ſtatum cõprehendiſſe 590. annos, vel 589. aut 588. vt ex Euſebio, *i* & ex veteribus ſimul & neotericis ſcriptoribus licet colligere. Præſertim ex eo quod Chriſtus natus eſt Olympiade 594. anno 3. eius. Porrô Cyrus primus Perſarum Rex cœpit regnare Olympiade 55. anno 1. ab Olympiade 55. vſque ad Olympiadem 194. ſunt Olympiades 140. & conficiunt annos 560. Ab his ſi vnum demas, quia hortus eſt Dominus anno 3. Olympiadis 194. remanent anni 559. His adiunge ex ſeptuaginta annis tranſmigrationis Babylonis 31. quoniam Cyrus expugnabit Babylonem Olympiade 55. anno 1. quo anno liberati ſunt ex captiuitate Babylonis Iudæi; vt ſecundus liber Paralypomen. & 2. Eſdræ tradunt, quod neceſſe eſt accidiſſe anno 1. Cyri. Simul ergo collecti anni 559. & 31. conficiunt ſummam annorum 590. vel 589.

i *In Chronicis.*

Quot anni fluxerunt à 5. mundi ætate, vſque ad Chriſtũ.

47 Sed quidquid ſit de hoc conſpicuum eſt omnino, quôd à tempore captiuitatis Babylonicæ (de qua 4. Reg. vltimo) quando templum Salomonis omnino eſt deuaſtatum vſque ad aduentum Chriſti fluxerunt 14. generationes (de quibus Matth cap. 1. nu. 17.) & quôd ſemper in eis perſtiterit fides publica; vt partim conſtat ex lib. 1. Eſdræ, cap. 1. 2. & 3. & lib. 3. cap. 3. 4. & 5. & ex Ioſepho, *k* in antiquitatibus Hebr. partim etiam ex actis Iudicũ, qui Iudæorum populo præfecti ſunt, poſtquã à captiuitate Babylonica Iudæam, & Hieroſolymam repetierunt; & demum ex his, quæ Commentatores Matthæi ad cap. 1. illius obſeruant. Et quidem quomodò tunc temporis Eccleſia deficeret, cum ſcriptum ſit? *l Cùm eſſet in terra hoſtili* (videlicet Iudæi) *non penitus abieci eos, neq; ſic deſpexi, vt conſummarentur; & irritum facerent pactum meum cum eis; ego enim ſum Dominus Deus eorum, & recordabor fœderis mei priſtini.* Et paulo ante, vtique numero 12. *Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & non abijciet vos anima mea: ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, voſque eritis populus meus.* Et apud Eſaiam: *m Hoc fœdus meum cum eis dicit Dominus: ſpiritus meus, qui eſt in te, non recedet ab ore tuo, neque de ore ſeminis tui.* Et denique in Pſalmo: *n Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo, neque nocebo in veritate mea:* Quare veritas iſta, vtique quòd Eccleſia interruptionem aliquam perpeſſa non fuerit, toto tempore legis ſcriptæ multis videtur de fide; & vt minimum ita certa, vt oppoſitum ſit erroneum.

Quot anni fluxerunt à diruto tẽplo Salomonis ad Chriſtũ.

K *Lib. 1. antiquit. cap. 4.*

48

Nõ defuit Eccleſia tẽpore Babylonicæ captiuitatis.

l *Leuit. 26. numero 45.*

m *Eſaiæ 59. numero 1.*

n *Pſalm. 88.*

49 Iam ad 3. argumentum reſpondendum eſt, quòd nec Moyſes, nec Ioſuè, qui ad clauum illius populi ſedebant in illam inſaniem populi prolapſi ſunt; & idem eſt de Leuitis, & alijs Hebræorum, qui ſe Moyſi coniunxerunt ad vindicandam iniuriam illatam Deo idololatria illa.

Non omnes Hebræi idolo vituli ſacrificarunt.

Simi-

Digitized by Google

Quomodo exponenda elogia asserentia omnes Hebr[æos]... in ... [Hie]remia cõuincitur non omnes Hebræos in fide defeciſſe.

50 Similiter reſpondetur ad quartum argumentum Eccleſiam non corruiſſe, aut vnquam omnino vacillaſſe. Neque oppoſitum probant teſtimonia illa: quoniam illa omnia procedunt iuxta figuram ſynedochen accipiendo totum pro parte non ſecus atque dum o dicitur, quòd *omnis caro corruperit viam ſuam*, id eſt, omnis homo, cùm tamen Noe eſſet tunc temporis *Vir perfectus in generationibus ſuis.* Vnde Auguſtinus p pluribus in locis obſeruat, quòd plerumque ſermo diuinus impias turbas Eccleſiæ ſic redarguit tamquam omnes tales eſſent, & nullus omnino abſque impietate remanſiſſet: ſicut è contra propter multorum eximiam ſanctitatem commen-

51 datur Eccleſia ſanctitatis encomio. Vt cum inquit Paulus: h *In omnibus diuites facti eſtis in Chriſto.* Eadem obſeruant Hieronym. Orig. Theophilact. Euthymius, & alij, de quibus Martinez Cantapetrenſis. Hoc ipſum adhuc in teſtimonijs inductis manifeſtum eſt, cùm enim Hieremias defleuit lamentationem in argumento relatam, extiterunt omnes illi iuſti, ac fideles viri, quos in fronte ſigno Thau ſignauit Angelus, iuxta quæ contemporaneus Hieremiæ Ezechiel refert. Ex quo ſequitur, quòd diebus illis congregatio fidelium perſtabat. Sed eſto apud populum Iſraeliticum Eccleſia Dei periſſet, adhuc dicendum non eſt, quòd Eccleſia temporibus illis omnino in-

o *Gen. 6. num. 11. & 12.*
p *Lib. de vnit. Eccleſiæ, cap. 12 & lib. 2. 7. cõtra Donatiſ. poſt collatione, cap. 20. & Epiſt. 48.*
h *1. Cor. 1.*
*Ezech. 9.*

Etſi defeciſſent in fide Hebræi omnes, non proterea tẽpore illo Eccleſia defeciſſet.

52 terierit: nam ſicut prope tempora Moyſis fidelis Iob inuentus eſt in lege naturæ, ita temporibus legis ſcriptæ credendum eſt, quod apud gentiles habuerit Deus fideles aliquos ſibi amicos: quia poſsibile non eſt, quòd vniuerſaliter, & in omnibus natura deficiat: cùm tamen naturæ lex temporibus legis ſcriptæ vigorem haberet reſpectu gentilium, non minus, quàm temporibus legis naturæ; quia gentiles ad legem ſcriptam non obligabantur.

Scripta equidem lex non vniuerſos populos, ſed Iudæorum dumtaxat obligabat. Veluti monachorum, vel etiam militum regula, monachos tantùm militeſque perſtringit. Quod ex profeſſo diſcutit D. Thom. 1. 2. q. 98. art. 5. Huius autem eam rationem aſsignat: *Quæcumque ſtatuuntur ad ſpecialem aliquorum ſanctificationem, non obligant niſi illos, ſicut ad quædam obligantur clerici, qui mancipantur diuino miniſterio, ad quæ laici non obligantur: & religioſi ad quædam religionis opera obligantur ex ſua profeſsione, ad quæ ſeculares non obligantur: ſimiliter ad quædam ſpecialia obligabatur populus ille, ad quæ alij non obligabantur.*

# CAPVT SEXTVM.

## Eccleſiam non interijſſe, neque interituram eſſe per aliquod tempus, ſecundum ſtatum gratiæ.

Hæreticorũ ſententia Eccleſiam aliquando interituram.

Fides Catholica eſt Eccleſiæ duratio ſine intermiſſione, vſque ad finem mũdi.

53 VLtima argumenta eo tendunt, vt explicemus an orthodoxa Eccleſia interierit, vel ſaltem interire poſsit per aliquod tempus legis gratiæ. In quo dubio affirmatiuas partes egerunt quàmplurimi hæreticorum, præſertim Donatiſtæ relati ab Auguſt. a & ab Optato Milleuitano. b Luciferiani relati à Hieronym. c Pauperes de Lugduno relati ab Antonino, d Martinus Lutherus, Melanchon, & Caluinus relati à Coccio. e

54 Nihilominus pars negatiua tamquam fidei dogma habenda eſt. Aſſerunt enim illam literæ ſacræ, vtique: f *Sicut cœli noui, & terra noua, quæ ego facio ſtare coram me dicit Dominus Deus; ſic ſtabit ſemen veſtrum, & nomen veſtrum. Et erit menſis ex menſe, & Sabbatum ex Sabbato, veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea dicit Dominus.* Id eſt, Non deficiet Eccleſia, ſed ſine intermiſsione durabit ſem-

a *Hæreſ. 96.*
b *Lib. 10.*
c *Dialo. contra Lucif. cap. 1.*
d *4. p. Sũ. tit. 1. & 17. §. 2.*
e *Lib. 8. de ſignis Eccleſiæ, art. 1.*
g *Matth. 16. numero 18.*
f *Iſai. vlt. 22.*

 per

perque erunt, atque vocabuntur fideles, qui Deum adoraturi coeant. Videatur ſuper iſtum locum Cyrillus. Item ſcriptum eſt: g *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*, id eſt, quantumcumque Satanas Eccleſiæ infeſtus ſit, illamque exerceat, non tamen vincet, ſed potius ipſa contra ſatanicam vim inconcuſſa manebit, vtpote ſolidiſsimæ Petræ obſiſtens; imò ipſa ſatanica vis non poterit ei repugnare. Ita communis ſanctorum Patrum expoſitio, poſt ſcripturæ elogia inducenda.

**Ex ſcripturis habetur Eccleſiæ perpetuitas.**

55 Rursũ apud Matth. ſcriptũ eſt h *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſq; ad conſummationem ſeculi*, id eſt, etiamſi hoc corpus ſubducturus ſim in cœlum, eiuſque præſentiam veſtris oculis ſubtracturus, vobiſcum nihilominus adero, maneboque in ſempiternum per fauorem, opitulationem, & gratiam. Similiter apud Lucam i Regnum Chriſti appellatur *æternum*, & aſſeritur, quòd fides Petri numquam deficiet, k & apud Ioannem habetur: l *Paracletus ſpiritus veritatis manebit apud vos in æternum*. Et rurſus dicitur, quôd orauit Chriſtus in hunc modum: m *Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi: non pro eis rogo tantum, ſed & pro his, qui credituri ſunt per verbum eorum in me. & omnes vnum ſint*. Quæ loca ad hoc propoſitũ inducunt Leo n 1. & Leo 2. o Pôtifices maximi. Inſuper Paulus, ita inquit de Chriſto: p *Quoſdem dedit Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios autem paſtores, & Doctores ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationẽ corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitate fidei, & agnitione filij Dei, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti*. Id eſt, vſque ad conſummationem ſeculi, vel vſque ad generalem reſurrectionẽ, quando hi qui relicti fuerint, & reſidui ſimul rapientur cum alijs obuiã Chriſto in aera facientes; & proinde Eccleſiam Dei obſeruantes tamquã verè fideles, & membra Chriſti. Et rurſum alibi idem Apoſtolus q dicit regnaturum Chriſtum donec per reſurrectionem omnium deſtruatur mors. Circa quem locum videndus eſt Epiphanius, r & expoſitores illius.

**Ex ſãctis Patribus Græcis Eccleſiæ indefectibilitas probatur.**

56 Aſſerunt deinde eandem negatiuam partem Patres Græci ſequentibus elogijs: Irenæus enim ita habet: ſ *Ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſijs, & ſucceſſores eorum vſque ad nos*. Euſebius Cæſarien. t *Hoc nomine donata radices egit, luce fidei ſplendet, neque hoſtibus terga dat, neque ipſis ianuis mortis cedit, propter pauca verba, quæ Chriſtus protulit, portæ inferi nõ præualebũt aduerſus eã*. Alexander Epiſcopus Alexandrinus: v *Eccleſiam vnam ſolam Catholicam cognoſcimus, quæ ſicut numquã expugnari poteſt, ſic omniũ hæreticorũ incurſionem euincit*. Athanaſius: x *Chriſtus ait: ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiã meã, fidelis ſermo, & non vacillans promiſsio, Eccleſia inuicta res eſt, etiamſi infernus ipſe commoueatur*. Baſilius: y *Quemadmodum acceſsione incenſæ materiæ flamma in maius attollitur: ſic qui toto niſu ſtuduere demoliri Eccleſiam, eam ad auguſtiorem poteſtatem extulerunt*. Nazianzenus loquens de Eccleſia ita inquit: z *Perſequutiones illuſtriorem per ſupplicia reddebant*, & rurſum poeticè de eadem: a

*Tormentiſq; fides grauibus mage fulta vigebat.*

Chryſoſt. b *Propter Eccleſiam Prophetæ, propter Eccleſiam Apoſtoli, propter Eccleſiam filius Dei factus eſt homo: vt Eccleſiæ mederetur, ſanguinem fudit. Hic ſanguis irrigat Eccleſiam, & ideò plantaria eius marceſcere non poſſunt, nec amittere folia arbuſta eius: non ſubiacet neceſsitati corporis: ſed Spiritus Sancti gratia eam gubernat, & ideò non ſeneſcit, nec contrahitur, nec opprimitur*. Euthymius denique dum interpretatur illud Pſalmi: *Deus in medio eius non commouebitur*, ita dicit: c *Non commouebitur Eccleſia vi aliqua viſibilium, ſeu inuiſibilium inimicorum conantium eam euertere: portæ enim inferi non præualebunt aduerſus eam.*

**Eadem perpetuitas ex Latinis patribus.**

57 Aſſerunt præterea veritatem iſtam Latini Patres ſic. Marcialis: d *Firma Eccleſia Dei & Chriſti, nec cadere, nec dirumpi poterit vnquam*. Cyprianus: e *Eccleſia, quæ in Chriſtum credit numquam ab eo omnino diſcedit*. Hilarius: f *Super confeſſionis petram Eccleſiæ ædificatio eſt. Per hanc fidẽ infirmæ aduerſus eã sũt portæ inferorũ*. Ambroſius: g *Eccleſia tempora ſua habet perſequutionis, & pacis; nam videtur ſicut*

g *Matth. 16. numero 18.*
h *Matth. 28. 2.*
i *Lucæ 1. n. 32.*
K *Lucæ 22. nu. 31.*
l *Ioan. 16. n. 15.*
m *Ioan. 17. n. 11.*
n *Epiſt. ad Pulcheriam.*
o *Epiſt. ad Conſtantiam.*
p *Ad Epheſ. 4. num. 11.*
q *1. Cor. 11.*
r *De hæreſ. lib. 1. ad finem.*
ſ *Lib. 3. cap. 3.*
t *De præparat. Euang. cap. 1.*
v *Epiſt. ad Alexand. Epiſc. Cõſtan i.*
x *Oratione quod vnus eſt Chriſtus.*
y *Sup. Eſaiæ 8.*
z *Oratione 23. in laudem Heronis.*
a *Idem carmine ad Epiſ.*
b *Serm. de Pentecoſt.*
c *Euthym. ſup. illud Pſal. Deus in medio eius non commouebitur.*
d *Epiſt. ad Burdegalenſes.*
e *Epiſt. ad Cornelium.*
f *Lib. 8. de Trinitate.*
g *Lib. 4. Examerõ cap. 2.*

*cut Luna deficere, ſed non deficit; obumbrari poteſt, deficere non poteſt.* Hieronymus: *h Super petram fundata eſt Eccleſia, nulla tempeſtate concutitur, nullo turbine ventiſque ſubuertitur.* Leo Magnus: i *Super hanc fortitudinem, & petram æternum extruā templum; hanc confeſsionem portæ inferri non terrebunt, mortis vincula non ligabunt.* Gregorius Magnus: k *Terra dicta eſt Eccleſia, quia in ſoliditate fidei perpetua perſeuerat: vnde per Salomonem dicitur terra autem in æternum ſtat.* Anſelmus: *l Ex eo, quòd Chriſtus dicit vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſeculi, intelligitur quòd vſque in finem ſeculi non ſunt defuturi in mundo, qui diuina manſione ſint digni.* Beda: *m Numquam ex terminari poteſt Eccleſia Chriſti de medio.* Denique Bernardus *n* (vt plures alios prætercam ne faſtidium ingenerem:) *Ex tunc, & deinceps non deficiet genus Chriſtianum, nec fides de terra, nec charitas de Eccleſia.*

58 His accedit Chronologia, & ſucceſsio Eccleſiæ orthodoxæ à Natiuitate Chriſti vſque ad noſtra tempora, quàm accuratè tradunt Genebrardus *o* noſter, Coccius, *o* & illuſtriſsimus deque fide Catholica maxime meritus Cardinalis Baronius. *q*

h *Sup. Eſaiæ* 4.
i *Sermone pro Apoſtolis Petro, & Paulo.*
K *Ad Pſalm.* 5. *pœnitentialem.*
l *Sup. Matth.* 28.
m *Lib.* 3. *in Samuelem cap.* 5.
n *Ser.* 79. *in Cantica.*
o *In chronographia per totam.*
p *Vbi ſup. ad finem capitis.*
q *In Eccleſiaſticis annalibus.*

Ex chronologiis itematq; ratione Eccleſiæ indefectibilitas monſtratur.

Ratio etiam euidentiſsima id ſuadet. Quoniam aliàs aut fuiſſet, aut eſſet, aut eſſe poſſet aliquod tempus in quo nullus peccatorum poſſet ſaluari: ſiquidem (vti ſupra vidimus) nulli extra veram Eccleſiam poteſt contingere ſalus.

## CAPVT SEPTIMVM.

### Reſpondetur 5, & reliquis argumentis 1. capitis.

Etiam Iſraelitico populo in fide deficiente adhuc Eccleſia non deficeret.

59 Modò ad quintum argumentum Reſpondetur, quòd data illa hypoteſi adhuc conſequentia non teneret: quoniam vt ſuprà vidimus, etiamſi à fide caderet populus Iſrael, adhuc Eccleſia conſiſteret, adhuc in hominibus illis, qui ſecundum naturæ leges vitam ducebant, vt duxit Iob, & alij.

60 Ad 6. reſpondetur, quòd ſicut ſchiſma non militat, neque tollit congregationem fidelium, ſed tantùm huius congregationis caput viſibile; ita nec militat contra perſeuerantiam Eccleſiæ nec tollit illam, ſed ad ſummum relinquit eam in ſtatu ſede vacantis, tunc autem vera Eccleſia eſt militās ſub Chriſto capite.

Schiſma nō tollit Eccleſiā.

61 Ad ſeptimum argumentum reſpondet Belarminus, *a* quòd licèt aliqui ſanctorum, videlicet Hilarius, *b* Hippolytus, *c* atque Apollinaris *d* (quibus nos ſubiungere poſſumus Irenæū *e*) intelligant vatizinium Danielis de tempore Antichriſti, vt vult intelligi argumentum, intelligi tamen non poſſe niſi de Hieroſolymitano excidio, quòd tempore Titi, & Veſpaſiani contigit; vt non tantùm reliqui ſancti Patres, videlicet Chryſoſt. Theophilactus, *f* Hieronymus, *g* Auguſtinus, *h* Euſeb. Cæſarienſ. i Clemens Alexand. K Tertulianus, *l* & Iulianus Africanus, *m* & etiam Rabbini omnes, & Hebræi ſenſerunt; ſed neceſſario ita ſentiendum eſſe conuincunt Chriſti Domini verba, quæ licèt apud Matthæum ita habent: *Cùm videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, &c.* Apud Lucam tamen ita habent, vel potius exponuntur. *Cùm videritis circumdari ab exercitu Hieruſalem, tunc ſcitote quoniam appropinquabit deſolatio eius.* Quod etiam notauit Benedictus Pereira. *n*

De quo tēpore dixerit Danie. quòd iuge ſacrificiū ceſſabit iuxta multorū ſententiam.

62 Nihilominus licet interpretatio iſta legitima ſit, & maximè conſentanea teſtimonio Chriſti, qui prædictam abominationem adeo cum ſua morte coniunxit, Matth. 24. numero 15. vt (quod notauit Maldonatus *o*) dubium eſſe non poſsit quin de templi vaſtatione loquatur, quæ minimo interuallo Chriſti mortem ſequuta eſt; licèt igitur hæc interpretatio legitima ſit, & ſuo authori digna, adhuc non eſt apta ſolutio difficultati propoſitæ: licèt enim Daniel cap. 9. ſui vatizinij non egerit de Antichriſti tyranide, egit tamen de illa, vbi ita inquit: *p A tempore cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem, dies mille ducenti octoginta.* Id eſt,

Sententia authoris in hac parte.

a *To.* 2. *lib. de Eccleſia milit. cap.* 16. *ſolutione ad quintum argumentum.*
b *Cā.* 25. *in Matth.*
c *Orat. de conſūmatione mundi.*
d *Apud Hieronym. in cap.* 9. *Danielis.*
e *Lib.* 5. *cap.* 25.
f *Sup. Matth.* 28.
g *Ibidem.*
h *Epiſt.* 80. *ad Heſichium.*
i *Lib.* 8. *demonſtr. Euāg. ca.* 20.
k *Lib.* 1. *ſtrom.*
l *Lib.* 1. *contra Iud. c.* 5. *alias* 8.
m *Apud Hieronym. ſup. cap.* 9. *Dan.*
n *Lib.* 10. *in Danielem.*
o *Sup. Matth.* 24. *n.* 15.
p *Dan. cap.* 12. *verſ.* 11.

Id eſt, ab initio ſæuiſsimæ perſecuutionis Antichriſti vſque ad finem eius tranſibunt tres anni, ſex menſes, & decem dies. Per hoc enim tempus regnabit Antichriſtus, & graſſabitur in Chriſtianos. Inter alia autem huius tyrannidis nocumenta primum, quod proponitur eſt ceſſatio, & ſubuerſio iugis ſacrificij. Igitur tempore Antichriſti iuge ſacrificium ceſſabit; & proinde argumentum ſeptimum manet in ſua vi. Maximè, 63 quòd nomine iugis ſacrificij aliqui intelligunt ſacrificium Miſſæ, vt Irenæus, q & Ephrem Syrus, r alij autem vt Theodoretus, & Hieronymus ſ intelligunt continuationem cultus diuini: quia loco *iugis ſacrificij* habetur in Græco *endelechiſmus*: alij verò vtrumque iuxta illud Hippolyti martyris: t *Tunc lugebunt Eccleſiæ luctu magno, quia nec oblatio, nec ſuffitus fiat, neque cultus Deo gratus: ſed Eccleſiarum ædes ſacræ tugurij inſtar erunt, pretioſumq; corpus, & ſanguis Chriſti non extabit in diebus illis.* Cùm ergo orthodoxa Eccleſia ſine iugi ſacrificio, tàm Miſſæ, quàm cultus diuini eſſe non poſsit; quoniam eſſe non poteſt ſine aliqua interioris fidei exteriori proteſtatione ſenſibili; conſequẽs videtur, quòd temporibus Antichriſti defutura ſit, & proinde ante conſummationem ſtatus legis gratiæ, etiamſi poſtea reuiuiſcat.

*q Vbi ſuprà.*
*r In metris Antichriſti.*
*ſ ſup. Daniel. 12*
*t Oratione de conſummatione mundi.*

Quid ſit iuge ſacrificiũ ſecundũ aliquos.

64 Verùm tamen neque preſſura illa in magnas nos inducit anguſtias: quia nihil horum vniuerſaliter intelligendum eſt, quaſi omnino intermittendus veniat omnis cultus diuinus, & altaris oblatio: ſed indefinitè tantùm, ita vt cultus diuinus, & iuge ſacrificium tunc temporis ceſſent in publicis, ac patentibus locis, non autem in abditis & occultis; quomodò neque hodie ceſſat apud Anglos Catholicos, quantumcumque perſequutione infeſtos; neque etiam ceſſauit quando Baſilius deplorans ſui temporis ſtatũ dixit: *Nobis iam dicere licet, quòd in hoc tempore non ſit neque Princeps, neque Propheta, neque præſes, neque oblatio, neque incenſum, neque locus in quo corã Domino poſſit efferri ſacrificiũ, & miſericordia acquiri.* Sanè, vbi ipſe Baſilius eiuſque comites aderãt, ſacrificiũ iuge omnino deeſſe non poterat: ſed quia non palam offerebatur, deeſſe dicebatur; vt modò deeſt in Anglia; vbi tãm iugiter, licèt latenter, exhibetur. Quòd ſi vel in angulo mundi non deeſt promiſsio illa, *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, &c.* Conſequens eſt, vt in totius orbis planicie deeſſe non poſſit, maximè in maxima temporum neceſsitate.

*Baſil. Epiſt. 17.*

Quomodo ſacrificiũ Miſſæ tẽpore Antichriſti ceſſabit.

65 Ad teſtimonium deductum ex cap. 18. Lucæ reſpondetur: ibi ſermonem non eſſe de omni genere fidei diuinæ, ſed tantùm de fide impetratoria. Hæc enim adeò deficiet in extremis temporibus, vt ob defectum illius Deus non eximat, nec liberet fideles oppreſſos tyrannide Antichriſti à perſequutione eius. Ibi enim argumentabitur Chriſtus. Quòd ſi vidua oppreſſa ab aduerſario ſuo, tandem poſt inſtantes preces obtinuit à iudice iniquitatis vindictam, multò magis fideles, & iuſti obtinebunt illam à Deo, ſi modô inſtanti prece efflagitent, & competenti fide: nam ſi fide incompetenti id rogent, non euadent ſui voti compotes, vt experimentum capietur in illis, qui in extremis mundi temporibus efflagitabunt à Deo vindictam contra Antichriſtum, quàm tamen non aſſequentur, quia incompetenti fide efflagitabunt.

De qua fide dicatur, quòd non inuenietur in extremis mundi temporibus.

66 Ad vltimum reſpondetur Eccleſiam gaudentem priuilegijs relatis initio huius capitis vltimi, & in toto ſecundo cap. huius dubij, fieri ſaltem per locũ extrinſecum, & ex dono Dei indefectibilem; licèt per locum intrinſecum, & ſuapte natura indefectibilis non ſit.

Eccleſia ex dono Dei habet, quòd ſit indefectibilis.

DVBIVM

Digitized by Google

# DVBIVM DECIMVM NONVM.

## *Vtrùm Eccleſia ſit vna?*

## *SVMMARIVM.*

1 *Partis negatiuæ aſſertores admodum neoterici ſunt.*
2 *Arg. 1.* Eccleſiam *non eſſe vnam.*
3 *Arg 2. ad idem.*
4 Arg. 3. *eſſe plures* Eccleſias, *& non vnam.*
5 *Arg. 4 ad idem.*
6 *Arg. 5. ad idem.*
7 *Arg. 6. ad idem.*
8 *Fidei dogma eſt, Eccleſiam eſſe vnã.*
9 *Sacræ literæ produnt,* Eccleſiam *eſſe vnam.*
10 *Sancti* Patres *adſtruunt* Eccleſiam *vnam.*
11 *Ratione conuincitur* Eccleſiam *non eſſe plures, ſed vnam.*
12 *Theologicè oſtenditur* Eccleſiam *eſſe vnam.*
13 *Arg.* Eccleſiam *non eſſe vnam, quia ritus ſunt diuerſi.*
14 *Reſp. arg. diuerſitatem rituũ non diuerſificare* Eccleſiam.
15 *Quid variet rituum varietas.*
16 Diſcrimen *inter* Eccleſias *legis naturæ, legis ſcriptæ, & legis gratiæ.*
17 *Eccleſia legis gratiæ maximè vna.*
18 *Iterum obijcitur, Eccleſiam non eſſe vnam, quia diuerſis tẽporibus diuerſa viguit fides.*
19 *Reſpondetur obiectioni, diuerſitatem futuri, præſentis, aut præteriti nõ diuerſificare fidem.*
20 *Obijcitur* Eccleſiam *non ſemper fuiſſe vnam, quia non ſemper habuit vnum caput.*
21 *Reſpondetur obiectioni, ſemper* Eccleſiam *vnicũ ſortitam caput.*
22 *Fideles incircuncisi tempore legis ſcriptæ, quo pacto ad Eccleſiam pertinebant, cùm nullum viſibile commune caput cum circũciſis haberent*
23 *Quo ſenſu dicatur eſſe plures* Eccleſias?
24 *Plures* Eccleſiæ *ſunt vna Eccleſia.*
25 Eccleſia *legis naturæ nõn ſubſtantialiter, ſed accidentaliter differt ab* Eccleſia *legis gratiæ.*
26 *Eccleſia non tantùm eſt vna vnitate ordinis, ſed vnitate formæ.*
27 Eccleſia *Græca non eſt vera Eccleſia.*
28 *Fideles appellantur aues.*

INter proprietates Eccleſiæ præcipuum locum obtinent, quas illi attribuit Concilium Nicenum, videlicet, eſſe vnam, eſſe ſanctam, eſſe Catholicam, & eſſe Apoſtolicam. Vt autẽ illas examinemus totidem circa eas dubia exagitabimus: quorum primum eſt dubium præſens.

## CAPVT PRIMVM.

### Aſſertores partis negatiuæ, & argumenta illorum.

Partis negatiuæ aſſertores admodum neotericis ſũt. 1

IN Hoc dubio potiſsimum aduerſarium habemus Henricum Octauum Regem Angliæ, qui anno 1535. tot Eccleſias aſſeruit quot Regna, affirmãs tot eſſe Pontifices quot Principes; vnde ſe inaugurauit tanquã ſupremũ caput Eccleſiæ Anglicanæ. Huic deliramento adeò mordicùs adhæſerunt aliqui poſterorũ huiuſmodi Regis, maximè Eliſabeth Regina, quæ obijt, & Iacobus iſte, qui viuit, vt ſub reatu ineuitabilis mortis obſtrinxerint quoſcumq; fideles ad hoc, vt iureiurãdo aſſerant, obſequuturos Regibus Anglorum tanquam Eccleſiæ Anglicanæ

Summis Pontificibus. Argumenta factionis iſtius varia eſſe poſſunt, nós tamē validiora tantum proponemus.

2 In primis iuxta ſacras literas plures Eccleſiæ aſſeruntur. Etenim ita dicitur: *a In Eccleſijs benedicite Domino.* Et alibi: *b Salutat vos omnis Eccleſia.* Et iterum: *c Omnibus Eccleſijs ſanctorum.* Et in Apocalyp. *d Mitte ſeptem Eccleſijs, quæ ſunt in Aſia.* Ergo ſignum eſt, quòd Eccleſia ampliùs eſt, quàm vna. Arg. 1. Eccleſiā non eſſe vnam.

a *Pſalm.* 67. b *Rom.* 16. c 1. *Cor.* 14. d *Apoc.* 1.

3 Secundò, Eccleſia præſes diſtinguitur à primitiua: iuxta illud Gloſſæ exponentis verbum illud ex Canticis *fons hortorum, &c.* De primitiua Eccleſia inquit enim. *Proceſsit in mundum doctrina cæleſtis, quæ plures hortos procrearet.* Vt ergo fons, & riuulus diuerſa ſunt, ita præſens & primitiua Eccleſia diuerſæ erunt, & proinde non vna, & eadem. Arg. 2. ad idem.

4 Tertiò, tempore legis ſcriptæ fuit vera Eccleſia apud Iudæos, vt ſuprà diximus, & tunc temporis etiam extitit vera Eccleſia apud fideles Gentiles, vt patet ex dictis. Sed iſtæ erant dinſtinctæ Eccleſiæ, non ſecus ac diſtincti populi, & adeò diſtincti, vt in encomium Chriſti dixerit Paulus, *e* quòd fecit vtraque vnum, id eſt, ex vtroque populo vnam congregationem. Ergò Eccleſia, vt ſic non habet, quòd ſit vna. Arg. 3. eſſe plures Eccleſias, & nō vnam.

*Sup. Dub.* 17. *ca.* 5. *Sup. Dub.* 17. *cap. vlt. ad* 5. *arg.* e *Ad Epheſ.* 2. *num.* 14.

5 Quartò, vnitas Eccleſiæ ſicut, & cuiuſcumque Reipublicæ maximè pendere videtur ex vnitate legis ſecundum quam gubernatur: propter quod conuentus Religioſorum, qui ſecundum legem aliquam viuunt ad vnicum ordinem pertinent, & iuxta legum ac regularum diuerſitatem contingunt Religioſorum diuerſitates. Sed alia fuit lex ſtatus innocentiæ, alia ſtatus naturalis, alia legis ſcriptæ, & alia legis gratiæ. Ergo totidem Eccleſiæ, quot leges recenſendæ ſunt. Arg. 4. ad idem.

6 Quintò, modò eſt Eccleſia Latina diſtincta à Græca, quæ aliud caput & alias leges ſortitur ab Eccleſia Latina, & tamen quælibet illarum eſt vera Eccleſia. Ergo plures, quàm vna ſunt Eccleſiæ. Arg. 5. ad idem.

7 Denique Eccleſia idem omnino eſt, quòd ouile Chriſti; ſed Chriſtus habuit duplex ouile, vt patet ex illo Ioann. *f Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili.* Ergo ſaltem tunc temporis non erat vna Eccleſia. Et proinde Eccleſia non habet, quòd ſit vna. His argumentis ex parte munitur via ad errorem Henrici Octaui: ſiquidem conſtituendo diuerſas Eccleſias, tanquam diuerſa corpora, videtur etiam conſequens, conſtituenda eſſe diuerſa capita, & vnūquodque caput præſidens vnicuique Eccleſiæ. Arg. 6. ad idem.

f *Ioann.* 10.

# CAPVT SECVNDVM.

## Aſſeritur de fide pars affirmatiua.

8 Conſtans nihilominus fidei dogma eſt pars affirmatiua quæſtionis, propter illud Canticorum: *a Sexaginta ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus. Vna eſt columba mea, perfecta mea:* id eſt, (iuxta communem Patrum *b* interpretationem) licet Eccleſia militantis ordines diuerſi, & inter ſe inæquales ſint: quia alius eſt ordo perfectorum, qui deſignantur per Reginas, eo quòd quia adhærent Deo vnus ſpiritus fiunt cum illo; alius eſt ordo proficientium, qui deſignantur per concubinas, eo quòd cum ſeruiant Deo, non tàm id faciunt virtutis amore, quàm mercedis, & præmij cæleſtis ſimul, & terreſtris, & ideò nondum carnem exuiſſe videntur; alius eſt ordo incipientium, qui deſignantur per adoleſcentulas, quarum eſt vitam denuo inchoare, & inſtituere, Eccleſia tamen ipſa omnes iſtas tres claſſes comprehendens vna tantum, & vnica eſt: non ſecus atque vnica eſt Academia continens ſub ſe perfectos, proficientes, ac tyrones Scholaſticos. Fidei dogma eſt Eccleſiam eſſe vnam.

a *Cātic.* 6. *verſ.* 7. b *Greg. Niſenus, Theodoretus, Philo, Pſelius, Iuſtus, Caſſiodorus, Honorius, ſup. Cant.* 6. *verſ.* 7. *Helias Creten. oratione* 3. *in Nazianzenum. Aug. lib.* 83. *q. q.* 53.

His

*Sacræ literæ produnt Eccleſiā eſſe vnam.*

9 His adiunge illa Chriſti Domini verba apud Ioannē, c *Fiet vnus ouile, & vnus paſtor*: & illa eiuſdē Ioannis, d *Moriturus erat pro gente* (ſcilicet Chriſtus) *vt filios Dei, qui erāt diſperſi congregaret in vnum*: & rurſum ex illis Chriſti Domini, e *Pater ſancte ſerua eos, vt ſint vnum*: & illa Pauli, f *Fidelis Deus per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius*: & iterum, g *Sicut corpus vnum eſt, & mēbra habet multa, ita omnes vnū corpus ſumus in Chriſto*. Et ad Timoth. h loquens de Eccleſia inquit, eſſe vnam domus Dei viui.

c *Ioan. 10. n. 11.* d *Ioan. 11.* e *Ioan. 17.* f *1. Cor. 1.* g *Ibid. 12.* h *1. ad Timot. 3.*

Conſtat 2. hoc fidei dogma ex illo ſymboli Niceni, *Credo vnam ſanctam Eccleſiam*. Et ex definitione quæ habetur circa rem iſtam, tam in capite firmiter de ſumma Trinitate, quàm etiam in extrauaganti vnam ſanctā, Bonifacij Octaui, circa quam videndi ſunt Albertus Pighius, i & Aluarus Pelagius. K

i *Lib. 1. cap. 14.* K *Lib. 1. c. 61.*

*Sancti Patres adſtruūt Eccleſiā vnam.*

10 Conſtat 3. ex ſanctorū Patrum elogijs, quæ ſic habent. Irenæus. l *Hanc prædicationem cum acceperit Eccleſia per vniuerſum mundum diſeminādā, diligenter cuſtodit, quaſi vnā domum inhabitans*. Cyprianus, m *Vnam eſſe Eccleſiam Spiritus ſanctus deſignat dicens, vna eſt columba mea. Hanc Eccleſiæ vnitatem qui non tenet, tenere ſe fidem creditur?* Hieronymus, n *Sit vna Eua mater cunctorum viuentium, & vna* Eccleſia *parens omnium Chriſtianorum, ſicut illam Lamech maledictus in duas diuiſit vxores, ſic hanc hæretici in plures* Eccleſias *lacerant*. Auguſtinus, o *Quadripartita veſtis Chriſti quadripartitam eius figurauit* Eccleſiam, *per quatuor mundi angulos æqualiter diffuſſam: tunica verò illa ſortita omnium partium ſignificat vnitatem*. Id eſt, ſicut tunica illa inconſutilis fuit vna, ita Eccleſia Chriſti. Chryſoſtomus, p *Eccleſiam Dei appellat Apoſtolus, vt oſtendat eam in vnum redigi oportere: nam ſi Dei eſt, vna eſt* Eccleſiæ *enim nomen non ſeparationem, ſed vnionem, & conſonantiam ſignificat*. Denique Leo Maximus, q id ipſum late proſequitur in epiſtola ad Epiſcopos per vniuerſam prouinciam conſtitutos.

l *Libr. 1. cap. 3.* m *Lib. de vnitate Eccleſiæ.* n Epiſt. 11. *quæ eſt de Monogamia.* o *Tom. 9. tit. 116 in Ioann.* p *Hom. 1. ſup. ad Corint. 10.* q Epiſt. 89.

*Ratione conuincitur Eccleſiā nō eſſe plures, ſed vnam.*

11 Conſtat denique ratione ipſa hoc fidei dogma: quia vt corpus aliquod morale, & myſticum dicatur ſimpliciter vnum in ratione corporis myſtici, ſatis eſt vnitas tam finis principalis, ad quem ordinatur, quam potiſsimorum mediorum, per quæ talis finis conſequēdus proponitur. Sed omnis quotquot fuerunt, & erunt membra corporis Chriſti, ad eundem omnino finem beatitudinis vocati, & deſtinaſti ſunt, & per eadem potiora media fidei, ſpei, & charitatis. Ergo omnes ad idem omnino corpus myſticum pertinuerunt: & proinde vnam, & eandem Eccleſiam conſecrarunt: ſiquidem Eccleſia nihil aliud eſt, quam corpus Chriſti myſticum. Inde eſt illud Auguſtini. r *Quare vna Eccleſia? quia vna fides, quia vna charitas, quia vna ſpes*. Vtique quoniam omnia hæc ſunt potiſsima media, per quæ perueniendum eſt ad propoſitum nobis, finē deſignatum in denario diurno: quia finis iſte omnibus communis eſt, & omnes deſtinamur ad illum.

r *In pſalm. 85.*

*Theologicè oſtēditur Eccleſiā eſſe vnam.*

12 His adiunge quod vbicunq; eſt formalis identitas & vnitas formæ conſtitutiuæ, ibi etiam formaliter debet eſſe vnum & idem conſtitutum. Sed forma conſtitutiua corporis Chriſti myſtici, & eius Eccleſiæ eſt fides interna, iuxta ſuperius à nobis definita. Ergo ſicuti huiuſmodi fides ſemper extitit vna formaliter, ita & ipſa Eccleſia.

## CAPVT TERTIVM.

### Obiectiones contra partem affirmatiuam, & earum ſolutiones.

*Arg. Eccleſiā nō eſſe vnā quia ritus ſint diuerſi.*

13 QVòd ſi obijcias internam fidem non ſufficere ad conſtitutionem Eccleſiæ viſibilis, niſi vlterius coniungatur alicui ſenſibili ſigno, vtique ſacrificijs & Sacramentis, per quæ talis fides ſenſibiliter manifeſtetur, iuxta quæ ſuperius à nobis conſtituta ſunt. Cum ergo iſtius modi ſigna non ſemper fuerint eiuſdem rationis, ſiquidem ſacrificia legis naturæ longè alia extitère à ſacrificijs

*Sup. dub. 13. c. 2. concluſ. 2.*

legis

Digitized by Google

legis ſcriptæ, & ſacrificia huius legis maximè etiam diuerſa à ſacrificijs legis gratiæ: conſequens eſt, vt conſtitutiuum Eccleſiæ nõ ſemper extiterit vnum: quia complementum huius conſtitutiui non ſemper extitit vnũ, atque adeò neque conſtitutum.

Reſp. ar gum. diuerſitatẽ rituũ nõ diuerſificare Eccleſiam.

14 Reſpõdetur, diuerſitatem Sacramentorum, & ſacrificiorum arguere, quidem diuerſitatem materialem, non autem formalem interſeſe: ſiquidem omnibus illis erat cõmunis vna ratio ſignificandi internam fidem: quare ſicut in ratione confeſsionis fidei eiuſdem formalitatis eſt, licèt non materialitatis, voce exprimere aſſenſum fidelem atque calamo ſcribere; ita in præſenti.

Quid variet rituum varietas.

15 Bene verum eſt, quod diuerſitas iſta Sacramẽtorum, & ſacrificiorum licèt non variet vnitatem formalem & ſubſtantialem Eccleſiæ, variat tamen vnitatem perfectiuam illius: quia loquendo de vnitate perfectionis non tam vna erat Eccleſia legis naturæ ac fuit Eccleſia legis ſcriptæ, neque iſta habet tantam vnitatem ſicut habet Eccleſia legis gratiæ. Etenim Eccleſia legis natu
ræ nullam communitatem ſacrificiorum aut Sacramentorum habebat, ſed 16
vnuſquiſque pro libitò ſacrificabat, quod illi placitũ erat: vt Abel obtulit agnos, Caim de frugibus terræ. Noè de ouibus, & Abraham de auibus. In Eccleſia autem legis ſcriptæ tàm ſacrificia quàm Sacramenta communia erant ex præſcripto Dei: at in lege gratiæ non ſolum habemus Sacramentorum, & ſacrificiorum vnitatem, ſed adhuc ipſa Sacramenta cauſant, & efficiunt in nobis communitatem, & vnitatem: vt ſaltem videre liquet in ſacrificio altaris: de quo Paulus inquit: *a Vnus panis & vnum corpus multi ſumus, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus.* Et de omnibus Sacramentis id aſſertum habemus ab Auguſtino *b* & relatum à Gratiano noſtro, ſub his verbis. *c Eſt vnitas Eccleſiæ, quæ late patet in Sacramentorum ſocietate, & communione.*

Diſcrimen inter Eccleſias legis naturę, legis ſcriptæ, & legis gratiæ.

a 1. Cor. 10.
b *Lib. 3. de Baptiſmo, Cap. 11.*
c *De conſecratione diſt. 4. capite eſt vnitas.*

Eccleſiã legis gratiæ maximè vna.

17 Hoc ipſum intueri licet, vel in ipſo Baptiſmi Sacramento, quod quatenus ianua eſt omnium Sacramentorum, facit in nobis vnionem, & communionem, quatenus intra Eccleſiæ ianuam continemur virtute illius. Quare Paulus numerans cauſas vnitatis Eccleſiæ dixit: *d Vnus Dominus, vna fides, vnũ Baptiſma.* Quaſi dixiſſet, quia vobis eſt vnus Dominus, non multi: vna fides, & vnum Baptiſma: ideo eſtis vnum, & vna Eccleſia. Vnde teſtimonia, quæ ex nouo teſtamento induximus in prima probatione huius veritatis apertius militant pro Eccleſia legis gratiæ: adeo vt veritas iſta potiſsimum ſit de fide reſpectu legis gratiæ, in qua maioris vnitatis ſigna reſplendẽt. Propter quæ ſcriptum eſt, *e Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna*: Iuxta promiſsionẽ illam ſecundum Hieremiam. *f Dabo cor vnum, & viam vnam*: & iuxta illã ſecundum Ezechielem: *g Dabo eis cor vnum, & ſpiritum nouum tribuam eis.* Hoc eſt (vt inquit Paulus,) *h Vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.* Tã maximè vna Eccleſia præſens eſt, hoc eſt, Eccleſia legis gratiæ.

d *Epheſ. 4. 5.*
e *Actorũ 4. n. 32*
f *Hiere. 32. n. 39*
g *Ezech. 11. verſ. 19.*
h *Ad Epheſ. 4. num. 3.*

Iterum objicitur Eccleſiã non eſſe vnã, quia diuerſis tẽporib. deuerſa viguit fides.

18 Quòd ſi ſecundo objicias, non fuiſſe eandem fidem in antiquis Patribus ac modò eſt in nobis; quoniam illi habuerũt fidẽ de Chriſto venturo, & id ipſum proteſtabantur ſuis ſacrificijs, & Sacramentis: nos autem certa fide credimus Chriſtum iam veniſſe, & id ipſum profitemur noſtris ſacrificijs, & Sacramentis. Ergo tã ex parte formæ conſtitutiuæ Eccleſiæ, quæ eſt fides interna, quàm etiam ex parte completiui illius, quæ ſunt ſacrificia, & Sacramenta ſenſibilia, eſt formalis diuerſitas: & proinde non formalis identitas & vnitas reſpectu Eccleſiæ antiquæ atque nouæ.

Reſ. objectioni; diuerſitatẽ futuri, præſẽtis aut præteriti nõ diuerſificare fidẽ.

19 Reſpondetur nihilominus cum D. Thom. *i* Turrecremata, *k* & alijs, diuerſitatem futuri, & præteriti non inferre diuerſitatem fidei: quia non eſt diuerſitas obiectorum, neque originatur ab illis: ſed tantum procedit ex diuerſitate habitudinis credentium ad rem creditam; in quantum qui præceſſerunt habent aliam habitudinem reſpectu veritatis reuelatæ ab ea, quam habent illi qui ſubſequuntur.

i *2. 2. q. 4. art. 6. ad ſecund.*
K *Lib. 1. ſummæ de Eccleſia ca. 8. ad 5.*

Objicitur Eccleſiã nõ ſemper fuiſſe vnã; quia non ſeper habuit vnũ caput.

20 Quòd ſi denique objicias, ad vnitatem corporis miſtici eſſe valde prærequiſitam vnitatem capitis, hoc eſt, eſſe vnum caput & vnicum reſpectu talis cor-

corporis: propter quod (vt notauit Cyprianus l) *Chriſtus Dominus vt vnitatē manifeſtaret in Eccleſia ſua, vni tantum Petro dixit, paſce oues meas*: Et (vt notauit Oſius Cardinalis) *Natura ipſa, licèt non edita voce, clamat tamē in apibus, in gruibus, & in alijs pleriſque animantibus, vnum tantum & vnicum habendum eſſe caput, magiſtratū, & ducem, qualis eſt in animantibus iſtis.* Imo (addit) quod, *in arboribus id ipſum teſtatum videmus: quia in illis videmus multos ramuſculos ad virgam, multas virgas ad ramū, multos ramos ad ſtipitem, multos ſtipites ad radicem vnam infigi: vt omnia ſocia fiant, & vnum ſuccū, qui eſt in radice, participent.* At ante ſtatum legis gratiæ nullum omnino caput extitit, præſidens toti Eccleſiæ, hoc eſt Eccleſiæ legis ſcriptæ, ad quam pertinebant circuncisi, & Eccleſiæ legis naturæ, ad quam pertinebant legis naturalis obſeruatores. Ergo vniuerſaliter loquendo Eccleſia non fuit vna, non ſolum vnitate illa perfectiſsima, qua viget Eccleſia Apoſtolica, verū neque vnitate illa ſubſtantiali, quæ eſt primæua vnitas in Eccleſia.

l *Lib. de vnitate Eccleſiæ.*
*Ioann. 20.*
*Tract. de Eccleſ.*

*Reſp. obiectioni ſēper Eccleſiā vnicum ſortitam caput.*

21 Ad hoc argumentum reſponderi poſset cum Sandero m ſemper viguiſſe vnum Eccleſiæ caput, penes quod Eccleſiæ gubernatio fuerit: nam primus extitit Adam, ſecūdus Seth, tertius Noè, quartus Abraham, quintus Iſaac, ſextus Iacob, ſeptimus, Læui, & ſic deinceps vſque ad Moyſem, à quo vſque ad aduentum Chriſti ſemper extitit vnus Pōtifex Læuitici generis, penes quem ſumma ſacrarum rerum, & poteſtas erat.

m *Lib. 2. de viſ. Monarch. cap. 5.*

*Fideles incircūciſi tempore legis ſcriptæ, quo pacto ad Eccleſiā pertinebāt, cum nullū viſibile cōmune caput cum circunciſis haberent.*

22 Verum tamen quia Pōtifices iſti, de quibus à Moyſe vſque ad Chriſtum (quidquid ſit de alijs, vtiquè ab Adam, vſque ad Moyſem) non conſtat, qualē erga incircūciſos fideles poteſtatē habuerint, aut exercuerint, propterea non video quare ſemper totius Eccleſiæ vnum ſemper caput extiterit; licèt videam, quod Eccleſiæ militantis ſub lege ſcripta vnum ſemper caput viguerit. Si tamē huiuſmodi caput influxū aliquem haberet erga fideles incircūciſos, iam re ipſa ſemper præfuiſſet in omni Eccleſia vnum caput. Sed talem influxum ego non video, & proinde neque vnicum caput reſpectu vniuerſalis Eccleſiæ vſque ad aduentum Chriſti.

Sed reſp. fideles iſtos fuiſſe de Eccleſia tunc vt modò Cathecumeni, de quibus ſupra dub. 13. præſertim, num. 22. Quorum (vt omnium Chriſticolarum, viſibilium, & inuiſibilium, hominum, animarum, & Angelorum) vniuerſaliſſimum caput Chriſtus eſt, propter quod dicit Paulus: n *In Chriſto omnes vnum ſumus*, id eſt, vnū corpus, & proinde Eccleſia vna. Specialiter autē pertinebāt fideles incircunciſi ad Eccleſiam ſpecialem vtique ad Eccleſiam Militantem in terris propter identitatem fidei palam profeſſæ, & proinde ad eandem Eccleſiam: quoniā cū vnum ſit paſsio entis, quæ conueniunt in entitate, conueniunt in vnitate, licèt in perfectionibus indibidualibus differant, vt homo & puer.

n *Ad Galat. 3.*

Ex his omnibus patet vnitatem ſubſtantialem Eccleſiæ non eſſe vnitatem ordinis, vt voluit Albertus Pighius, ſed vnitatem identitatis formalis. Licèt enim ſubordinatio Eccleſiæ ad vnum caput viſibile importet vnitatem in ipſa Eccleſia, & iſta vnitas ſit vnitas ordinis, vt potè conſiſtēs in hoc, quod omnes ordinamur, & ſubordinamur ad vnum, iſta tamē vnitas non eſt primæua & ſubſtantialis in corpore Eccleſiæ, ſed tantum accidentalis, & perfectiua; nā ſubſtantialis vnitas tantū ab vnitate fidei interioris, palam profeſsæ pendet.

## CAPVT QVARTVM.

### Reſpondetur argumentis 1. Capitis.

*Quo ſenſu dicatur eſſe plures Eccleſias.*

23 Sequitur vt argumenta contraria diluamus. Et in primis primū. Ad quod reſp. elogia illa intelligenda eſſe de Eccleſijs materialiter ſumptis, & indiuidualiter, quomodò Eccleſia Salmantina dicitur, & eſt alia à Toletana Eccleſia: non autem formaliter; quia ſicuti eſt vna fides omnium, ita vnitas Eccleſiæ: Vnde Auguſt. a *Flumen Dei*

a *Sup. id Pſal. 44.*

*Dei repletum eſt aquis, inquit. Quomodo vnum flumen ſi plura flumina? Scriptũ quippè eſt. Ioan. 7. Qui credit in me, flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Sed quomodo flumina, & vnus fluuius? quia propter vnitatẽ multi vnũ ſunt: multæ Eccleſiæ, & vna Eccleſia: multi fideles, & vna ſponſa Chriſti, ſic multa flumina, & vnus fluuius.*

24 Ad ſecundũ reſp. quòd materialiter loquendo vna Eccleſia præſtitit lucem alteri, ſicut vnus fidelium inſtruit alios fideles. At ſicuti participatione vnius ſpeciei plures homines ſunt vnus homo, tam qui generant, quàm qui generantur ab ipſis: ita participatione vnius fidei omnes Eccleſiæ ſunt vna Eccleſia.

*Plures Eccleſiæ ſũt vna Eccleſia.*

25 Ad tertiũ reſp. Eccleſiam gentium obſeruantium legem naturæ, nõ fuiſſe ſubſtantialiter aliam ab Eccleſia fidelium circumciſorum, cum vna eſſet fides omnium: ſed fuiſſe accidentaliter aliam, & vtramque recepiſſe à Chriſto vnionem ſpecialiter perfectiuam ſeruatam ad legem gratiæ.

*Eccleſia legis naturæ non ſubſtantialiter, ſed accidentaliter differt ab Eccleſia legis gratiæ.*

26 Ad quartũ reſp. quod vnitas eorum, qui tantum per ordinem ſunt vnum, vt populus, & exercitus poteſt fundari in vnitate legis præciſſe. Cæterum non eorum qui ſunt vnum per vnitatem formæ intrenſecæ, vt Eccleſia per vnitatem fidei.

*Eccleſia non tãtum eſt vna vnitate ordinis, ſed vnitate formæ.*

27 Ad quintũ reſp. negando Eccleſiam Græcam, eſſe veram Eccleſiam, quia non ſolum ſchiſmatica eſt, ſed etiam hæretica: Tum propter alios errores: tũ etiam ſaltem, quia negant Chriſtum reliquiſſe Summum Pontificem in terra, cui ab omnibus ſit obediendum. Excipio rudes inuincibiliter ignorantes (ſi qui iam ſunt aut eſſe poſſunt) huiuſmodi dogmata. Hi enim habentes veram fidem implicite ſunt de Eccleſia Latina, & ita ſaluari poſſunt.

*Eccleſia Græca nõ eſt vera Eccleſia.*

28 Ad ſextum reſp. quod cum dixit Chriſtus, *alias oues habeo*: vel fuit loquutus per anticipationem, quaſi dixiſſet, habiturus ſum: vel loquebatur de materiali ouili, & de ouibus indiuidualiter ſumptis.

*Fideles appellantur oues.*

Hinc fracti manent conatus Henrici VIII. Regis Angliæ. Si enim Eccleſia eſt vna, & non plures, conſequens eſt, vt caput eius ſupremum tantum poſſit eſſe vnum, & non plura. Propter quod dixit Paulus ad fideles conuerſus, *b Deſpondi enim vos vni viro*: id eſt, vni tantum, & non multis. Neque id latere potuit: Henricum, ſed libidine imperãdi, vtroque enſe, ſuperatus, ſuccubuit deceptioni illi[illegible] qua inquit Cyprianus, *c Videns inimicus idola derelicta, excogitauit nouam fraudem, hæreſes inuenit, & ſchiſmata, quibus ſubuerteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet vnitatem.* Et alibi, *d Neque enim aliunde hæreſes obortæ ſũt, quàm inde quod non vnus in Eccleſia Sacerdos, & iudex vice Chriſti cogitetur.* Hoc igitur dolo deceptus Henricus VIII. recuſauit admittere vnicum in Eccleſia Dei Sacerdotem, & iudicem, & tot voluit eſſe Pontifices, quot regna; vt ſibi in diſtributione illa aliqua pars bona obtingeret. Sed de his multa ſuo loco; vtique in tractatu de Romano Pontifice.

*b 2. Cor. 11. ver. 2.*
*c Lib. de vnitate Eccleſiæ.*
*d Idem Epiſt. 53. ad Cornelium.*

## DVBIVM VIGESIMVM.

### Vtrùm Eccleſia ſit ſancta?

### *SVMMARIVM.*

1 *Arg. 1. à parte negatiua.*
2 *Arg. 2. à parte negatiua.*
3 *Occurritur argumento ſed recluditur occurſus.*
4 *Arg. 3. à parte negatiua.*
5 *Arg. 4. à parte negatiua.*
6 *Eccleſiam ſanctam prædicant ſcripturæ & Concilia.*
7 *Id etiam Patres clamant.*
8 *Ly ſanctum multifariam apud ſacras literas.*
9 *Ratione oſtenditur Eccleſiam eſſe ſanctam.*
10 *Attributum ſanctitatis præcipuè cõ*

*uenit*

*uenit Eccleſiæ pro lege gratiæ.*
11 Cur Chriſtus *dicatur agnus occiſſus ab origine mundi?*
12 *Nota pro Euchariſtia.*
13 Reſp. 1. *Arg. 1. capitis homines per naturam mendaces fieri, per gratiam veridicos.*
14 Ad *ſecundum argumentum reſp. per figuram ſynedochem.*
15 *In quo Raab fuit* Eccleſiæ *ſymbolū?*
16 *Reſp. 3. arg. quod tribus acceptionibus ſanctitatis* Eccleſia *fuit ſancta tempore primorum parentū.*
17 Eccleſia *eſt ſancta ad modum quo reſpublica eſt bona.*
18 Eccleſia *eſt ſancta ad modum quo eſt fortis exercitus.*
19 *Eccleſia eſt ſancta multiformi ſanctitate.*
20 *In quo ſenſu corpus* Eccleſiæ *comparetur corpori humano?*

# CAPVT PRIMVM.

## Argumenta partis negatiuæ.

1 Arg. 1. à part. negatiua. A Parte negatiua illud in primis eſſe videtur, quod vt inquit Paulus, *a Eſt Deus verax, omnis autem homo mendax*. Sed nomine, *Omnis homo*, venit intelligenda hominum cōgregatio. Igitur nulla eſſe poteſt, quæ ſit ſancta; quoniam aliàs non eſſet mendax. a *Roma.* 3.

Arg. 2. à part. negatiua. 2 Deinde Eccleſia, non ſemel notatur in ſacris literis nomine meretricis; vt obſeruauit Baſilius, *b* explicās illud Iſaiæ. *c Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis?* quod elogium (inquit) intelligendum eſſe de Eccleſia. Cum ergo meretrix longe à ſanctitate ſit, conſequens eſt quod Eccleſia ſancta non extiterit, pro illo ſaltem tempore quo meretrix facta fuit. b *Sup. Eſaiæ.* 1. c *Eſaiæ.* 1.

Occurritur argum. ſed recluditur occurſus. 3 Nec valet ſi dixeris, quod Baſilius eo loci eximit *E*ccleſiam noſtram à nota meretricis, notando quod verbum iſtud intelligendum non venit de Eccleſia noſtra. Non inquam valet, quoniam ſaltem inquit, intelligendum eſſe de *E*ccleſia: & ita intelligendum iri; vel ipſe contextus demoſtrat, & verba ipſa elogij, ſiquidem procedunt contra ciuitatem fidelē, id eſt, contra congregationem fidelem, quæ nihil aliud eſt quam *E*ccleſia, & de iſta dicitur, quod facta eſt meretrix. His fauet Ambroſ. *d* inquiens, quod aliquando per meretricē *E*ccleſia figurata eſt. d *Sup. Lucæ* 1.

Arg. 3. à parte negatiua. 4 Tertiò: Primi parētes dū adhuc in peccato erant, *E*ccleſiam vndiq; repræſentabant, & in ipſis ſolis *E*ccleſia permanebat, vtique quia tunc temporis erat *E*ccleſia viſibilis, & præter illos nullus homo erat in mundo. Ergo ſignum eſt quod Eccleſia aliquando fuerit non ſancta, ſaltem tempore illo: & proinde quod ſanctitas non ſit proprietas Eccleſiæ.

Arg. 4. à parte negatiua. 5 Denique intra *E*ccleſiam ſunt multa membra putrida, hoc eſt, multi fideles grauiſsimis ſceleribus irretiti: vt ex profeſſo ſupra oſtenſum eſt. Ergo cum bonitas, nedum ſanctitas & perfectio, conſurgere non poſsit niſi ex integra cauſa, conſequens eſt, quod Eccleſia huiuſmodi peccatoribus laborans, non poſſit eſſe ſancta. Sanè ſi corpus hominis aliqua grauiſsima ęgritudine laboraret, nequaquam poſſet dici valens, aut ſanum, ſed ægrotum potius, & morbidum: Cum ergo Eccleſiæ corpus ſit ad inſtar corporis humani, vt non ſemel Paulus monuit, conſequens eſt, vt quamdiu laborauerit ſceleratiſsimis peccatoribus, non poſsit dici ſanctum, ſed ſceleratum potius, & proinde quod neque Eccleſia verè, & re ipſa ſit ſancta.

CAPVT

# CAPVT SECVNDVM.

## Aſſeritur de fide pars affirmatiua,

*Eccleſiā ſanctam prædicāt ſcripturæ, & Cōcilia.*

6 AFfirmatiua pars nihilominus definita eſt in Cōcilio Nizeno, dum dicitur, a *Credo ſanctam Eccleſiam*, & in Concilio Lateranen. & in extrauaganti Bonifacij Octaui, b quæ incipit *vnam ſanctam*: & ſingulariter corroboratur à Fabiano c Papa, & etiam à Sixto primo. d Et iure quidèm ſic diffinita, & confirmata eſt, quia crebro in ſacris literis Eccleſia ortho doxa appellatur, *Colūba, ſponſa Dei, amica, regina, regnū cælorū*, & ſimilia epiteta metaphorice ſignificantia egregium ſanctitatis culmen, vt late proſequitur circa rem iſtam Cardinalis Turrecremata, e & ante illum Albarus Pelagius, f Item ſcriptum eſt, g *Replebimur in bonis domus tuæ, ſanctum eſt templum tuum, mirabile in æquitate*: & iterum: h *Domum tuam, decet ſanctitudo in longitudine dierum*: & alibi: i *Quam pulchra es amica mea!* & ex illo Eſaiæ, K *Vocabūt eum populus ſanctus, redemptus à Domino*, & Oſeæ, l *Deſponſabo te mihi in ſempiternū in iuſtitia, & iudicio, in miſericordia, & miſerationibus, & in fide*, & alibi. m *Templum Dei ſanctum quod eſtis vos: & alibi. Vos autem genus electum, gens ſancta.*

*Id etiam Patres clamant.*

7 Sancti etiam Patres: id ipſum ſcriptis ſuis illuſtrant in hunc modum. Irenæus. o *Vbi Eccleſia, ibi ſpiritus, & vbi ſpiritus Dei, ibi Eccleſia, & omnis gratia.* Origenes, p *Eccleſia ſit deſiderans Chriſto coniungi, Eccleſiam autem cœtum omnium aduerte ſanctorum.* Baſilius, q *Eccleſiam appellatione ſibi aſciſcit in familiaritatem, dum filiam appellat, ac ſi per charitatem genniſſet eam.* Ambroſ. r *Sacrarium Trinitatis, ſanctitatis domicilium Eccleſia ſancta, in qua refulget cæleſtis aula.* Hieronymus, s *Eſt Eccleſia ſanctorum congregatio iuſtorum.* Auguſtinus, t *Eccleſia ſanctorum Eccleſia Catholica eſt.* Gregorius Magnus, v *Sola Eccleſia Catholica eſt per quam libenter Dominus ſacrificium acceptat, ſola quæ pro errantibus fiducialiter intercedit.* Bernardus denique, x *Eccleſia ſecum habet conſilium, & ſpiritum ſponſi, & Dei ſui, cui dilectus inter vbera commoratur; ipſam cordis ſui ſedem principaliter poſſidens, & conſeruans.*

*Ly ſanctū multifariam apud ſacras literas.*

8 Ratio efficaciſsima etiam à parte iſta eſt. Sed antequam illam in formam producamus ſciendum eſt, quod ly *Sanctum*, multipliciter vſurpatur in ſacris literis, aliquando ſignificat, idem quod Deo dicatum ſeu conſecratum, iuxta illud Deuter. i *Faciet te excelſiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, & gloriā ſuam, vt ſis populus ſanctus Domini Dei tui*: & iuxta illud Eſdræ K *Dixit eis, vos ſancti Domini, & vaſa ſancta, argētum oblatum Domino*, Sanctum præterea idem eſt, quod ſancte colendum, iuxta illud Exod. l *Cuſtodite ſabbatum meum, ſanctum enim eſt vobis.* Item idem quod veram habens fidem, iuxta illud. Pſalmi m *Pro hac orauit ad te omnis ſanctus*, & iuxta illud Pauli. n *Omnibus qui ſunt Romæ vocatis ſanctis.* Rurſum ſignificat idem quod ſanctificatum, iuxta illud Pſalm. o *Pſallite Domino ſancti eius*, & iterum. p *Loquetur pacem in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos.* Rurſus idem quod ſanctitatem ſignificans, iuxta illud Tobiæ, q *In ſancta conuerſatione permanſit*, & iuxta illud Petri, r *Conſiderantes in timore ſanctam conuerſationē.* Denique idem quod ſanctificans iuxta illud Eſaiæ. *Quod Seraphin clamabant Sanctus, Sanctus, Sanctus*, & iuxta illud Pauli, ſ *Talis decebat vt nobis eſſet Pontifex Sanctus.*

*Ratione oſtenditur Eccleſiam eſſe ſanctam.*

9 His poſsitis, argumētū à ratione petitū ſic poteſt confici: Eccleſia in ratione Eccleſiæ eſt res Deo dicata, & conſecrata, vt eius peculiaris populus ſanctuariū, & templū, vt vel ex ipſo Eccleſię nomine manifeſtū eſt. Ergo eſt ſancta ſaltem prima ſanctitatis acceptione. Secūdo Eccleſia eſt ſancte coleda, vt pote tēplum, domus, ſanctuarium Dei, & tandem res Deo dicata, & conſecrata, vt patet ex ſupradictis. Ergo eſt ſancta etiam iuxta ſecundam ſanctitatis acceptionem. Tertio Eccleſia eſt congregatio fidelium habentium & profitentium veram, ac ſynceram fidem diuinam, vt patet ex diffinitione illius,

de

---

a *In Symb. Lateran. in cap. firmiter.*
b *In extrauag.*
c *Epiſt. 3. ad Hicer.*
d *Epiſt. 3. decretali.*
e *Lib. 1. ſummæ cap. 33.*
f *Lib. 1. de planc. Eccleſiæ à c. 61*
g *Pſalm. 64.*
h *Pſalm. 92.*
i *Cant. 4.*
k *Eſai. 26.*
l *Oſeæ 2.*
m *1. Cor. 3.*
n *1. Petr. 2.*
o *Lib. 3. cap. 40*
p *Hom. 1. in Cantica.*
q *In pſalm. 44*
r *Lib. 3. Hexameron.*
s *In Pſalm. 101.*
t *In Pſalm. 150.*
v *Lib. 30. mor. capit. 6.*
x *Serm. 3. in vigilia Natiuitatis.*
i *26. num. 14.*
k *Eſdr. 1. c. 8. n. 28.*
l *Exod. 31. n. 14.*
m *Pſalm. 31.*
n *Rom. 1.*
o *Pſalm. 29.*
p *Pſalm. 104.*
q *Tobiæ 4.*
r *2. Petr. 3.*
ſ *Hebræor. 7.*

Digitized by Google

de qua ſupra, ergo etiam eſt ſancta iuxta tertiam ſanctitatis vſurpationem. Quarto Eccleſia & Deo grata, & amica illi, ac dilecta: iuxta illud Canticorũ. *t Quàm pulchra es amica mea.* & ad Epheſ. *v Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam ſuam, mundans eam, lauacro aquæ in verbo vitæ*. Ergo etiam eſt, ſancta ſecundum quartam & magis propriam ſanctitatis acceptionem. Quinto Eccleſia habet ſcripturas ſacras, traditiones Apoſtolicas, ſigna ſacra, & ſacrificia, præcepta poſsitiua, quibus conſtringit fideles ad colendos ſtatutos feſtorum dies, audiendam rem ſacram in eis, obſeruanda ieiunia indicta ſuis temporibus, & alia plura ſanctitatis ſigna, vt conciones ſacras, veſtes, vaſa & alia multa quæ ſenſibus patent. Ergo etiam eſt ſancta iuxta quintam ſanctitatis acceptionem. Denique Eccleſia habet Sacramenta, quæ ſunt ſigna practica ſanctitatis, & gratiæ ſanctificãtis nos, habet etiam leges diuinas iure diuino traditas, quibus fideles continet in officio, à peccatis præſeruat, & in bonis operibus exercet, & in gratia accepta adauget, quia *x Beati immaculati in via qui ambulant in lege Domini*, & quia *y Qui in lege eius meditatur die ac nocte, erit tamquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet, proſperabuntur.* Ergo etiam eſt ſancta iuxta vltimam ſanctitatis acceptionem.

*v Ep heſ.5.v.2*
*t Cant.4.*
*x Pſal.118.ver.1.*
*y Pſal.1.à ver.2.*

Attributum ſanctitatis præcipuè cõuenit Eccleſiæ pro lege gratiæ.

10 Eſt tamen in præſenti, vt in dubio præcedenti notandum, quod prærogatiua ſanctitatis verius, & vberius prædicanda venit, & intelligenda de Eccleſia ſecundum ſtatutum gratiæ, quàm ſecundùm reliquos ſtatus. Tum quià ſtatus iſte eſt ille, in quo ſuperabundauit gratia, adeo vt propter hoc ſibi vendicauerit nomen ſtatus gratiæ, in quo potiſsimum ſanctitas effloruit. Tũ quia ſeptiformis gratiæ ſpiritu afflata eſt, vt Cyprianus *z* notauit; & intulit ex pacto illo ſeptem mulierum quæ apud Eſaiam *a* gratia repellendi opprobrium ſuũ apprehẽdere conſtituerunt virum vnum in die illa, hoc eſt in die redemptionis. Spiritus autem ſeptiformis gratiæ, idem eſt, quòd gratia vniuerſa: quia numerus ſeptenarius vniuerſitatem, & perfectionem ſignificat, vt notauit Auguſtinus, *b* & probauit ex illo Prouerb. *c Septies in die cadit iuſtus*, id eſt, ſæpiſsime.

*z Lib.de exhortat.martyr.*
*a Eſai. 4.num.1*
*b Lib.11.de ciuit.cap.3.*
*c Proue.4.*

Cur Chriſtus dicatur agnus occiſus, ab origine mũdi.

11 Tum quia licet Eccleſia Chriſti ſecundum omnem ſuum ſtatum quodammodo ſanguine eius lota, & abluta fuerit, vt pote quod Chriſtus perhibetur agnus occiſus ab origine mundi: & in repræſentationem cruenti ſacrificij eius, quotidie in lege veteri, *d* duo immolabantur agniculi: id tamen contigit ei ſecundum præſcientiam, & præuiſsionem meritorum Chriſti, ob quæ collata ſunt omnia dona, & ornamenta gratiæ Patribus antiquis ſimpliciter tamen, & in exercitio pro tempore, tantùm legis gratiæ, maximè Eccleſia dealbata eſt in ſanguine Chriſti: quia tunc reipſa, & exiſtentia ipſa, *e Lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo*, & ita ornauit, vt *f quotquot in ſanguine eius baptizati ſumus, Chriſtum induamus*, iuxta Apoſtoli verbum. Et vt Gregorius noſter inquit. *g Quis ſit ſangnis agni, tam non audiendo, ſed bibendo didicimus, vnde vberiores effectus ab huiuſmodi fonte potamus.*

*d Numer. 28.*
*e Apoc.1.ver.5*
*f Ad Galat.3.num.27.*
*g Homil.22.in Euangelia.*

Nota pro Euchariſtia

12 Tùm denique, quoniam prædictiones illæ veteris Teſtamenti, quibus gratia repromittebatur fœliciſsimum iſtum Eccleſiæ ſtatum proſpiciebant, iuxta illud Zachariæ. *Ius iurandum, quod iurauit Abraham, & Patribus noſtris daturum ſe nobis, vt ſine timore de mãnu inimicorum noſtrorum, liberati ſeruiamus illi in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris.* Quare ad hoc vocati ſumus, vt *pie iuſte, & ſancte viuamus in hoc ſeculo*. Iuxta quæ monuit Paulus, *h* varijs in locis. Inde D. Thom. *i* & Doct. Nauarr. *k* oſtẽdũt quod propter ſanctitatem Eccleſiæ, orationes fidelium in peccato exiſtentium, & nomine Eccleſiæ deprecantium proſunt, & exaudiuntur. Non ſecus, ac Legatorum vota propter reuerentiam Regum; quorum legatione funguntur.

*Lucæ 10.*
*h 1. Ad Theſ.4 nu.7.1. Ad Timoth.2.num.12.*
*i In 4.ſent.d.45. art.1 q.3.*
*K Tom.2.c.19. de orat. & horis canonicis.con.4 nu.59.60.61. & nu.116.*

CAPVT

# CAPVT TERTIVM.

## Reſp. argum. partis negatiuæ.

Reſp. 1. arg. 1. c. homines per naturam mẽdaces, fieri per gratiam veridicos.

AD primum argumen. 1. cap. reſp. mendacitatem eſſe naturæ vitium, ſanctitatem verò gratiæ donum: & ideò qui per naturam laborat illo morbo, per gratiam poteſt gaudere dono iſto, maximè quòd verbum Pauli intelligendum venit, pro ſingulis hominum diuiſiuè, non autem pro congregatione illorum, qui in nomine Chriſti congregantur.

Ad 2. argu. reſp. per figuram ſynedoch.

14 Ad ſecundum reſp. quod ſi aliquid probaret, perinde etiam probaret ciuitatem illam non ſolum à ſanctitate, verum à fide excidiſſe: vt verè excidit; nam (vt inquit Baſilius) facta eſt meretrix ob repudiatum Dei verbum. Hoc autẽ nõ vrget contra ſanctitatẽ Eccleſiæ, quia præterquàm quòd modus ille loquendi venit intelligendus per figuram ſynedochem, id eſt, pars pro toto: adhuc etiam ſi vniuerſaliter intelligatur, non obſtat ſanctitati Eccleſiæ: quia illa ciuitas non erat tota Eccleſia, ſed pars, & membrum Eccleſiæ. Vnde ſicuti temporibus iſtis dicitur, quòd Eccleſia Anglicana, atque etiam Germanica corruerunt à fide, non quidem, quia omnes fideles à fide exciderint, ſed quia plurimi: & eſto omnes excidiſſent, adhuc tantùm ſequeretur, quod Eccleſiæ particulares à fide deſciuerint, ſalua tamen vniuerſalis Eccleſiæ ſanctitate; ita in præſenti.

In quo Raab fuit Eccleſiæ symbolũ

Reſp. 3. argum. quod tribus acceptionibus ſãctitatis Eccleſia fuit ſancta tempore primorum parentũ.

15 Ad illud autem, quod ex Ambroſio innuitur, reſp. ſententiam Ambroſij, & ſenſum illius tantùm eſſe, quòd ſicut arca Noe recipiens animalia munda & immunda figurauit Eccleſiam: ita Raab meretrix figurauit illam: vt pote (quod ait Ambroſ. a) *Multorum conuenarum copulam non recuſſat*: & ſubiungit. *Quòd Eccleſia quò pluribus coniunctior, eo eſt caſtior: caſta meretrix, vidua ſterilis, virgo fœcunda; meretrix quia à pluribus amatoribus frequentatur cum dilectionis illecebra, & ſine colluuione delicti: vidua ſterilis, quia viro parere non nouit abſenti; virgo fœcunda, quia genuit multos cum fructu amoris, & ſine vſu libidinis.*

a ... Lucæ 3.

16 Ad tertium reſp. Eccleſiam tunc temporis habuiſſe tres priores ſanctitatis ſpecies, de quibus capite præcedenti: & ita potuit appellari ſancta, maximè quia fidelis: ſiquidem, vt ex ſacris literis vidimus, & ſancti Patres *b* obſeruant ſæpè fidelibus datur ſanctitatis encomium.

*b Hier. to. 3. epiſtol. ad Paulinum. Tertul. in Monogamia. Chriſoſt. hom. 3. in 1. cap. Ioann. Auguſt. Pſal. 85*

Eccleſia eſt ſancta ad modum quo reſpublica eſt bona

17 Ad vltimum argum. reſp. Quod ſicut Ariſt. aſſerit reſpublica quælibet in tantum dicitur bona, vel mala, in quãtum habet bonas, vel malas leges, quibus ciues ſuos bonos, aut malos efficiat. Vnde inquit quod reſpublica mala in hoc differt à bona, quod iſta ſuis legibus conatur ciues ſuos bonos efficere, illa autem non ita. Quare cum Eccleſia Chriſti, non ſolùm habeat bonas, ſed etiam ſanctiſsimas leges, & vlterius enixè conetur efficere filios ſuos, non tantùm bonos, ſed etiam ſanctos, conſequens eſt, vt in omni rigore ſermonis dici debeat ſancta.

Eccleſia eſt ſancta admodũ quo eſt fortis exercitus.

Eccleſia eſt ſancta multiformi ſãctitate

18 Præterquam, quod ſicut exercitus benè inſtructus dicitur acies fortis, etiamſi contineat milites aliquos pauidos, & timidos, & ſicut Salmantinorum Academia dicitur vbique terrarum ſcientiarum Princeps, & omni literatura ſcientiſsima, quia continet magiſtros, & moderatores ſcientiſsimos inſtruentes quantum eſt de ſe in omni literatura ſuos alumnos, etiam ſi aliqui illorũ, vel ſint ingenio tardi, vel debita applicatione corrupti, aut omnino deſides: & ſicut area frumenti dicitur ſpecioſa, & pretioſa, etiamſi non tantùm granis, ſed etiam palleis conſtet: ita Eccleſia Chriſti ſancta dicẽda venit: Tùm propter ſanctorum communionem: Tùm propter legum præſtantiam, atque ſanctitatem, Tùm propter ſanctitatis inſignia, & propter innumera alia capite præcedenti propoſita: etiamſi intra ſanctorum multitudinem contineat ſceleratorum fidelium non minimam quantitatem. Propter hoc

enim

Digitized by Google

enim quilibet religioſorum conuentus ſanctus appellatur, etiam ſi illorum ſinguli ſancti non ſit, imò etiam ſi illorum aliqui diſcoli inueniantur.

Neque obeſt, quod Eccleſiæ corpus conferatur à Paulo cum humano corpore, vt obijcit argumentum. Quia huiuſmodi comparatio tantùm eſt reſpectu vnitatis, & diuerſitatis membrorum, & munerum, vt pote, quia (inquit Paulus) *Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto; alter vero alterius membra.* Quare ſimilitudo non tenet in omnibus.

# DVBIVM VIGESIMVM PRIMVM.

## *Vtrùm Eccleſia ſit Catholica?*

### *SVMMARIVM.*

1 Cur Epiſtolæ canonicæ appellantur catholicæ, & quid ſit ly catholica?
2 Arg. 1. à parte negatiua.
3 Arg. 2. à parte negatiua.
4 *Arg. 3. à parte negatiua.*
5 *Arg. 4. à parte negatiua.*
6 Arg 5. à parte negatiua.
7 *Oſtenditur de fide pars affirmatiua.*
8 Eccleſia Chriſti *per totum orbem diffunditur.*
9 *Eccleſia Chriſti eſt vniuerſalis etiā quoad tempus.*
10 Eccleſia *eſt vniuerſalis etiā quoad omnes conditiones gentium.*
11 Eccleſia *ob multa dicitur catholica.*
12 *Adhuc in genere doctrinæ* Eccleſia *eſt vniuerſalis.*
13 *Cur Eccleſia dicatur catholica ſecundum Cirylum?*
14 Eccleſiā *eſſe Catholicam maximè competit Eccleſiæ in lege gratiæ.*
15 *Reſp. 1. arg. 1. capitis, Eccleſiam omni tempore late patuiſſe.*
16 *Reſp. 2. arg. 1. capitis,* Eccleſiam *iuxta conſtitutiones ſuas omnibus patere debuiſſe.*
17 *Reſp. 3. arg. 1. capitis, Eccleſiæ vniuerſalitatem non eſſentialiter coſiſtere in vniuerſitate locorū, aut perſonarum in re ſed in virtute*
18 *Patres nihil aduerſum docuerunt.*
19 *Reſp. vlt. arg. 1. capitis quod malorum multitudo quantacunque ſit adhuc vniuerſalis dici non poteſt.*

*1 Cur epiſtolæ canonicæ appellētur catholicæ? & quid ſit ly catholica?*

PRo intelligentia tituli notandum eſt cū Aug.[a] & Iſidor.[b] quod ly *Catholicus*, eſt dictio Græca, ſignificans idem quòd vniuerſale, vel generale: quia Græci vniuerſale *Katolicon* vocant, vtpote quod *Katha* idem eſt, quod circa, & *Holos* idē quod totū. Vnde Epiſtolæ Petri, Iacobi, & Ioannis dicuntur catholicæ, id eſt, vniuerſales, quia non deſtinatæ ad aliquam prouinciam, vel rempublicam in particulari, vt Epiſtolæ Pauli ſed vniuerſaliter ad omnes fideles.

*a Tract. de catholica veritate.*
*b Lib. 7. ethym. cap. 14.*

# CAPVT PRIMVM.

## Argumenta partis negatiuæ.

*2 Arg. 1. à parte negatiua.*

A Parte negatiua huius dubij illud in primis eſt, quòd Eccleſia ſemper fuit vna, vt patet ex dubio; & tamē 16 non ſemper fuit vniuerſalis, vtpote quòd aliquando in ſola Iudæa notus erat *Deus*.[a] Ergo non eſt proprietas eius quòd ſit vniuerſalis.

*a Pſal. 75.*

*3 Arg. 2. à parte negatiua.*

3 Deinde antequam Apoſtoli proficiſcerentur ad prædicandum Euangeliū & diſſeminandam fidē per orbem, Eccleſia non erat diffuſa per orbem, ſed tātum diffundenda. Ergo non erat vniuerſalis, & proinde neque catholica, atque adeò non eſt eius proprietas quòd ſit catholica.

*Arg. 3. à parte negatiua.*

4 Tertiò, tēpore Hilarij, & Athanaſij Eccleſia Chriſti ad tātas anguſtias redacta eſt, vt ſolū in latebris, & cauernis inueniretur, iuxta quæ ipſe Hilarius,[b] aſſerit. & in tribus tātū Epiſcopis (Athanaſio, videlicet Alexādrino Hilario Pictauienſi, & Liberio Romano Pontifice) aſſertio catholicæ fidei conſiſtere videretur: teſte Hieronymo:[c] qui etiam ingemuit in hunc modum. *Ingemuit totus orbis: & ſe Arrianum eſſe admiratus eſt.* Non ergo Eccleſia Chriſti tunc temporis vniuerſalis erat, ſed potius particularis, & admodum ſingularis.

*Arg. 4. à parte negatiua*

*b Lib. contra Auxentiū circa finē*
*c Dialog. contra Luciferianos*



Digitized by Google

*d epiſt. 69. & 70* *e Serm. 33. in Cãtica.* *f Homil. 49. in Matth.* *g Cap. quamuis diſtinct. 21.*

5 His accedit, quod tàm Baſilius, quam etiam Bernardus d e ita deplorant vitia ſuorum temporum, vt ſatis oſtendant omnes declinaſſe in viam ſuam, & nihil, aut propè nihil Eccleſiæ catholicæ apud eos reliquum fuiſſe. Chryſoſtomus f etiam ait interdum nullum eſſe veſtigium, ſeu viſibile ſignum, quo dignoſci & diſcerni Eccleſia Chriſti valeat. Signum ergo eſt, quòd interdum Eccleſia Chriſti vniuerſalis non eſt, & proinde neque catholica. — Arg. 4. à parte negatiua. Argu. 5. à parte negatiua

6 Denique Satanas vbique terrarum, & vbiq; locorum ſua habet membra, conuenticula, dogmata, & organa, & proinde cœtum vniuerſalē. At nõ propterea diabolici cœtus catholici ſunt. Ergo etiã ſi Eccleſia Chriſti vniuerſalis ſit, non perinde ſequitur quod ſit Catholica. His accedit quod Eccleſiæ particulares appellantur catholicæ in decretis Pontificum. g Ergo Eccleſia Chriſti, non ideò eſt Catholica, quia vniuerſalis.

## CAPVT SECVNDVM.

### Aſſeritur de fide pars affirmatiua.

*Oſtenditur de fide pars affirmatiua.*

7 His tamen non obſtantibus fidei dogma eſt pars affirmatiua quæſtionis. Et patet in primis ex illis verbis ſymboli, *Et vnam ſanctam Eccleſiam Catholicam.* Patet etiam ex eo quòd forma conſtitutiua Eccleſiæ eſt fides diuina, vt ſupra vidimus. At huiuſmodi fides eſt catholica, ſeu vniuerſalis. Tum quia plantata, & diſſeminata per orbem, & apud omnes gentes: iuxta illud Pſalmi: *a In omnem terram exiuit ſonus eorum.* Tũ quia ſemper extitit vna apud omnes, ſecundum illud Pauli: *b Vnus Dominus, vna fides.* Vnde ipſe Apoſtolus vocat illam *c fidem communem.* Tum quia (vt dicit *Boetius d præcepta illius non vni genti tantum, ſicut lex Moyſis, ſed omnibus gentibus ſunt propoſita.* Tùm quia ita vniuerſaliter vera eſt, vt nihil falſitatis, aut etiam iniquitatis ei admiſceatur, vt quotidie, tàm hæreticorum, quàm etiam gentiliũ ſectis admiſcentur. Propter quod in Pſalmo ſcriptum eſt, *e Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua.* Et iterum. *In æternum Domine verbum tuum permanet in cælo, in generatione & generationem veritas tua.* Quare illi Chriſtianorũ dicuntur Catholici, qui vniuerſam amplexantur fidem. Cum igitur conſtitutum correſpondere debeat ſuo formali conſtitutiuo, conſequens eſt, quòd ſi fides conſtitutiua Eccleſiæ eſt Catholica & vniuerſalis, quòd ipſa Eccleſia cõſtituta Catholica & vniuerſalis ſit.

*Supr. dub. 13.* *a Pſalm. 18.* *b Ad Epheſ. 4. n. 5.* *c Ad Tit. 1. nu. 4* *d Boet. li. de Trinitate in princ.* *e Pſalm. 118.*

8 Tertio etiã patet ex eo, quòd Eccleſia Chriſti per totum orbem diffuſa, & diſſeminata eſt, vt Aug. f multis ſacræ paginæ verbis varijs in locis ex profeſſo oſtendit: præcipuè tamen ex illis Geneſis, g *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes:* & ex illis Pſalmi. h *Conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ, & adorabunt in conſpectu eius, & ipſe dominabitur gentium:* & ex illo Eſaiæ, *i Vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur.* Vbi Auguſtin. legit *Orbis terrarum.* Et ex illo Matthæi *K Prædicabitur Euangelium hoc in vniuerſo mundo.* Et ex illo eiuſdem, *l Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangeliũ omni creaturæ.* Et ex illo Lucæ, *m Oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes.* Et tandem ex illo actorum, *Eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.* Eccleſia ergo Chriſti vniuerſalis eſt, & proinde Catholica.

*Eccleſia Chriſti per totũ orbẽ diffunditur* *Eccleſia Chriſti eſt vniuerſalis etiam quoad tẽpus.*

*f Lib. de vnitate Eccleſiæ cõtra Donatiſtas idem epiſtola 170. idem ſermone 131. & 151 de tempo. & lib. 2 contra Petil. c. 38* *g Gen. 22.* *h Pſalm. 121.* *i Eſaiæ. 62.* *K Matth. 24.* *l Matth. vltim.* *m Lucæ 24.*

9 Quartò patet ex eo quod Eccleſia eſt vniuerſalis quantum ad omne tempus, ſiquidem & cœpit ab initio mundi, & non deſſiciet vſque ad mundi exitum, vt ſupra oſtenſum eſt, & conſtat ex illo Matthæi, *n Ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Et ex illo eiuſdem, *o Non præteribit generatio hæc donec omnia fiant.* Id eſt, vt interpretatur Chryſoſtomus, p generatio fidelium. Sed id quod ambit omne tempus vniuerſale eſt ſecundum rationem temporis. Ergo etiam Eccleſia in hoc vniuerſalis eſt.

*Sup. dub. 16. & 17.* *n Matth. vltim.* *o Matth. 5.* *p Ibidem.*

*Eccleſia eſt vniuerſalis etiam quoad omnes conditiones gentium.*

10 Quinto patet ex eo quòd Eccleſia Chriſti, non ſolum quantum ad omnẽ locũ & tempus, ſed etiam quantùm ad omnes gentes, & gentiũ conditiones vniuerſalis eſt: vt conſtat, Tũ ex illo Actor. q *In veritate cõperi quod non eſt acceptor perſonarum Deus, ſed in omni gente, qui timet Deum, & facit iuſtitiam acceptus*

*q Actor. 10.*

eſt

eſt illi. Et ex illo Pauli, r *Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci.* Et ex illo eiuſdem, s *Vbi non eſt Gentilis, & Iudæus, circunciſio, & præputium, barbarus, & Scita, ſeruus, & liber ſed in omnibus Chriſtus.* Ac denique ex illo Apocalyp. t *Redimiſſti nos Deus in ſanguine tuo, ex omni lingua, & tribu, & populo, & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnum.* Eccleſia ergo Chriſti vniuerſalis eſt, ſiquidem vniuerſos complectitur, & ad vniuerſos ſe extendit.

r *Roman.* 10.
s *Ad Coloſ.* 3.
t *Apocal.* 5.

Eccleſia ob multa dicitur catholica.

11 Sexto patet ex eo, quòd Eccleſia Chriſti poteſt dici vniuerſalis. Tùm ex eo, quòd non priuatè vniuſcuiuſque iudicio innititur, ſed potius vniuerſali conſenſu, & communi, ac generali regula fidei fundatur, vt latè proſequuntur, tàm Cyprianus, v quàm Auguſtinus. x Tùm quia perpetua, & vniuerſali traditione accepta eſt, iuxta illud Pſalmi, *In generatione & generationem veritas tua.* Id eſt, Eccleſiæ dogmata non ſunt humana inuenta, quæ nouiter fundantur, & proponuntur; ſed ſunt veritates irrefragabiles à ſeculo & in ſeculo permanentes.

v *Lib.* 1. *c. Epiſt.* 3.
x *Lib.* 12. *confeſ. cap.* 25.

Adhuc in genere doctrinæ Eccleſia eſt vniuerſalis.

12 Deniq; patet ex eo, quod Eccleſia Chriſti vniuerſalis eſt, tàm in doctrina ſpeculatiua (ſecundum quam purgantur mentes) quàm etiam in doctrina practica, ſecundum quam repurgantur affectus, & peccata expelluntur. Etenim contra errores, & ignorantias intellectus inſtruit homines de cœleſtibus & inuiſibilibus; & contra peccatorum lethiferas ægritudines adhibet illis omne genus medicamenti, tàm regeneratiui, quàm ſanatiui; atque etiam præſeruatiui, vt patet in Sacramentorum applicatione, ac prædicationum efficacitate, quæ ſunt cauſa gratiæ perficientis animam, præſeruantis, atq; monentis. Eſt ſiquidem Eccleſia hortus ille, omni ligno pulchro, & ad veſcendum ſuaui, & adhuc ipſo vitæ ligno conſito, in quo ſponſus, vtiq; Deus habitat. y

y *Geneſ.* 2. 9. & *Cantic.* 8. 13.

Cur Eccleſia dicatur Catholica ſecundũ Cyrillũ.

13 Has ferè omnes rationes vniuerſalitatis mirè complexus eſt Cyrillus Hieroſolymitanus z qui dùm interpretatur illud Pſalmi, *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam,* inquit, *Eccleſia dicitur catholica, quia à finibus terræ vſque ad fines pertingit: & quia docet generaliter, & perfectè quæcunque dogmata ſcire oportet, de his quæ videntur, quæque non videntur de cœleſtibus, & terrenis: & quia omne genus hominum ſubijcit religioni, tùm poteſtates, & magiſtratus, tùm priuatos: & quia vniuerſaliter curat omne genus peccati, quod per animam & corpus conſummatur: & quia continet in ſe omnem ſpeciem, & formam virtutis in operibus, in ſermonibus, & varijs chariſmatibus.* Ferè eaſdem rationes tetigit Iſidorus, a & latius proſequitur Cardinalis Turrecrem. b Breuiſsime tamen complexatur eas Driedo, c ita inquiens, *Eccleſia appellatur Catholica, id eſt, vniuerſalis, generaliter extendens palmites ſuos, in quælibet loca, & tempora præterita præſentia, & futura, ſecundum ſeriem ſucceſsionis naſcentium, & deſcendentium continuata, ſub vno duce inuiſibili Deo in vnitate fidei, & religionis.* Videri poſſunt circa rem iſtam Vincẽtius Lirinen. d Oſius, e Card. Turrecremata, f & Turrianus. g

z *Catecheſi* 18. *Pſalmi* 2.
a *Lib.* 1. *de diuin. officijs.*
b *Lib.* 1. *ſummæ de Eccleſia c.* 13.
c *Lib.* 4. *de dogmatibus c.* 2, *pa.* 2 *fol.* 213.
d *Lib. contra hæreſ. nouitates.*
e *Lib.* 1. *de ſymbolo.*
f *Vbi ſup.*
g *Cap.* 6. *de Eccleſia.*

Eccleſiã eſſe catholicã maximè competit Eccleſiæ in lege gratiæ.

14. Sed eſt hic obſeruandum, vt in dubijs alijs præcedentibus proprietatem iſtam propriè, & perfectè conuenire Eccleſiæ in ſtatu legis gratiæ: vt colligi poteſt ex vltimis probationibus modò inductis, & etiam ex eo quòd ad tempus iſtud pertinebat pollicitatio illa pſalmi: h *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion*, id eſt, ſceptrum potentiæ tuæ, quod cœpit in Sion, ad reliquas mundi partes manabit, ita vt extendat Dominus terminos regni tui vſque ad extremos mundi fines. Et deniquè ex eo, quòd Eccleſia ante Chriſti aduentum, licèt verè erat Catholica, & vniuerſalis ſecundum proprietates aliquas, maximè ſecundum relatas in probatione ſecunda; non tamen ſecundum omnes prædictas in reliquis probationibus: aut ſaltem non ſecundum eamdem proprietatem ſermonis.

h *Pſalm.* 109. 5.

(***)



Digitized by Google

# CAPVT TERTIVM.

## Reſp. argumentis primi capitis.

15 AD Argumenta pro contraria parte adducta reſpondendo dico ad primum. Quòd Eccleſia vniuerſalitate fidei, loci, temporis, & perſonarum, ſemper fuit Catholica: quia eadem fides omnium, vtpotè diuina, eidē teſtimonio & authoritati innitens, videlicet Dei reuelantis: & omnibus pro omni loco, & tempore patuit acceſſus ad eam. Quare licet Iudæorum populus maiorem & magis perfectam cognitionem Dei fuiſſet aſſequutus, vtpotè quòd Deus ipſe a multifariam multiſquê modis loquebatur ad eos in Prophetis: adhuc tamen apud non Iudæos ſeruantes legem naturæ vigebat vera fides, vt planè viguit in Iob. Et ipſi philoſophi gentiles non mediocrem de Deo notitiam ſunt aſſequuti, dicente Paulo, b *Qui cũ Deum cognouiſſent, &c.* & *Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt illis.*

a Hebræor. 1.

b Roman. 1.

Reſp. 1. arg. 1. capitis Eccleſiã omni tempore late patuiſſe.

16 Ad ſecundum reſp. quod licèt Eccleſia Chriſti non haberet tunc temporis eandem dilatationis vniuerſitatem, quam poſtea in actu exercito: habebat tamen illam in actu primo; quia ſecundum conſtitutiones, & leges illius erat illico dilatanda, & diſſeminanda per orbem. Tunc enim, c *A ſolis ortu vſq; ad occaſum laudabile nomen Domini.* Id eſt, proximè laudandum, & implendum illud Malachiæ, d *Ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meũ in gentibus.*

c Pſalm. 112.

d Malach. 1.

Reſp. 2. arg. 1. c. Eccleſiã iuxta cõſtitutiones ſuas omnibus pateredebuiſſe.

17 Ad tertium reſp. 1. Quòd etiam ſi tunc temporis non habuiſſet Eccleſia, aut non retinuiſſet vniuerſitatem ſuam, quantum ad proprietatem dilatationis, retinuit tamen quantum ad alias recenſitas in præcedenti capite: & iſtæ ſufficiunt ad denominandam catholicam, vtpotè primorum parentum, & diluuij tempore.

Secundò quòd licet tres tantùm Doctores catholici numerentur tanquã vniuerſales fidei propugnatores, ex ſimplicibus tamen fidelibus non dubium eſt quin poſſent numerari quàm plurimi: ſiquidē illorũ populus vel minimũ curat de dogmatibus nouiter diffinitis in Concilijs, aut conciliabulis: & ita retinent priſtinam, & ſynceram fidem. Neque his obſtat teſtimonium Hieronymi, tùm quoniam intelligendum eſt per figuram ſynedochem, vtiq; quod magnam partem orbis vocauerit totum orbem: tum quia dum ait, quod totus orbis miratus eſt ſe Arrianum eſſe, planê indicauit, quod non per malitiam & pertinaciam, ſed potius per ignorantiam in Arrianum dogma conceſsiſſet.

Reſp. 3. arg 1. capi. Eccleſiæ vniuerſalitatem nõ eſſentialiter conſiſtere in vniuerſitate locorum, aut perſonarũ, in re. ſed in virtute.

18 Ad reliquos Patres reſp. Baſilium tantum deplorare preſſuram Eccleſiæ propter hæreticorum infeſtationem. Bernardum non reprehendiſſe errores contra fidem, ſed vitia contra charitatem. Chryſoſtomus autem (ſi modò ille Chryſoſtomus eſt, opus enim Imperfecti redolet authorem Arrianum) loquitur per figuram ſynedochem.

Patres nihil aduerſum docuerint.

19 Ad vltimum reſp. quod cum diabolo militantium non ſit vna ratio communis, ſed potius diuerſa pro perſonarum, temporum, occaſionum, ac locorum diuerſitate; imò ſæpe ſæpius aduerſa pro contentionum ac diſſenſionum aduerſitate, ideò non poteſt malorum cœtus, & vniuerſitas dici catholica. Ad illud ex Decretis reſp. Quòd ſicut quilibet fidelium in particulari appellatur catholicus, nõ quia formaliter ſit vniuerſalis, ſed quia retinet formã cõmunẽ: ita & quælibet Eccleſia particularis iure poteſt dici catholica: licet huiuſmodi proprietas ſedem legitimam habeat in ſola communi Eccleſia, quæ reliquis particularibus dogmata præbet.

Reſp. vltim. arg. 1. c. quod malorũ multitudo, quantacunq; ſit, adhuc vniuerſalis dici nõ poteſt.

# DVBIVM VIGESIMVM SECVNDVM:

## *Vtrùm Eccleſia Chriſti ſit Apoſtolica?*

## *SVMMARIVM.*

1 *Ex quo Eccleſia cœpit dici Apoſtolica*
2 *Cur Eccleſia dicatur Apoſtolica?*
3 *Cur Apoſtoli dicantur fundamenta Eccleſiæ.*
4 *Eccleſia accepit fidem ab Apoſtolis.*
5 *Eccleſia fidem tenet Apoſtolorum.*
6 *Apoſtolica traditione Eccleſia edocta eſt.*
7 *Quid ſit ly Apoſtolicum?*
8 *Cur dicatur de Eccleſia, quod deſcendit de cœlo.*
9 *Eccleſia dicitur fundata ſupra Chriſtum, & ſupra Prophetas.*
10 *Benedictini potiores Eccleſiæ prouincias ad fidem adduxerunt.*
11 *Inſtituta Eccleſiæ omnia diuina & Euangelica.*
12 *Plures Eccleſiæ particulares dicuntur Apoſtolicæ.*
13 *Quomodò Apoſtoli dicantur fundamenta Eccleſiæ, cùm Chriſtus ſit vnicum fundamentum illius?*
14 *Chriſtus eſt primum & ſummum Eccleſiæ fundamentum, Apoſtoli ſecundaria fundamenta.*
15 *Cur Eccleſia non dicatur prophetica, ſed Apoſtolica?*
16 *Videtur Apoſtolos vniuerſum orbem peragraſſe.*
17 *Quando Hieroſolimytanũ excidium accidit.*
18 *Aſſerunt plures quòd Apoſtoli non vniuerſam terram peragrarunt.*
19 *Pluries ſacræ literæ vtuntur figura ſynedoche.*
20 *D. Tho. conciliat prædictas ſententias diſſidentes.*
21 *Apoſtolorum tempore Chriſti percrebuit notitia in vniuerſo orbe.*
22 *Benedictini non vbique prima fidei ſemina diſperſerunt.*
23 *Benedictini etiamſi primam fidem in multis locorum plantarent, adhuc Eccleſia illorum, non tàm Benedictina, quàm Apoſtolica dicenda eſſet.*
24 *Cur lex vetus dicebatur lex Moyſi, cum eſſet lex diuina?*
25 *Cur aliquæ particulares Eccleſiæ dicantur Apoſtolicæ?*

## CAPVT PRIMVM.

### Probatur de fide pars affirmatiua.

1 Ex quo Eccleſia cœpit dici Apoſtolica.

IN hoc dubio certa eſt ex ſententia omnium & ex diffinitione Eccleſiæ pars affirmatiua, propter illud ſymboli, *Credo vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam.* Quòd verbum intelligendum eſt de Eccleſia Chriſti ſecundum ſtatum gratiæ: antea enim ſicut non dicebantur Apoſtoli, ita nec Eccleſia Apoſtolica nominabatur.

2 Cur Eccleſia dicatur Apoſtolica

3 Cur Apoſtoli dicantur fundamenta Eccleſiæ.

4 Eccleſia accepit fidē ab Apoſtolis.

2 Ratio autem iſtius nominationis illa in primis eſt quia (vt D. Thom. a obſeruat) Apoſtoli dicuntur fundaméta Eccleſiæ, iuxta illud Pſal. b *Fundamenta eius in montibus ſanctis*, & iuxta illud *Eſaiæ*, c *Fũdabò te in ſaphyris*, id eſt (explicat D.Tho.) *in cœleſtibus viris*, & iuxta illud Apocalyp. d *Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim & in ipſis duodecim nomina Apoſtolorũ.* Dicuntur autē Apoſtoli fundamenta Eccleſiæ. Tùm quoniam Apoſtoli primi omnium adhæſerunt Chriſto capiti, iuxta illud Pauli ad Romanos, e *Nos ipſi primitias ſpiritus habentes.* Circa quod ait Gloſſa. *Tempore priores & cæteris abundantius*, & iuxta illud eiuſdem f *Elegit nos Deus primitias in ſaltem, in ſanctificatione ſpiritus, & fide veritatis.* Vnde Apoſtoli in ſacris literis ſæpê dicuntur montes: quia montes ſunt, qui primitus illuſtrantur ab oriente ſole; conualles deinde, & exinde. Vnde Matth. illud g *Vos eſtis lux mundi.* Tum etiam dicuntur fundamenta Eccleſiæ, quia prædicatione illorum Eccleſia fundata eſt. Ex quo illud Irenæi; h *Etenim*

a *Sup. ad Epheſ. 2. lect. 6.*
b *Pſalm. 76.*
c *Eſaiæ. 54.*
d *Apocal. 21.*
e *Rom. 8.*
f *2. Ad Theſſal. 2.*
g *Matth. 5.*
h *Lib. 1. c. 2.*



Digitized by Google

*Eccleſia per vniuerſum orbem vſque ad extremos fines terræ diſperſa, fidem ab Apoſtolis, eorumque diſcipulis accepit.* Item & illud Hieronymi, i *Fundatur prædicatione Eccleſia: Eccleſia enim non parietibus conſiſtit, ſed dogmatum veritate: & Eccleſia eſt ibi vbi vera fides eſt.* Tum denique, quia ſuper Apoſtolum, & Apoſtolorum Principem Petrum Eccleſia fundata eſt, iuxta illud Chriſti, k *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Eccleſia ergo dicitur in primis Apoſtolica, quia fundamenta illius Apoſtoli ſunt.

i In Pſalm. 103.
k Mat. 16. n. 18.

5 Deinde dicitur Apoſtolica, quia Apoſtolorum fidem, prædicationem, & documenta, atque authoritatem retinet, & obſeruat. Retinet quidem (vt notauit Turrecremata) l poteſtatem in clauibus, ſententiam in verbo, & vitam in exemplo. Obſeruat etiam quod in Prouerbijs iniunctum eſt, m *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt tibi Patres tui,* Id eſt, Apoſtoli: iuxta interpretationem Hieronymi, n & Auguſtini, o qui ſuper illud Pſalm. *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij,* inquiunt: *Genuerunt Eccleſiam Apoſtoli; ipſi miſſi ſunt, ipſi prædicauerunt, ipſi Patres pro quibus nati ſunt filij.*

Eccleſia fidem tenet Apoſtolorū.

l Lib. 1. Summ. de Eccl. cap. 18.
m Prouer. 22.
n Sup. Pſal. 44.
o Ibidem.

6 Tertiò dicitur Apoſtolica, quia omnes Chriſtianæ Religionis ritus, & ſacrarum inſtitutionum obſeruantia ab Apoſtolica traditione creditur deriuata in Eccleſia: vt ex capite *Eccleſiaſticarum*, diſtin. 11. colligitur; & planè aſſeritur ab Auguſtino dum dicit, p *Illa quæ per vniuerſam cuſtodiuntur Eccleſiam, ab Apoſtolis tradita & commemorata creduntur.* Inde Tertulliani illud, q *Conteſta fide in Chriſtum Ieſum, & Eccleſijs conſtitutis dehinc in orbem profecti ſunt Apoſtoli, eandem doctrinam promulgarunt, & proinde Eccleſias in vnaquaque ciuitatum condiderunt; à quibus traditiones fidei, & ſemina doctrinæ cæteræ Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuant, vt Eccleſiæ fiant: ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputantur, vt ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum.*

Apoſtolica traditione Eccleſia edocta eſt.

p Lib. 2. de bapt. contra donatiſtas.
q Libr. aduerſus hæreſ. ca. 20. nu. 220.

7 Denique dicitur Eccleſia Apoſtolica ex ipſa nominis etymologia. Etenim ly Apoſtolicum, nomen eſt Græcum deſumptum à ly *Apo*, quod eſt deſuper, & a ly *ſtolon*, quod eſt miſſio; quare Eccleſiam dici, & eſſe Apoſtolicam, idem eſt ac dici, & eſſe deſuper miſſam: vt re ipſa miſſa eſt: teſte Ioanne dicente, r *Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo.* Et iure à cœlo viſa eſt deſcendere, quoniam fundamenta potiſsimà illius in cœlo iacta ſunt. Ob id enim Chriſtus Dominus, qui potiſsimum eſt & præſtantiſsimum huius Eccleſiæ fundamentum, dicitur in ſacris literis, Lapis angularis ſummus: vt potè quòd non in profundo, vt ædificia materialia, ſed in ſummo, vt ſpiritale ædificium Eccleſiæ Chriſti habet fundamentum, vt ipſe D. Thom. notauit. t

Quid ſit ly Apoſtolicum

r Apocalyp. 21.
s Vbi ſup. lect. 6.

Ex quo fit, vt licet materialia ædificia aſcendant de terra ad cœlum, Eccleſia tamen Chriſti deſcendit de cœlo ad terram, vt etiam Chriſtus ipſe deſcendit. & proinde tamquam deſuper miſſa conuenienter Eccleſia Chriſti dicitur Apoſtolica.

Cur dicatur de Eccleſia quod deſcendit de cœlo

t Vbi ſup. lect. 6.

# CAPVT SECVNDVM.

## Obiectiones contra prædicta.

VT Illuſtrior tamen res iſta fiat vniuerſę rationes capitis pręcedentis expendendæ ſunt in hunc modum Inprimis in prima ratione Eccleſia aſſeritur Apoſtolica: quia ſuper Apoſtolos, tamquam ſuper fundamenta propria fundata eſt. At hoc videtur tùm falſum, tùm inſufficiens: ergo propter primam rationem

Eccleſia

Digitized by Google

9 Eccleſia non eſt Apoſtolica. Minor quoad primam partem probatur ex eo, quod ſolus Chriſtus in ſacris literis aſſeritur Eccleſiæ fundamentum, iuxta illud Pauli: *a Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Dominus.* Quoad ſecundam verò partem probatur ex eo, quod ſicut Eccleſia dicitur fundata ſuper Apoſtolos, ita etiam ſupra Prophetas: iuxta illud Pauli, *b Superædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum.* Ergo ſicut hoc non ſufficit denominare Eccleſiam Chriſti propheticam, ita nec ſufficiet denominare illam Apoſtolicam.

Eccleſia dicitur, fundata ſupra Chriſtũ, & ſupra Prophetas.

*a 1. Cor. 3.*

*b Epheſ. 2.*

10 Secundò aſſeritur in eadem 1. ratione Eccleſia Chriſti Apoſtolica, quià Apoſtoli prædicatione ſua plantauerunt illam. At grandiores, & illuſtriores totius orbis prouinciæ, non tàm per Apoſtolos, quàm per monachos Benedictinos ad fidem Chriſti conuerſæ ſunt. Ergò ex hac parte potius Benedictina, quàm Apoſtolica denominanda veniret. Minor huius argumenti inde perſpicua eſt, quòd in primis Anglia ab idololatria ad fidẽ conuerſa refertur anno 580. per Auguſtinum, Mellitum, Iuſtum, & Laurentium, Monachos Monaſterij ſancti Andreæ Romæ, miſſos à Gregorio Magno, eiuſdem inſtituti nigro Monacho. Tota etiam Germania, & Friſia, anno 740. per ſanctum Bonifacium Monaſterij ſancti Michaelis in Anglia monachum. Dacia, & Suecia, & Gothia, anno 830. per ſanctos Anſgarium, Rhambertum, Andelgarium, & Binicum Monachos Monaſterij Corbeiæ in Gallia Belgica, miſſos à Ludouico Pio Imperatore. Saxonia etiam anno 806. per Stornum Monachum dicti Monaſterij ſancti Michaelis in Anglia, Vngaria, & Polonia, anno 982. per ſanctos Martyres, & Monachos Benedictum, & ſocios Fuldenſis Monaſterij. Ruſia necnon anno 1154. per ſanctum Bonifacium Martyrem, & Monachum Monaſterij Claſenſis in litore maris Rauenæ. Et quàm plurimæ aliæ etiam ad numerandum longiſsimæ, de quibus in Elencho & Catalogo regnorum conuerſorum ad fidem per Monachos Benedictinos, editum cum tabellula rerum illuſtrium Ordinis ſancti Benedicti ab egregio illo pio iuxta ac docto congregationis Hiſpaniarum Monacho & alumno, fratre Franciſco Ibañez, Abbate Monaſterij ſancti Dominici Silenſis apud Hiſpalem.

Benedictini potiores Eccleſię prouincias ad fidem adduxerunt.

11 Tertiò aſſeritur Eccleſia Apoſtolica in 2. & 3. ratione, quia Apoſtolorum fidem, documenta, ritus, traditiones, & inſtitutiones retinet: at omnia iſta diuina, & Euangelica ſunt, vt potè diuinitus reuelata: & tamquam dogmata Dei, ſiue ſcripta, ſiue non ſcripta, & tamquam de iure diuino vniuerſaliter accepta. Ergo propter hæc potius deberet dici Eccleſia diuina, aut Euangelica, quàm Apoſtolica: ſicut ſchola in qua Peripateticorum diſciplina inſtituitur, vel etiam Stoicorum, necnon, & D. Thomæ, aut Scoti, dicitur Peripatetica, Stoica, Thomiſtica, & Schotiſtica, nulla habita ratione ad diſciplinæ Præceptores.

Inſtituta Eccleſiæ omnia diuina, & Euangelica.

12 Denique in vltima ratione aſſeritur Eccleſia Apoſtolica, quia deſuper miſſa: at multæ Eccleſiæ materiales, ac particulares dicuntur Apoſtolicæ; vt vel in Hiſpania noſtra Eccleſia Toletana, Eccleſia Eboracenſis, & Eccleſia Accitana. Ergo ſignum eſt, quod ly Apoſtolicum non eſt epiteton Eccleſiæ, quatenus ſonat aliquid supernè immiſſum, & proinde Eccleſia non ab huiuſmodi etymologia dicenda eſt Apoſtolica.

Plures Eccleſiæ particulares dicuntur Apoſtolicæ

(***)

# CAPVT SECVNDVM.

## Aſſeritur de fide pars affirmatiua,

*Eccleſiã ſanctam prædicãt ſcripturæ, & Cõcilia.*

6 AFfirmatiua pars nihilominus definita eſt in Cõcilio Nizeno, dum dicitur, a *Credo ſanctam Eccleſiam*, & in Concilio Lateranen. & in extrauaganti Bonifacij Octaui, b quæ incipit *vnam ſanctam*: & ſingulariter corroboratur à Fabiano c Papa, & etiam à Sixto primo. d Et iure quidem ſic diffinita, & confirmata eſt, quia crebro in ſacris literis Eccleſia ortho doxa appellatur, *Colũba, ſponſa Dei, amica, regina, regnũ cœlorũ*, & ſimilia epiteta metaphorice ſignificantia egregium ſanctitatis culmen, vt late proſequitur circa rem iſtam Cardinalis Turrecremata, e & ante illum Albarus Pelagius, f Item ſcriptum eſt, g *Replebimur in bonis domus tuæ, ſanctum eſt templum tuum, mirabile in æquitate*: & iterum: h *Domum tuam, decet ſanctitudo in longitudine dierum*: & alibi: i *Quam pulchra es amica mea*! & ex illo Eſaiæ, K *Vocabũt eum populus ſanctus, redemptus à Domino*, & Oſeæ, l *Deſponſabo te mihi in ſempiternũ in iuſtitia, & iudicio, in miſericordia, & miſerationibus, & in fide*, & alibi. m *Templum Dei ſanctum quod eſtis vos*: & *alibi. Vos autem genus electum, gens ſancta.*

*Id etiam Patres clamant.*

7 Sancti etiam Patres: id ipſum ſcriptis ſuis illuſtrant in hunc modum. Irenæus. o *Vbi Eccleſia, ibi ſpiritus, & vbi ſpiritus Dei, ibi Eccleſia, & omnis gratia*. Origenes, p *Eccleſia ſit deſiderans Chriſto coniungi, Eccleſiam autem cœtum omnium aduerte ſanctorum*. Baſilius, q *Eccleſiam appellatione ſibi aſciſcit in familiaritatem, dum filiam appellat, ac ſi per charitatem genuiſſet eam*. Ambroſ. r *Sacrarium Trinitatis, ſanctitatis domicilium Eccleſia ſancta, in qua refulget cœleſtis aula*. Hieronymus, s *Eſt Eccleſia ſanctorum congregatio iuſtorum*. Auguſtinus, t *Eccleſia ſanctorum Eccleſia Catholica eſt*. Gregorius Magnus, v *Sola Eccleſia Catholica eſt per quam libenter Dominus ſacrificium acceptat, ſola quæ pro errantibus fiducialiter intercedit*. Bernardus denique, x *Eccleſia ſecum habet conſilium, & ſpiritum ſponſi, & Dei ſui, cui dilectus inter vbera commoratur; ipſam cordis ſui ſedem principaliter poſſidens, & conſeruans.*

*Ly ſanctũ multifariam apud ſacras literas.*

8 Ratio efficaciſſima etiam à parte iſta eſt. Sed antequam illam in formam producamus ſciendum eſt, quod ly *Sanctum*, multipliciter vſurpatur in ſacris literis, aliquando ſignificat, idem quod Deo dicatum ſeu conſecratum, iuxta illud Deuter. i *Faciet te excelſiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, & gloriã ſuam, vt ſis populus ſanctus Domini Dei tui*: & iuxta illud Eſdræ K *Dixit eis, vos ſancti Domini, & vaſa ſancta, argẽtum oblatum Domino*, Sanctum præterea idem eſt, quod ſancte colendum, iuxta illud *Exod*. l *Cuſtodite ſabbatum meum, ſanctum enim eſt vobis*. Item idem quod veram habens fidem, iuxta illud. Pſalmi m *Pro hac orauit ad te omnis ſanctus*, & iuxta illud Pauli. n *Omnibus qui ſunt Romæ vocatis ſanctis*. Rurſum ſignificat idem quod ſanctificatum, iuxta illud Pſalm. o *Pſallite Domino ſancti eius*, & iterum. p *Loquetur pacem in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos*. Rurſus idem quod ſanctitatem ſignificans, iuxta illud Tobiæ, q *In ſancta conuerſatione per manſit*, & iuxta illud Petri, r *Conſiderantes in timore ſanctam conuerſationẽ*. Denique idem quod ſanctificans iuxta illud Eſaiæ. *Quod Seraphin clamabant Sanctus, Sanctus, Sanctus*, & iuxta illud Pauli, ſ *Talis decebat vt nobis eſſet Pontifex Sanctus.*

*Ratione oſtenditur Eccleſiam eſſe ſanctam.*

9 His poſſitis, argumẽtũ à ratione petitũ ſic poteſt confici: *Eccleſia* in ratione *Eccleſiæ* eſt res Deo dicata, & conſecrata, vt eius peculiaris populus ſanctuariũ, & templũ, vt vel ex ipſo Eccleſię nomine manifeſtũ eſt. Ergo eſt ſancta ſaltem prima ſanctitatis acceptione. Secũdo Eccleſia eſt ſancte colẽda, vt pote tẽplum, domus, ſanctuarium Dei, & tandem res Deo dicata, & conſecrata, vt patet ex ſupradictis. Ergo eſt ſancta etiam iuxta ſecundam ſanctitatis acceptionem. Tertio *Eccleſia* eſt congregatio fidelium habentium & profitentium veram, ac ſynceram fidem diuinam, vt patet ex diffinitione illius,

a *In Symb. Lateran in cap. firmiter.*
b *In extrauag.*
c *Epiſt. 3. ad Hiter.*
d *Epiſt. 3. decretali.*
e *Lib. 1. ſummæ cap. 33.*
f *Lib. 1. de planc. Eccleſiæ à c. 61*
g *Pſalm. 64.*
h *Pſalm. 92.*
i *Cant. 4.*
k *Eſai. 26.*
l *Oſeæ 2.*
m *1. Cor. 3.*
n *1. Petr. 2.*
o *Lib. 3. cap. 40*
p *Hom. 1. in Cantica.*
q *In pſalm. 44*
r *Lib. 3. hexameron.*
s *In Pſalm. 101.*
t *In Pſalm. 150.*
v *Lib. 30. mor. capit. 6.*
x *Serm. 3. in vigilia Natiuitatis.*
i *26. num. 14.*
k *Eſdr. 1. c. 8. n. 28.*
l *Exod. 31. n. 14.*
m *Pſalm. 31.*
n *Rom. 1.*
o *Pſalm. 29.*
p *Pſalm. 104.*
q *Tobiæ 4.*
r *2. Petr. 3.*
ſ *Hebræor. 7.*

de

de qua ſupra, ergo etiam eſt ſancta iuxta tertiam ſanctitatis vſurpationem. Quarto Eccleſia & Deo grata, & amica illi, ac dilecta: iuxta illud Canticorũ. t *Quam pulchra es amica mea*. & ad Epheſ. v *Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam ſuam, mundans eam, lauacro aquæ in verbo vitæ*. Ergo etiam eſt ſancta ſecundum quartam & magis propriam ſanctitatis acceptionem. Quinto Eccleſia habet ſcripturas ſacras, traditiones Apoſtolicas, ſigna ſacra, & ſacrificia; præcepta poſsitiua, quibus conſtringit fideles ad colendos ſtatutos feſtorum dies, audiendam rem ſacram in eis, obſeruanda ieiunia indicta ſuis temporibus, & alia plura ſanctitatis ſigna, vt conciones ſacras, veſtes, vaſa & alia multa quæ ſenſibus patent. Ergo etiam eſt ſancta iuxta quintam ſanctitatis acceptionem. Denique Eccleſia habet Sacramenta, quæ ſunt ſigna practica ſanctitatis, & gratiæ ſanctificãtis nos, habet etiam leges diuinas iure diuino traditas, quibus fideles continet in officio, à peccatis præſeruat, & in bonis operibus exercet, & in gratia accepta adauget, quia x *Beati immaculati in via qui ambulant in lege Domini*, & quia y *Qui in lege eius meditatur die ac nocte, erit tamquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet, proſperabuntur*. Ergo etiam eſt ſancta iuxta vltimam ſanctitatis acceptionem.

v *Epheſ.5.v.25* t *Cant.4.*

x *Pſal.118.ver.1.*

y *Pſal.1.à ver.2.*

Attributum ſanctitatis præcipuè cõuenit Eccleſiæ pro lege gratiæ.

10 Eſt tamen in præſenti, vt in dubio præcedenti notandum, quod prærogatiua ſanctitatis verius, & vberius prædicanda venit, & intelligenda de Eccleſia ſecundum ſtatutum gratiæ, quàm ſecundum reliquos ſtatus. Tum quia ſtatus iſte eſt ille, in quo ſuperabundauit gratia, adeo vt propter hoc ſibi vendicauerit nomen ſtatus gratiæ, in quo potiſsimum ſanctitas effloruit. Tũ quia ſeptiformis gratiæ ſpiritu afflata eſt, vt Cyprianus z notauit; & intulit ex pacto illo ſeptem mulierum quæ apud Eſaiam gratia repellendi opprobrium ſuũ apprehẽdere conſtituerunt virum vnum in die illa, hoc eſt in die redemptionis. Spiritus autem ſeptiformis gratiæ, idem eſt, quòd gratia vniuerſa: quia numerus ſeptenarius vniuerſitatem, & perfectionem ſignificat, vt notauit Auguſtinus, b & probauit ex illo Prouerb. c *Septies in die cadit iuſtus*, id eſt, ſæpiſsime.

z *Lib. de exhortat. martyr.*

a *Eſai. 4. num. 1*

b *lib. 11. de ciuit. cap. 3.*

c *Proue. 4.*

Cur Chriſtus dicatur agnus occiſſus, ab origine mũdi.

11 Tum quia licet Eccleſia Chriſti ſecundum omnem ſuum ſtatum quodammodo ſanguine eius lota, & abluta fuerit, vt pote quod Chriſtus perhibetur agnus occiſus ab origine mundi: & in repræſentationem cruenti ſacrificij eius, quotidie in lege veteri, d duo immolabantur agniculi: id tamen contigit ei ſecundum præſcientiam, & præuiſsionem meritorum Chriſti, ob quæ collata ſunt omnia dona, & ornamenta gratiæ Patribus antiquis ſimpliciter tamen, & in exercitio pro tempore, tantùm legis gratiæ, maximè Eccleſia dealbata eſt in ſanguine Chriſti: quia tunc reipſa, & exiſtentia ipſa, e *Lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo*, & ita ornauit, vt f *quotquot in ſanguine eius baptizati ſumus, Chriſtum induamus*, iuxta Apoſtoli verbum. Et vt Gregorius noſter inquit.

d *Numer. 28.*

e *Apoc. 1. ver. 5*

f *Ad Galat. 3. num. 27.*

Nota pro Euchariſtia

12 g *Quis ſit ſanguis agni, iam non audiendo, ſed bibendo didicimus; vnde vberiores effectus ab huiuſmodi fonte potamus*. Tùm denique, quoniam prædictiones illæ veteris Teſtamenti, quibus gratia repromittebatur fœliciſsimum iſtum Eccleſiæ ſtatum proſpiciebant, iuxta illud Zachariæ. *Ius iurandum, quod iurauit Abraham, & Patribus noſtris daturum ſe nobis, vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum, liberati ſeruiamus illi in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris*. Quare ad hoc vocati ſumus, vt *pie iuſte, & ſancte viuamus in hoc ſeculo*: Iuxta quæ monuit Paulus, h varijs in locis. Inde D. Tho. i & Doct. Nauarr. oſtẽdũt quod propter ſanctitatem Eccleſiæ, orationes fidelium in peccato exiſtentium, & nomine Eccleſiæ deprecantium proſunt, & exaudiuntur. Non ſecus, ac Legatorum vota propter reuerentiam Regum; quorum legatione funguntur.

g *Homil. 22. in Euangelia.*

*Lucæ 10.*

h 1. *Ad Theſ. 4 nu. 7. 1. Ad Timoth. 2. num. 12.*

i *In 4. ſent. d. 45. art. 1 q. 3.*

K *Tom. 2. c. 19. de orat. & horis canonicis. con. 4 nu. 59. 60. 61. & nu. 116.*

CAPVT

# CAPVT TERTIVM.

## Reſp. argum. partis negatiuæ.

Reſp. 1. arg. 1. c. homines per naturam mẽdaces, fieri per gratiam veridicos.

AD primum argumen. 1. cap. reſp. mendacitatem eſſe naturæ vitium, ſanctitatem verò gratiæ donum: & ideò qui per naturam laborat illo morbo, per gratiam poteſt gaudere dono iſto, maximè quòd verbum Pauli intelligendum venit, pro ſingulis hominum diuiſiuè, non autem pro congregatione illorum, qui in nomine Chriſti congregantur.

Ad 2. argu. reſp. per figuram ſynedoch.

14 Ad ſecundum reſp. quod ſi aliquid probaret, perinde etiam probaret ciuitatem illam non ſolum à ſanctitate, verum à fide excidiſſe: vt verè excidit; nam (vt inquit Baſilius) facta eſt meretrix ob repudiatum Dei verbum. Hoc autẽ nõ vrget contra ſanctitatẽ Eccleſiæ, quia præterquàm quòd modus ille loquendi venit intelligendus per figuram ſynedochem, id eſt, pars pro toto: adhuc etiam ſi vniuerſaliter intelligatur, non obſtat ſanctitati Eccleſiæ: quia illa ciuitas non erat tota Eccleſia, ſed pars, & membrum Eccleſiæ. Vnde ſicuti temporibus iſtis dicitur, quòd Eccleſia Anglicana, atque etiam Germanica corruerunt à fide, non quidem, quia omnes fideles à fide exciderint, ſed quia plurimi: & eſto omnes excidiſſent, adhuc tantùm ſequeretur, quod Eccleſiæ particulares à fide deſciuerint, ſalua tamen vniuerſalis Eccleſiæ ſanctitate; ita in præſenti.

In quo Raab fuit Eccleſiæ ſymbolũ

15 Ad illud autem, quod ex Ambroſio innuitur, reſp. ſententiam Ambroſij, & ſenſum illius tantùm eſſe, quòd ſicut arca Noe recipiens animalia munda & immunda figurauit Eccleſiam: ita Raab meretrix figurauit illam: vt pote (quòd ait Ambroſ. a) *Multorum conuenarum copulam non recuſſat:* & ſubiungit. *Quòd Eccleſia quò pluribus coniunctior, eo eſt caſtior: caſta meretrix, vidua ſterilis, virgo fœcunda; meretrix quia à pluribus amatoribus frequentatur cum dilectionis illecebra, & ſine colluuione delicti: vidua ſterilis, quia viro parere non nouit abſenti; virgo fœcunda, quia genuit multos cum fructu amoris, & ſine vſu libidinis.*

a Amb. Lucæ 3.

Reſp. 3. argum. quod tribus acceptionibus ſanctitatis Eccleſia fuit ſancta tempore primorum parentũ.

16 Ad tertium reſp. Eccleſiam tunc temporis habuiſſe tres priores ſanctitatis ſpecies, de quibus capite præcedenti: & ita potuit appellari ſancta, maximè quia fidelis: ſiquidem, vt ex ſacris literis vidimus, & ſancti Patres b obſeruant ſæpè fidelibus datur ſanctitatis encomium.

b Hier. to. 3. epiſtol. ad Paulinum. Tertul. in Monogamia. Chriſoſt. hom. 3. in 1. cap. Ioann. Auguſt. Pſal. 85

Eccleſia eſt ſancta ad modum quo reſpublica eſt bona

17 Ad vltimum argum. reſp. Quod ſicut Ariſt. aſſerit reſpublica quælibet in tantum dicitur bona, vel mala, in quãtum habet bonas, vel malas leges, quibus ciues ſuos bonos, aut malos efficiat. Vnde inquit quod reſpublica mala in hoc differt à bona, quod iſta ſuis legibus conatur ciues ſuos bonos efficere, illa autem non ita. Quare cum Eccleſia Chriſti, non ſolùm habeat bonas, ſed etiam ſanctiſsimas leges, & vlterius enixè conetur efficere filios ſuos, non tantùm bonos, ſed etiam ſanctos, conſequens eſt, vt in omni rigore ſermonis dici debeat ſancta.

Eccleſia eſt ſancta admodũ quo eſt fortis exercitus.

Eccleſia eſt ſancta multiformi ſãctitate

18 Præterquam, quod ſicut exercitus benè inſtructus dicitur acies fortis, etiamſi contineat milites aliquos pauidos, & timidos, & ſicut Salmantinorum Academia dicitur vbique terrarum ſcientiarum Princeps, & omni literatura ſcientiſsima, quia continet magiſtros, & moderatores ſcientiſsimos inſtruentes quantum eſt de ſe in omni literatura ſuos alumnos, etiam ſi aliqui illorũ, vel ſint ingenio tardi, vel debita applicatione corrupti, aut omnino deſides: & ſicut area frumenti dicitur ſpecioſa, & pretioſa, etiamſi non tantùm granis, ſed etiam palleis conſtet: ita Eccleſia Chriſti ſancta dicẽda venit: Tùm propter ſanctorum communionem: Tùm propter legum præſtantiam, atque ſanctitatem, Tùm propter ſanctitatis inſignia, & propter innumera alia capite præcedenti propoſita: etiamſi intra ſanctorum multitudinem contineat ſceleratorum fidelium non minimam quantitatem. Propter hoc enim

Digitized by Google

enim quilibet religioſorum conuentus ſanctus appellatur, etiam ſi illorum ſinguli ſancti non ſit, imò etiam ſi illorum aliqui diſcoli inueniantur.

Neque obeſt, quod Eccleſiæ corpus conferatur à Paulo cum humano corpore, vt obijcit argumentum. Quia huiuſmodi comparatio tantùm eſt reſpectu vnitatis, & diuerſitatis membrorum, & munerum, vt pote, quia (inquit Paulus) *Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto; alter vero alterius membra.* Quare ſimilitudo non tenet in omnibus.

# DVBIVM VIGESIMVM PRIMVM.

## Vtrùm Eccleſia ſit Catholica?

### SVMMARIVM.

1 Cur Epiſtolæ canonicæ appellantur catholicæ, & quid ſit ly catholica?
2 Arg. 1. à parte negatiua.
3 Arg. 2. à parte negatiua.
4 Arg. 3. à parte negatiua.
5 Arg. 4. à parte negatiua.
6 Arg 5. à parte negatiua.
7 Oſtenditur de fide pars affirmatiua.
8 Eccleſia Chriſti per totum orbem diffunditur.
9 Eccleſia Chriſti eſt vniuerſalis etiã quoad tempus.
10 Eccleſia eſt vniuerſalis etiã quoad omnes conditiones gentium.
11 Eccleſia ob multa dicitur catholica.
12 Adhuc in genere doctrinæ Eccleſia eſt vniuerſalis.
13 Cur Eccleſia dicatur catholica ſecundum Cirylum?
14 Eccleſiã eſſe Catholicam maximè competit Eccleſiæ in lege gratiæ.
15 Reſp. 1. arg. 1. capitis, Eccleſiam omni tempore late patuiſſe.
16 Reſp. 2. arg. 1. capitis, Eccleſiam iuxta conſtitutiones ſuas omnibus patere debuiſſe.
17 Reſp. 3. arg. 1. capitis, Eccleſiæ vniuerſalitatem non eſſentialiter cõſiſtere in vniuerſitate locorũ, aut perſonarum in re ſed in virtute
18 Patres nihil aduerſum docuerunt.
19 Reſp. vlt. arg. 1. capitis quod malorum multitudo quantacunque ſit adhuc vniuerſalis dici non poteſt.

1 *Cur epiſtolæ canonicæ appellãtur catholicæ? & quid ſit ly catholica?*

PRo intelligentia tituli notandum eſt cũ Aug. a & Iſidor. b quod ly *Catholicus*, eſt dictio Græca, ſignificans idem quòd vniuerſale, vel generale: quia Græci vniuerſale *Katolicon* vocant, vtpote quod *Katha* idem eſt, quod circa, & *Holos* idẽ quod totũ. Vnde Epiſtolæ Petri, Iacobi, & Ioannis dicuntur catholicæ, id eſt, vniuerſales, quia non deſtinatæ ad aliquam prouinciam, vel rempublicam in particulari, vt Epiſtolæ Pauli ſed vniuerſaliter ad omnes fideles.

a *Tract. de catholica veritate.*
b *Lib. 7. ethym. cap. 14.*

# CAPVT PRIMVM.

## Argumenta partis negatiuæ.

2 *Arg. 1. à parte negatiua.*

A Parte negatiua huius dubij illud in primis eſt, quòd Eccleſia ſemper fuit vna, vt patet ex dubio; & tamē non ſemper fuit vniuerſalis, vtpote quòd aliquando in ſola Iudæa notus erat *Deus*. a Ergo non eſt proprietas eius quòd ſit vniuerſalis.

a *Pſal. 75.*

3 *Arg. 2. à parte negatiua.* Deinde antequam Apoſtoli proficiſcerentur ad prædicandum Euangelium & diſſeminandam fidẽ per orbem, Eccleſia non erat diffuſa per orbem, ſed tãtum diffundenda. *Ergo* non erat vniuerſalis, & proinde neque catholica, atque adeò non eſt eius proprietas quòd ſit catholica.

4 *Arg. 3. à parte negatiua.* Tertiò, tẽpore Hilarij, & Athanaſij Eccleſia Chriſti ad tãtas anguſtias redacta eſt, vt ſolũ in latebris, & cauernis inueniretur, iuxta quæ ipſe Hilarius, b aſſerit. & in tribus tãtũ Epiſcopis (Athanaſio, videlicet Alexãdrino Hilario Pictauienſi, & Liberio Romano Pontifice) aſſertio catholicæ fidei conſiſtere videretur: teſte Hieronymo: c qui etiam ingemuit in hunc modum. *Ingemuit totus orbis: & ſe Arrianum eſſe admiratus eſt.* Non ergo Eccleſia Chriſti tunc temporis vniuerſalis erat, ſed potius particularis, & admodum ſingularis.

*Arg. 4. à parte negatiua.*

b *Lib. contra Auxentiũ circa finẽ*
c *Dialog. contra Luciferianos.*



Digitized by Google

d *epiſt.69.& 70*
e *Serm.33.in Cãtica.*
f *Homil.49. in Matth.*
g *Cap. quamuis diſtinct.21.*

5 His accedit, quod tàm Baſilius, quam etiam Bernardus; e ita deplorant vitia ſuorum temporum, vt ſatis oſtendant omnes declinaſſe in viam ſuam, & nihil, aut propè nihil Eccleſiæ catholicæ apud eos reliquum fuiſſe. Chryſoſtomus f etiam ait interdum nullum eſſe veſtigium, ſeu viſibile ſignum, quo dignoſci & diſcerni Eccleſia Chriſti valeat. Signum ergo eſt, quòd interdum Eccleſia Chriſti vniuerſalis non eſt, & proinde neque catholica.

Arg. 4. à parte negatiua.
Argu. 5. à parte negatiua

6 Denique Satanas vbique terrarum, & vbiq; locorum ſua habet membra, conuenticula, dogmata, & organa, & proinde cœtum vniuerſalẽ. At nõ propterea diabolici cœtus catholici ſunt. Ergo etiã ſi Eccleſia Chriſti vniuerſalis ſit, non perinde ſequitur quòd ſit Catholica. His accedit quod Eccleſiæ particulares appellantur catholicæ in decretis Pontificum. g Ergo Eccleſia Chriſti, non ideò eſt Catholica, quia vniuerſalis.

## CAPVT SECVNDVM.

### Aſſeritur de fide pars affirmatiua.

Oſtenditur de fide pars affirmatiua.

*Supr. dub. 13.*

a *Pſalm. 18.*
b *Ad Epheſ. 4.n. 5.*
c *Ad Tit. 1.nu.4*
d *Boet.li.de Trinitate in princ.*
e *Pſalm.118.*

7 HIs tamen non obſtantibus fidei dogma eſt pars affirmatiua quæſtionis. Et patet in primis ex illis verbis ſymboli, *Et vnam ſanctam Eccleſiam Catholicam.* Patet etiam ex eo quòd forma conſtitutiua Eccleſiæ eſt fides diuina, vt ſupra vidimus. At huiuſmodi fides eſt catholica, ſeu vniuerſalis. Tùm quia plantata, & diſſeminata per orbem, & apud omnes gentes: iuxta illud Pſalmi: a *In omnem terram exiuit ſonus eorum.* Tũ quia ſemper extitit vna apud omnes, ſecundum illud Pauli: b *Vnus Dominus, vna fides.* Vnde ipſe Apoſtolus vocat illam c *fidem communem.* Tum quia (vt dicit *Boetius* d *præcepta illius non vni genti tantum, ſicut lex Moyſis, ſed omnibus gentibus ſunt propoſita.* Tùm quia ita vniuerſaliter vera eſt, vt nihil falſitatis, aut etiam iniquitatis ei admiſceatur, vt quotidie, tàm hæreticorum, quàm etiam gentiliũ ſectis admiſcentur. Propter quod in Pſalmo ſcriptum eſt, e *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua.* Et iterum, *In æternum Domine verbum tuum permanet in cælo, in generatione & generationem veritas tua.* Quare illi Chriſtianorũ dicuntur Catholici, qui vniuerſam amplexantur fidem. Cum igitur conſtitutum correſpondere debeat ſuo formali conſtitutiuo, conſequens eſt, quòd ſi fides conſtitutiua Eccleſiæ eſt Catholica & vniuerſalis, quòd ipſa Eccleſia cõſtituta Catholica & vniuerſalis ſit.

f *Lib. de vnitate Eccleſiæ cõtra Donatiſtas idem epiſtola 170. idem ſermone 131. & 151 de tempo. & lib.2 contra Petil.c.38*
g *Gen. 22.*
h *Pſalm. 121.*
i *Eſaiæ. 62.*
K *Matth. 24.*
l *Matth. vltim.*
m *Lucæ 24.*

Eccleſia Chriſti per totũ orbẽ diffunditur.

8 Tertio etiã patet ex eo, quòd Eccleſia Chriſti per totum orbem diffuſa, & diſſeminata eſt, vt Aug. f multis ſacræ paginæ verbis varijs in locis ex profeſſo oſtendit: præcipuè tamen ex illis Geneſis, g *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes:* & ex illis Pſalmi. h *Conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ, & adorabunt in conſpectu eius, & ipſe dominabitur gentium:* & ex illo Eſaiæ, i *Vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur.* Vbi Auguſtin. legit *Orbis terrarum.* Et ex illo Matthæi K *Prædicabitur Euangelium hoc in vniuerſo mundo.* Et ex illo eiuſdem, l *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangeliũ omni creaturæ.* Et ex illo Lucæ, m *Oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitẽtiam, & remiſsionem peccatorum in omnes gentes.* Et tandem ex illo actorum, *Eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.* Eccleſia ergo Chriſti vniuerſalis eſt, & proinde Catholica.

Eccleſia Chriſti eſt vniuerſalis etiam quoad tẽpus.

*Sup. dub. 16. & 17.*
n *Matth. vltim.*
o *Matth.5.*
p *Ibidem.*

9 Quartò patet ex eo quod Eccleſia eſt vniuerſalis quantum ad omne tempus, ſiquidem & cœpit ab initio mundi, & non deficiet vſque ad mundi exitum, vt ſupra oſtenſum eſt, & conſtat ex illo Matthæi, n *Ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Et ex illo eiuſdem, o *Non præteribit generatio hæc donec omnia fiant.* Id eſt, vt interpretatur Chryſoſtomus, p generatio fidelium. Sed id quod ambit omne tempus vniuerſale eſt ſecundum rationem temporis. Ergo etiam Eccleſia in hoc vniuerſalis eſt.

Eccleſia eſt vniuerſalis etiam quoad omnes conditiones gentium.

q *Actor.10.*

10 Quinto patet ex eo quòd Eccleſia Chriſti, non ſolum quantum ad omnẽ locũ & tempus, ſed etiam quantùm ad omnes gentes, & gentiũ conditiones vniuerſalis eſt: vt conſtat. Tũ ex illo Actor. q *In veritate cõperi quod non eſt acceptor perſonarum Deus, ſed in omni gente, qui timet Deum, & facit iuſtitiam acceptus*

eſt,

Digitized by Google

eſt illi. Et ex illo Pauli, *r Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci.* Et ex illo eiuſdem, *s Vbi non eſt Gentilis, & Iudæus, circunciſio, & præputium, barbarus, & Scita, ſeruus, & liber ſed in omnibus Chriſtus.* Ac denique ex illo Apocalyp. *t Redemiſti nos Deus in ſanguine tuo, ex omni lingua, & tribu, & populo, & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnum.* Eccleſia ergo Chriſti vniuerſalis eſt, ſiquidem vniuerſos complectitur, & ad vniuerſos ſe extendit.

r *Roman.* 10.
s *Ad Coloſ.* 3.
t *Apocal.* 5.

Eccleſia ob multa dicitur catholica.

11 Sexto patet ex eo, quòd Eccleſia Chriſti poteſt dici vniuerſalis. Tum ex eo, quòd non priuatè vniuſcuiuſque iudicio innititur, ſed potius vniuerſali conſenſu, & communi, ac generali regula fidei fundatur, vt latè proſequuntur, tàm Cyprianus, *v* quàm Auguſtinus. *x* Tùm quia perpetua, & vniuerſali traditione accepta eſt, iuxta illud Pſalmi, *In generatione & generationem veritas tua.* Id eſt, Eccleſiæ dogmata non ſunt humana inuenta, quæ nouiter fundantur, & proponuntur; ſed ſunt veritates irrefragabiles à ſeculo & in ſeculo permanentes.

v *Lib.* 1. *c. Epiſt.* 3.
x *Lib.* 12. *confeſ. cap.* 25.

Adhuc in genere doctrinæ Eccleſia eſt vniuerſalis.

12 Deniq; patet ex eo, quod Eccleſia Chriſti vniuerſalis eſt, tàm in doctrina ſpeculatiua (ſecundum quam purgantur mentes) quàm etiam in doctrina practica, ſecundum quam repurgantur affectus, & peccata expelluntur. Etenim contra errores, & ignorantias intellectus inſtruit homines de cœleſtibus & inuiſibilibus; & contra peccatorum lethiferas ægritudines adhibet illis omne genus medicamenti, tàm regeneratiui, quàm ſanatiui; atque etiam præſeruatiui, vt patet in Sacramentorum applicatione, ac prædicationum efficacitate, quæ ſunt cauſa gratiæ perficientis animam, præſeruantis, atq; monentis. Eſt ſiquidem Eccleſia hortus ille, omni ligno pulchro, & ad veſcendum ſuaui, & adhuc ipſo vitæ ligno conſito, in quo ſponſus, vtiq; Deus habitat. *y*

y *Geneſ.* 2. 9. & *Cantic.* 8. 13.

Cur Eccleſia dicatur Catholica ſecundũ Cyrillũ.

13 Has ferè omnes rationes vniuerſalitatis mirè complexus eſt Cyrillus Hieroſolymitanus *z* qui dùm interpretatur illud Pſalmi, *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam,* inquit, *Eccleſia dicitur catholica, quia à finibus terræ vſque ad fines pertingit: & quia docet generaliter, & perfectè quæcunque dogmata ſcire oportet, de his quæ videntur, quæque non videntur de cœleſtibus, & terrenis: & quia omne genus hominum ſubijcit religioni, tùm poteſtates, & magiſtratus, tùm priuatos: & quia vniuerſaliter curat omne genus peccati, quod per animam & corpus conſummatur: & quia continet in ſe omnem ſpeciem, & formam virtutis in operibus, in ſermonibus, & varijs chariſmatibus.* Ferè eaſdem rationes tetigit Iſidorus, *a* & latius proſequitur Cardinalis Turrecrem. *b* Breuiſsime tamen complexatur eas Driedo, *c* ita inquiens, *Eccleſia appellatur Catholica, id eſt, vniuerſalis, generaliter extendens palmites ſuos, in quælibet loca, & tempora præterita præſentia, & futura, ſecundum ſeriem ſucceſsionis naſcentium, & deſcendentium continuata, ſub vno duce inuiſibili Deo in vnitate fidei, & religionis.* Videri poſſunt circa rem iſtam Vincẽtius Lirinen. *d* Oſius, *e* Card. Turrecremata, *f* & Turrianus. *g*

z *Catecheſi* 18. *Pſalmi* 2.
a *Lib.* 1. *de diuinis officijs.*
b *Lib.* 1. *ſummæ de Eccleſia c.* 13.
c *Lib.* 4. *de dogmatibus c.* 2, *pa.* 2 *fol.* 213.
d *Lib. contra hæreſ. nouitates.*
e *Lib.* 1. *de ſymbolo.*
f *Vbi ſup.*
g *Cap.* 6. *de Eccleſiæ.*
h *Pſalm.* 109. 5.

Eccleſiã eſſe catholicã maximè competit Eccleſiæ in lege gratię

14 Sed eſt hic obſeruandum, vt in dubijs alijs præcedentibus proprietatem iſtam propriè, & perfectè conuenire Eccleſiæ in ſtatu legis gratiæ: vt colligi poteſt ex vltimis probationibus modò inductis, & etiam ex eo quòd ad tempus iſtud pertinebat pollicitatio illa pſalmi: *h Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion,* id eſt, ſceptrum potentiæ tuę, quod cœpit in Sion, ad reliquas mundi partes manabit, ita vt extendat Dominus terminos regni tui vſque ad extremos mundi fines. Et deniquè ex eo, quòd Eccleſia ante Chriſti aduentum, licèt verè erat Catholica, & vniuerſalis ſecundum proprietates aliquas, maximè ſecundum relatas in probatione ſecunda; non tamen ſecundum omnes prædictas in reliquis probationibus: aut ſaltem non ſecundum eamdem proprietatem ſermonis.

(**)

# CAPVT TERTIVM.

## Reſp. argumentis primi capitis.

15 AD Argumenta pro contraria parte adducta reſpondendo dico ad primum. Quòd Eccleſia vniuerſalitate fidei, loci, temporis, & perſonarum, ſemper fuit Catholica: quia eadem fides omnium, vtpotè diuina, eidē teſtimonio & authoritati innitens, videlicet Dei reuelantis: & omnibus pro omni loco, & tempore patuit acceſſus ad eam. Quare licet Iudæorum populus maiorem & magis perfectam cognitionem Dei fuiſſet aſſequutus, vtpotè quòd Deus ipſe a multifariam multisquê modis loquebatur ad eos in Prophetis: adhuc tamen apud non Iudæos ſeruantes legem naturæ vigebat vera fides, vt planè viguit in Iob. Et ipſi philoſophi gentiles non mediocrem de Deo notitiam ſunt aſſequuti, dicente Paulo, b *Qui cū Deum cognouiſſent, &c.* & *Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt illis.*

a *Hebræor.* 1.
b *Roman.* 1.

Reſp. 1. arg. 1. capitis Eccleſiā omni tempore late patuiſſe.

Reſp. 2. arg. 1. c. Eccleſiā iuxta cōſtitutiones ſuas omnibus patere debuiſſe.

16 Ad ſecundum reſp. quod licèt Eccleſia Chriſti non haberet tunc temporis eandem dilatationis vniuerſitatem, quam poſtea in actu exercito: habebat tamen illam in actu primo; quia ſecundum conſtitutiones, & leges illius erat illico dilatanda, & diſſeminanda per orbem. Tunc enim, c *A ſolis ortu vſq; ad occaſum laudabile nomen Domini.* Id eſt, proximè laudandum, & implendum illud Malachiæ, d *Ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meū in gentibus.*

c *Pſalm.* 112.
d *Malach.* 1.

Reſp. 3. arg. 1. capi. Eccleſiæ vniuerſalitatem nō eſſentialiter conſiſtere in vniuerſitate locorum, aut perſonarū, in re. ſed in virtute.

17 Ad tertium reſp. 1. Quòd etiam ſi tunc temporis non habuiſſet Eccleſia, aut non retinuiſſet vniuerſitatem ſuam, quantum ad proprietatem dilatationis, retinuit tamen quantum ad alias recenſitas in præcedenti capite: & iſtæ ſufficiunt ad denominandam catholicam, vtpotê primorum parentum, & diluuij tempore.

Secundò quòd licet tres tantùm Doctores catholici numerentur tanquā vniuerſales fidei propugnatores, ex ſimplicibus tamen fidelibus non dubium eſt quin poſſent numerari quàm plurimi: ſiquidē illorū populus vel minimū curat de dogmatibus nouiter diffinitis in Concilijs, aut conciliabulis: & ita retinent priſtinam, & ſynceram fidem. Neque his obſtat teſtimonium Hieronymi, tûm quoniam intelligendum eſt per figuram ſynedochem, vtiq; quod magnam partem orbis vocauerit totum orbem: tum quia dum ait, quod totus orbis miratus eſt ſe Arrianum eſſe, planê indicauit, quod non per malitiam & pertinaciam, ſed potius per ignorantiam in Arrianum dogma conceſſiſſet.

Patres nihil aduerſum docuerint.

18 Ad reliquos Patres reſp. Baſilium tantum deplorare preſſuram Eccleſiæ propter hæreticorum infeſtationem. Bernardum non reprehendiſſe errores contra fidem, ſed vitia contra charitatem. Chryſoſtomus autem (ſi modò ille Chryſoſtomus eſt, opus enim Imperfecti redolet authorem Arrianum) loquitur per figuram ſynedochem.

Reſp. vltim. arg. 1. c. quod malorū multitudo, quantacunq; ſit, adhuc vniuerſalis dici nō poteſt.

19 Ad vltimum reſp. quod cum diabolo militantium non ſit vna ratio communis, ſed potius diuerſa pro perſonarum, temporum, occaſionum, ac locorum diuerſitate; imò ſæpe ſæpius aduerſa pro contentionum ac diſſenſionum aduerſitate, ideò non poteſt malorum cœtus, & vniuerſitas dici catholica. Ad illud ex Decretis reſp. Quòd ſicut quilibet fidelium in particulari appellatur catholicus, nō quia formaliter ſit vniuerſalis, ſed quia retinet formā cōmunē: ita & quælibet Eccleſia particularis iure poteſt dici catholica: licet huiuſmodi proprietas ſedem legitimam habeat in ſola communi Eccleſia, quæ reliquis particularibus dogmata præbet.

# DVBIVM VIGESIMVM SECVNDVM:

## *Vtrùm Eccleſia Chriſti ſit Apoſtolica?*

### *SVMMARIVM.*

1 *Ex quo Eccleſia cœpit dici Apoſtolica*
2 *Cur Eccleſia dicatur Apoſtolica?*
3 *Cur Apoſtoli dicantur fundamenta Eccleſiæ.*
4 *Eccleſia accepit fidem ab Apoſtolis.*
5 *Eccleſia fidem tenet Apoſtolorum.*
6 *Apoſtolica traditione Eccleſia edocta eſt.*
7 *Quid ſit ly Apoſtolicum?*
8 *Cur dicatur de Eccleſia, quod deſcendit de cœlo.*
9 *Eccleſia dicitur fundata ſupra Chriſtum, & ſupra Prophetas.*
10 *Benedictini potiores Eccleſiæ prouincias ad fidem adduxerunt.*
11 *Inſtituta Eccleſiæ omnia diuina & Euangelica.*
12 *Plures Eccleſiæ particulares dicuntur Apoſtolicæ.*
13 *Quomodò Apoſtoli dicantur fundamenta Eccleſiæ, cùm Chriſtus ſit vnicum fundamentum illius?*
14 *Chriſtus eſt primum & ſummum Eccleſiæ fundamentum, Apoſtoli ſecundaria fundamenta.*
15 *Cur Eccleſia non dicatur propheti ca, ſed Apoſtolica?*
16 *Videtur Apoſtolos vniuerſum orbem peragraſſe.*
17 *Quando Hieroſolimytanũ excidium accidit.*
18 *Aſſerunt plures quòd Apoſtoli non vniuerſam terram peragrarunt.*
19 *Pluries ſacræ literæ vtuntur figura ſynedoche.*
20 *D. Tho. conciliat prædictas ſententias diſſidentes.*
21 *Apoſtolorum tempore Chriſti percrebuit notitia in vniuerſo orbe.*
22 *Benedictini non vbique prima fidei ſemina diſperſerunt.*
23 *Benedictini etiamſi primam fidem in multis locorum plantarent, adhuc Eccleſia illorum, non tàm Benedictina, quàm Apoſtolica dicenda eſſet.*
24 *Cur lex vetus dicebatur lex Moyſi, cum eſſet lex diuina?*
25 *Cur aliquæ particulares Eccleſiæ dicantur Apoſtolicæ?*

## CAPVT PRIMVM.

### Probatur de fide pars affirmatiua.

1 Ex quo Eccleſia cœpit dici Apoſtolica.

IN hoc dubio certa eſt ex ſententia omnium & ex diffinitione Eccleſiæ pars affirmatiua, propter illud ſymboli, *Credo vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam.* Quòd verbum intelligendum eſt de Eccleſia Chriſti ſecundum ſtatum gratiæ: antea enim ſicut non dicebantur Apoſtoli, ita nec Eccleſia Apoſtolica nominabatur.

2 Cur Eccleſia dicatur Apoſtolica

3 Cur Apoſtoli dicantur fundamenta Eccleſiæ.

4 Eccleſia accepit fidem ab Apoſtolis.

2 Ratio autem iſtius nominationis illa in primis eſt quia (vt D. Thom. *a* obſeruat) Apoſtoli dicuntur fundaméta Eccleſiæ, iuxta illud Pſal. *b Fundamenta eius in montibus ſanctis*, & iuxta illud *Eſaiæ*, *c Fũdabò te in ſaphyris*, id eſt (explicat D. Tho.) *in cœleſtibus viris*, & iuxta illud Apocalyp. *d Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim & in ipſis dodecim nomina Apoſtolorũ*. Dicuntur auté Apoſtoli fundamenta *Eccleſiæ*. Tùm quoniam Apoſtoli primi omnium adhæſerunt Chriſto capiti, iuxta illud Pauli ad Romanos, *e Nos ipſi primitias ſpiritus habentes*. Circa quod ait Gloſſa. *Tempore priores & cæteris abundantius*, & iuxta illud eiuſdem *f Elegit nos Deus primitias in ſaltem, in ſanctificatione ſpiritus, & fide veritatis*. Vnde Apoſtoli in ſacris literis ſæpè dicuntur montes: quia montes ſunt, qui primitus illuſtrantur ab oriente ſole; conualles deinde, & exinde. Vnde Matth. illud *g Vos eſtis lux mundi*. Tum etiam dicuntur fundamenta Eccleſiæ, quia prædicatione illorum Eccleſia fundata eſt. Ex quo illud Irenæi; *h Etenim*

a *Sup. ad Epheſ. 2. lect. 6.*
b *Pſalm. 76.*
c *Eſaiæ. 54.*
d *Apocal. 21.*
e *Rom. 8.*
f *2. Ad Theſſal. 2.*
g *Matth. 5.*
h *Lib. 1. c. 2.*

*Eccleſia per vniuerſum orbem vſque ad extremos fines terræ diſperſa, fidem ab Apoſtolis, eorumque diſcipulis accepit.* Item & illud Hieronymi, i *Fundatur prædicatione Eccleſia: Eccleſia enim non parietibus conſiſtit, ſed dogmatum veritate: & Eccleſia eſt ibi vbi vera fides eſt.* Tum denique, quia ſuper Apoſtolum, & Apoſtolorum Principem Petrum Eccleſia fundata eſt, iuxta illud Chriſti, k *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Eccleſia ergo dicitur in primis Apoſtolica, quia fundamenta illius Apoſtoli ſunt.

i *In Pſalm.* 103.
k *Mat.* 16. n. 18.

5 Deinde dicitur Apoſtolica, quia Apoſtolorum fidem, prædicationem, & documenta, atque authoritatem retinet, & obſeruat. Retinet quidem (vt notauit Turrecremata) l poteſtatem in clauibus, ſententiam in verbo, & vitam in exemplo. Obſeruat etiam quod in Prouerbijs iniunctum eſt, m *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt tibi Patres tui,* Id eſt, Apoſtoli: iuxta interpretationem Hieronymi, n & Auguſtini, o qui ſuper illud Pſalm. *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij,* inquiunt: *Genuerunt Eccleſiam Apoſtoli; ipſi miſſi ſunt, ipſi prædicauerunt, ipſi Patres pro quibus nati ſunt filij.*

Eccleſia fidem tenet Apoſtolorũ.

l *Lib.* 1. *Summ de Eccl. cap.* 18.
m *Proue.* 21.
n *Sup. Pſal.* 44.
o *Ibidem.*

6 Tertiò dicitur Apoſtolica, quia omnes Chriſtianæ Religionis ritus, & ſacrarum inſtitutionum obſeruantia ab Apoſtolica traditione creditur deriuata in Eccleſia: vt ex capite *Eccleſiaſticarum*, diſtin. 11. colligitur; & planè aſſeritur ab Auguſtino dum dicit, p *Illa quæ per vniuerſam cuſtodiuntur Eccleſiam, ab Apoſtolis tradita & commemorata creduntur.* Inde Tertulliani illud, q *Conteſta fide in Chriſtum Ieſum, & Eccleſijs conſtitutis dehinc in orbem profecti ſunt Apoſtoli, eandem doctrinam promulgarunt, & proinde Eccleſias in vnaquaque ciuitatum condiderunt; à quibus traditiones fidei, & ſemina doctrinæ cæteræ Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuant, vt Eccleſiæ fiant: ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputantur, vt ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum.*

Apoſtolica traditione Eccleſia edocta eſt.

p *Lib.* 2. *de baptiſ. contra donatiſtas.*
q *Libr. aduerſus hæreſ. ca.* 20. *nu.* 220.

7 Denique dicitur Eccleſia Apoſtolica ex ipſa nominis etymologia. Etenim ly Apoſtolicum, nomen eſt Græcum deſumptum à ly *Apo*, quod eſt deſuper, & a ly *ſtolon*, quod eſt miſsio; quare Eccleſiam dici, & eſſe Apoſtolicam, idem eſt ac dici, & eſſe deſuper miſſam: vt re ipſa miſſa eſt: teſte Ioanne dicente, r *Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo.* Et iure à cœlo viſa eſt deſcendere, quoniam fundamenta potiſsimà illius in cœlo iacta ſunt. Ob id enim Chriſtus Dominus, qui potiſsimum eſt & præſtantiſsimum huius *Eccleſiæ* fundamentum, dicitur in ſacris literis, Lapis angularis ſummus: vt potè quòd non in profundo, vt ædificia materialia, ſed in ſummo, vt ſpiritale ædificium Eccleſiæ Chriſti habet fundamentum, vt ipſe D. Thom. notauit. s

Quid ſit ly Apoſtolicum.

r *Apocalyp.* 21.
s *Vbi ſup. lect.* 6.

Ex quo fit, vt licet materialia ædificia aſcendant de terra ad cœlum, Eccleſia tamen Chriſti deſcendit de cœlo ad terram, vt etiam Chriſtus ipſe deſcendit. & proinde tamquam deſuper miſſa conuenienter Eccleſia Chriſti dicitur Apoſtolica.

t *Vbi ſup. lect.* 6.

Cur dicatur de Eccleſia quod deſcendit de cœlo.

# CAPVT SECVNDVM.

## Obiectiones contra prædicta.

VT Illuſtrior tamen res iſta fiat vniuerſę rationes capitis precedentis expendendæ ſunt in hunc modum. Inprimis in prima ratione Eccleſia aſſeritur Apoſtolica: quia ſuper Apoſtolos, tamquam ſuper fundamenta propria fundata eſt. At hoc videtur tùm falſum, tùm inſufficiens: ergo propter primam rationem

Eccleſia

Digitized by Google

*Eccleſia dicitur, fundata ſupra Chriſtũ, & ſupra Prophetas.*

9 Eccleſia non eſt Apoſtolica. Minor quoad primam partem probatur ex eo, quod ſolus Chriſtus in ſacris literis aſſeritur Eccleſiæ fundamentum, iuxta illud Pauli: a *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Dominus*. Quoad ſecundam verò partem probatur ex eo, quod ſicut Eccleſia dicitur fundata ſuper Apoſtolos, ita etiam ſupra Prophetas: iuxta illud Pauli, b *Superædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum*. Ergo ſicut hoc non ſufficit denominare Eccleſiam Chriſti propheticam, ita nec ſufficiet denominare illam Apoſtolicam.

a 1. Cor. 3.

b Epheſ. 2.

*Benedictini potiores Eccleſiæ prouincias ad fidem adduxerunt.*

10 Secundò aſſeritur in eadem 1. ratione Eccleſia Chriſti Apoſtolica, quia Apoſtoli prædicatione ſua planctauerunt illam. At grandiores, & illuſtriores totius orbis prouinciæ, non tàm per Apoſtolos, quàm per monachos Benedictinos ad fidem Chriſti conuerſæ ſunt. Ergò ex hac parte potius Benedictina, quàm Apoſtolica denominanda veniret. Minor hujus argumenti inde perſpicua eſt, quòd in primis Anglia ab idololatria ad fidẽ conuerſa refertur anno 580. per Auguſtinum, Mellitum, Iuſtum, & Laurentium, Monachos Monaſterij ſancti Andreæ Romæ, miſſos à Gregorio Magno, eiuſdem inſtituti nigro Monacho. Tota etiam Germania, & Friſia, anno 740. per ſanctum Bonifacium Monaſterij ſancti Michaelis in Anglia monachum. Dacia, & Suecia, & Gothia, anno 830. per ſanctos Anſgarium, Rhambertum, Andelgirium, & Binicum Monachos Monaſterij Corbeiæ in Gallia Belgica, miſſos à Ludouico Pio Imperatore. Saxonia etiam anno 806. per Stornum Monachum dicti Monaſterij ſancti Michaelis in Anglia, Vngaria, & Polonia, anno 982. per ſanctos Martyres, & Monachos Benedictum, & ſocios Fuldenſis Monaſterij. Ruſia necnon anno 1154. per ſanctum Bonifacium Martyrem, & Monachum Monaſterij Claſenſis in litore maris Rauenæ. Et quàm plurimæ aliæ etiam ad numerandum longiſsimæ, de quibus in Elencho & Catalogo regnorum conuerſorum ad fidem per Monachos Benedictinos, editum cum tabellula rerum illuſtrium Ordinis ſancti Benedicti ab egregio illo pio iuxta ac docto congregationis Hiſpaniarum Monacho & alumno, fratre *Franciſco* Ibañez, Abbate Monaſterij ſancti Dominici Silenſis apud Hiſpalem.

*Inſtituta Eccleſiæ omnia diuina, & Euangelica.*

11 Tertiò aſſeritur Eccleſia Apoſtolica in 2. & 3. ratione, quia Apoſtolorum fidem, documenta, ritus, traditiones, & inſtitutiones retinet: at omnia iſta diuina, & Euangelica ſunt, vt potè diuinitus reuelata: & tamquam dogmata Dei, ſiue ſcripta, ſiue non ſcripta, & tamquam de iure diuino vniuerſaliter accepta. Ergo propter hæc potius deberet dici Eccleſia diuina, aut Euangelica, quàm Apoſtolica: ſicut ſchola in qua Peripateticorum diſciplina inſtituitur. vel etiam Stoicorum, necnon, & D. Thomæ, aut Scoti, dicitur Peripatetica, Stoica, Thomiſtica, & Schotiſtica, nulla habita ratione ad diſciplinæ Præceptores.

*Plures Eccleſiæ particulares dicuntur Apoſtolicæ*

12 Deniquè in vltima ratione aſſeritur Eccleſia Apoſtolica, quia deſuper miſſa: at multæ Eccleſiæ materiales, ac particulares dicuntur Apoſtolicæ; vt vel in Hiſpania noſtra Eccleſia Toletana, Eccleſia Eboracenſis, & Eccleſia Accitana. Ergo ſignum eſt, quod ly Apoſtolicum non eſt epiteton Eccleſiæ, quatenus ſonat aliquid ſupernè immiſſum, & proinde Eccleſia non ab huiuſmodi etymologia dicenda eſt Apoſtolica.

(***)



Digitized by Google

# CAPVT TERTIVM.

## Reſpon, 1. argument. 2. cap. & oſtenditur, quomodò Apoſtoli ſimul cum Chriſto ſint Eccleſiæ fundamentum.

PRimum argum. petit, vt oſtendamus quomodò poſsit Apoſto-
lis competere munus, & onus fundamentorum Eccleſiæ, ſi ta-
13 men Chriſtus aſſeritur vnicum fundamentum illius? Ad hoc au
tem ſciendum eſt, quod fundamentum primarium, cui cætera
omnia cohærent, & innituntur, non eſt aliud niſi Chriſtus Do-
minus: fundamenta verò ſecundaria ſunt Apoſtoli, iuxta ſuperius oſtenſa in
ratione prima primi capitis. Hoc egregiè nobis tradidit D. Th. ita inquiens. a
*Dicendum eſt autem quod duplex eſt fundamentum, vnum quidem quod per ſe habet ſoli-*
*ditatem, vt rupes aliqua ſuper quam ædificium conſtruitur, & huic fundamento Chriſtus*
*comparatur: ipſe enim eſt petra de qua dicitur: Fundata enim erat ſupra firmam petram.*
*Aliud eſt fundamentum, quod habet ſoliditatem, nō ex ſe, ſed ex alio ſolido ſubiecto: ſicut*
*lapides, qui primò ſupponuntur petræ ſolidæ: & hoc modo Apoſtoli dicuntur fundamen-*
*ta Eccleæ, quia ipſi primo ſuperædificati ſunt Chriſto per fidem & charitatem.* Hacte-
nus D. Th. Etenim in eodem fundamento multi congeruntur lapides, potiſ-
ſimus tamen eſt ille, cui reliqui innituntur, per quod tamē non tollitur quin
etiam reliqui ſint fundamentum.

14 Quare Chriſtus: & primus eſt, & eſt ſummus fundamenti lapis: Apoſto
li verò ſecundaria ſunt fundamenta; abſolutè tamen ſunt fundaméta Eccle
ſiæ. Et per hoc patet ad primam probationem minoris. Vt enim cauſæ alicu-
ius effectus verè retinent rationem cauſæ, licèt Deus ſit tantùm prima cau-
ſa, ita ſimiliter Apoſtoli obtinent rationem fundamenti, reſpectu Eccle-
ſiæ: licèt Chriſtus ſit primum, & potiſsimum fundamentum illius. Primum in
quam, quia Chriſtus ex ſe habet eſſe fundamentum Eccleſiæ; vt rupes ex
ſe habet eſſe fundamentum ædificij: Apoſtoli autem tantùm ex munere, &
ex gratia Dei habent eſſe fundamenta Eccleſiæ; quia gratuitò acceperunt
coniungi immediatius Chriſto, & illi inhærere, ſicut quadrati lapides ex vo-
luntate artificis habent immediatius coniungi rupibus, vt ſic præter omnes
alios habeant rationem fundamenti.

15 Ad 2. probationem eiuſdem minoris reſp. quod licèt fides Eccleſiæ inni
tatur etiam doctrinæ Prophetarū: vtpotè, quod b *Scriba doctus* (hoc eſt fidelis
populus) *ſimilis eſt patri familias, qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera*, hoc
eſt, tàm dogmata Prophetarum, quàm Euangeliorum. Nihilominus Eccleſia
non venit diconda prophetica, ſed Apoſtolica; quoniam Prophetarū doctri-
na obſcura erat, vt potè figuris, & velaminibus inuoluta, cùm tamen doctrina
Eccleſiæ clariſsima, & illuſtriſsima ſit. Propter quod dixit Paulus, c *Nox*
*præceſſerat, & dies appropinquauerat* quia nimirum præceſſe-
rat obſcuritas legis, & Prophetarum, &
appropiquabat claritas
Euangelij.

Quomodò Apoſtoli dicātur fundamenta Eccleſiæ, cū Chriſtus ſit vnicū fundamentū illius,

Chriſtus eſt primū, & ſūmum Eccleſia fūdamentū Apoſtoli ſecundaria.

Cur Eccleſia nō dicatur prophetica, ſed Apoſtolica

a ad Ephes. 2.

b Math. 13.

c Rom. 13.

CAPVT

# CAPVT QVARTVM.

## Reſpondetur 2. argumento 2. capitis, & oſtenditur, qualiter Apoſtoli Euangelium per totum orbem detulerint,

Videtur Apoſtolos vniuerſũ orbem peragraſſe.

16 SEcundum argumentum eam potiſsimum difficultatem continet, an Apoſtoli totum mundum tranſcurrerint Euangelium prædicando? A parte affirmatiua referuntur Hilarius, a Chryſoſtomus, Anſelmus, Hieronymus, Euthymius, & Theophylactus, b ſuper Matth. Liranus, c Euſebius Cæſarienſis, d Ambroſius, e & alij. Fundamentum illorum eſt. Tùm illud Chriſti: f *Prædicabitur Euangelium hoc in vniuerſo mundo.* Tum illud eiuſdem: g *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ.* Tùm denique, quia hoc impletum eſſe temporibus Apoſtolorum aſſeruit vel ipſe Paulus, dum inquit: h *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti. Sed dico, numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Id eſt, verba prædicantium Euangelium Chriſti. Sentit ergo Paulus, quòd temporibus ſuis Euangelium erat diſſeminatum per orbem.

a *Canone* 25. *in Matth.*
b *Sup. Matth.* 24. *num.* 14.
c *Sup. Mar.* 12.
d *Lib.* 3. *Hiſt. Eccleſiaſt. cap.* 7.
e *In Lucæ* 10.
f *Matth.* 24.
g *Mar. vlt.*
h *Rom.* 10.

Quando Hieroſolymitanum excidiũ accidit.

17 His adiungere poſſumus verbum illud Chriſti: i *Poſtquam fuerit Euangelium prædicatum in vniuerſo orbe, tunc veniet conſummatio.* Id eſt, tunc Hieruſalem ſubuertetur: iuxta id quod nos ſuperius tanquam de mente D. Lucæ, & aliorum interpretati ſumus. Cùm ergo Hieroſolymitanum excidium accidérit quadrageſimo anno poſt aſcenſionem Chriſti, conſequens eſt, quod intra quadraginta iſtos annos Euangelium prædicatum fuerit ab Apoſtolis in vniuerſo mundo.

i *Matth.* 24. *numero* 14. *Sup. Dub.* 17. *c.* 16.

Aſſerũt plures, quòd Apoſtoli non vniuerſã terram peragrarũt.

18 A parte autem negatiua ſunt Origenes, Beda, k Gregorius Magnus, l Suarez, m Maldonado, n Toletus, o Lorinus, p & alij recentiores. Primò, quia vnum de præcipuis ſignis conſummationis mundi, eſt peracta Euangelii prædicatio per orbem. Secundò, quoniam Auguſtinus q diſſerens cum Heſichio de fine mundi teſtatur multas tempore ſuo fuiſſe in Africa gentes, quæ Euangelium neque acceperant, neque audierant. Quibus conſonant, quæ de Benedictinorum prædicatione in argumento retulimus. Tertiò, & vltimo, quia ſi propter aliquid declinandum eſſet ab huiuſmodi ſententia, maximè propter fundamenta oppoſitæ. At omnia illa ſufficienter explicantur ſi per hyperbolem ac figuram ſynecdochem dicta putentur, ſecundum

k *Sup. Mat.* 24.
l *Greg. Mag. hõ.* 12. *in Euang.*
m *Tomo* 2. *in* 3. *p. diſ.* 56. *ſ.* 6. 2.
n *Sup. Matth.* 24.
o *Sup. ad Ro.* 10.
p *In Acta Apoſt. cap.* 1. *nu.* 8.

Pluries ſacræ literæ vtũtur figura ſynecdoche.

19 quam totum ponitur loco vnicæ partis: vt in ſacris literis frequentiſsimum eſſe conſtabit conſideranti illud Lucæ, r *Exijt edictum ab Auguſto Cæſare, vt deſcriberetur vniuerſus orbis*, id eſt, non totus mundus, ſed tantum illa pars, quæ ſubiecta erat Romanorum Imperio. Et illud eiuſdem Lucæ: ſ *Ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt*; cùm tamen ibi (hoc eſt, in Hieruſalem, quando Spiritus Sanctus in igne deſcendit) ex ſingulis nationibus mundi non interfuerint homines, ſed tantùm ex aliquibus, licèt numero multis, & conditione diuerſis. Et illud: t *Fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo.* Senſus enim eſt, quòd Romanorum pietas & religio longè lateque per orbem diuulgabatur: non autem quòd vbique terrarum & locorum diuulgatio illius penetraret.

q *Epiſt.* 68. *&* 80. *ad Heſichium.*
r *Lucæ* 2.
ſ *Actorum* 2.
t *Rom.* 10.

D. Tho. cõciliat prædictas ſententias diſſidẽtes.

20 Diſsidium hoc dirimit nobis tanquam medius arbiter D. Thomas dum ita inquit: v *Prædicatio Euangelij poteſt intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad diuulgationem notitiæ Chriſti: & ſic prædicatum fuit Euangelium in vniuerſo orbe, etiam tempore Apoſtolorum, vt Chryſoſt. dicit: & hoc quod additur: Et tunc erit conſummatio, intelligitur de deſtructione Hieruſalem, de qua ad literam loquebatur.*

v 1. 2. *q.* 106. *ar.* 4. *ad* 4.

*Alio*

Digitized by Google

*Alio modo poteſt intelligi prædicatio Euangelij in vniuerſo orbe cum plene effectu, ita ſcilicet, quòd in qualibet gente fundetur Eccleſia: & ita ſicut dicit Auguſt. in Epiſt. ad Heſichium nondum eſt prædicatum Euangelium in vniuerſo orbe, ſed hoc facto veniet cõſummatio mundi* Hactenus D. Thom. cuius verbis nihil addendum, aut ſubtrahendum eſt.

Apoſtolorum tempore Chriſti percrebuit notitia in vniuerſo orbe.

21 Et quidem, quòd ſaltim primo illo modo intimatum ſit Euangelium in vniuerſo mundo temporibus Apoſtolorum, conuincitur ex teſtimonijs illorum, qui circumcirca attigerunt tempora illa. Etenim Tertullianus ita inquit: x *Chriſtum audiebant, & credebant Parthi, Medi, Helamitæ, Meſopotamij, Armeni, Phryges, Capadoces, & incolentes Pontum, Aſiam, & Pamphyliam, immorantes Ægyptum, & regionem Africæ, quæ eſt trans Cirenem, Romani, Hieroſolymitæ, Getulorum varietates, Maurorum fines, Hiſpaniarum omnes termini, Galliarum diuerſæ nationes, & Britanorum inacceſſa Romanis loca, & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum, &c. In quibus omnibus locis Chriſti nomen porrigitur, vbique creditur, ab omnibus colitur, vbique regnat, vbique adoratur.* Irenæus y etiam Tertulliano antiquior ita habet: *In Germania ſunt fundatæ Eccleſiæ in Iberis, in Celtis, in Oriente, in Ægypto, in Libia, & in medio mundi conſtitutæ, ſicut Sol in vniuerſo mundo.* Et vtroque antiquior Hegeſipus ita ait: z *Ex quo cœpit congregatio Chriſtianorum, in omne hominum penetrauit genus, nec vlla natio Romani orbis remanſit, quæ cultus eius expers relinqueretur.* Videatur Feu. Ardentius a in Commentarijs Irenæi. Ibi enim tâm de Germanis, quam de innumeris alijs nationibus oſtendit, authoritate antiquorum, Chriſto dediſſe nomen, ante Auguſtini, & aliorum recentiorum tempora. Ex quo planè ſequitur Benedictinos Monachos non tàm prima fidei ſemina ſparſiſſe per orbem, quàm eandem fidem ſemel extinctam, & abolitam replantaſſe: & ideò non tàm ab eis, quàm ab Apoſtolis Prouinciæ illæ nomen accipere debuerunt.

x Lib. contra Iudæos.

y Lib. 1. cap. 2.

z Lib. 2. de Excidio, cap. 12.

a Sup. Irenæum lib. 1. cap. 1.

22 Benedictini non vbique, prima fidei ſemina diſperſerũt

23 Sed eſto, quòd primo modo Benedictini inuexiſſent in Prouincias illas fidem Catholicam; adhuc non ſequeretur Eccleſiam potius Benedictinam, quàm Apoſtolicam nominandam eſſe: ſiquidem Benedictini tantùm habuerunt dilatare fidem, quam Apoſtoli diſſeminarunt. Vnde ſicut dictionarium vniuerſale meritò ſibi vendicat nomen ſui primi collectoris, vtique Ambroſij Calepini; quia licet alij poſt eum notabiliter auxerint illud multarum dictionum cremento, ipſe tamen Calepinus fuit primus collector, & compillator. Item tanta eſt prærogatiua prioris inſtitutoris alicujus rei, vt etiam ſi ſemel abolita per alios inſtauretur, retinet nihilominus prioris opificis denominationem: vt patet in templo Hieroſolymitano; quod quia primò à primis fundamentis à Salomone erectum eſt, etiam vſque ad præſentem diem dicitur Salomonis templum quantumcumque ſemel, & iterum funditus euerſũ, per alios omnino inſtauratum ſit.

Benedictini etiam ſi primã fidem in multis locorũ plãtarent, adhuc Eccleſia illorũ non tam Benedictina, quã Apoſtolica dicẽda eſſet.

# CAPVT QVINTVM.

## Reſpondetur 3. & 4. argumentis, 1. capitis, & explicatur, quo iure particulares Eccleſiæ dicantur Apoſtolicæ.

Cur lex vetus dicebatur lex Moyſis, cum eſſet lex diuina.

24 AD 3. argumentum reſpondetur quod ſicut lex vetus appellatur lex Moyſis, non quidem quia Moyſes illam tulit, & ſtabiliuit, ſed quia primus omnium promulgauit: nam aliàs ipſa lex diuina erat, & diuinitus inſtillata; ita Eccleſia dicitur Apoſtolica, non quidem quia forma conſtitutiua illius, vtique fides interna infuſa fuerit ab Apoſtolis, ſed quia primi omnium Apoſtoli eam per orbem diſſeminarunt. Et ſicut ſchola illa dicitur Thomiſtica in qua promulgantur dogmata, quæ

D. Tho-

Digitized by Google

D. Thomas primitus intimauit, licèt de naturæ, vel etiam de Theologiæ theſauris illa depromſerit, ita Eccleſia dicitur Apoſtolica, quia prædicat, quæ ab Apoſtolis accepit, tanquam à primis illarum veritatum promulgatoribus, poſtquam illas à Chriſti, aut Spiritus Sancti magiſterio hauſerunt.

Cur aliquæ particulares Eccleſiæ dicantur Apoſtolicæ

25 Ad quartum argumentum reſpondetur Eccleſias illas, & alias etiam apud Hiſpaniam noſtram Apoſtolicas dici, & eſſe, vtpotè fundatas, vel ab Apoſtolis ipſis, vt Cæſaraugustana ſanctæ Mariæ del Pilar à Diuo Iacobo, vel à diſpulis Chriſti; vt Eboracenſis à ſancto Mancio: vel ab Apoſtolorum, & diſcipulorum Chriſti alumnis; ſicuti Toletana ab Eugenio diſcipulo ſancti Dionyſij, & Accitana à Torquato diſcipulo ſancti Iacobi. Quæ omnes concilio Illiberitano antiquiſsimo illi per paſtores ſuos, & prælatos interfuere; Valerius pro Cæſaraugustana, Melanthius pro Toletana, Quintianus pro Eboracenſe, & tandem Fœlix pro Accitana: teſte eruditiſsimo Commentatore Concilij Illiberitani Ferdinando de Mendoza. a

a *Sup. Conc. Illiber. lib. 1. cap.* [illegible]

# DVBIVM VIGESIMVM TERTIVM.

## *Vtrùm Eccleſia poſsit errare, & falli?*

### *SVMMARIVM.*

1 *Arg. 1. ex ſacris literis pro parte affirmatiua.*
2 *Arg. 2 ex hiſtorijs ſacris pro parte affirmatiua.*
3 *Arg. 3. ex Iſaia, & Hieremia ad idem.*
4 *Arg. 4. ratione pro parte affirmatiua*
5 *Arg. 5. ad idem ex ratione.*
6 *Arg. 6. ad idem ex ratione.*
7 *Arg. 7. ad idem ex ratione.*
8 *Dupliciter contingit errare.*
9 *Quotupplex veritatis genus erga quod errare, aut falli contingat.*
10 *Defide eſt Eccleſiam errare non poſſe in dogmatibus fidei.*
11 *Eccleſia culpabiliter non poteſt errare.*
12 *Eccleſiæ caput Chriſtus.*
13 *Quid ſit Eccleſiam eſſe columnam veritatis.*
14 *Eccleſia eſt antiquior ſcriptura.*
15 *Quid ſit Eccleſiam eſſe columnam.*
16 *Quid ſit Eccleſiam non habere maculam, neque rugam.*
17 *Credendum olim erat Phariſæis è cathedra Moyſi docentibus.*
18 *Eccleſia ſub anathemate audienda eſt.*
19 *Antiqui Patres authoritati Eccleſiæ ſemper ſubſcripſerunt.*
20 *Eccleſia neque in vno fidei puncto poteſt vel inculpabiliter errare.*
21 *De veritate Eccleſiæ vt de veritate Dei loquendum eſt.*
22 *Omnino dictis Eccleſiæ acquieſcendum eſt.*
23 *Eccleſia nullo modo poteſt errare in neceſſarijs ad ſalutem.*
24 *Illuſtrationem, quam Chriſtus promiſit Apoſtolis, vniuerſali Eccleſiæ promiſit.*
25 *Quid ſit ſpiritus veritatis.*
26 *Spiritus Dei non recedit de ore Eccleſiæ.*
27 *Intra Eccleſiam tantum ſalus contingit.*
28 *Spiritus Sanctus cor Eccleſiæ, Chriſtus autem caput.*
29 *Caput & cor corporis myſticè habent influere in membra ſibi ſubiecta.*
30 *Nihil intra Eccleſiam ignoratur eorum, quæ pertinent ad ſalutem.*
31 *Non implicat Eccleſiam ignorare, quæ non pertinent ad ſalutem.*

32 In aliquibus Eccleſia habet inditium humanum.
33 Multi ſunt gradus inter propoſitiones, quæ pertinent ad fidem.
34 Eccleſia non poteſt falli in decernendis erroneis propoſitionibus.
35 Eccleſia nequit errare in iudicandis propoſitionibus, quæ ſunt piarum aurium offenſiuæ.
36 Eccleſia nequit errare in iuditio propoſitionũ improbabilium.
37 Cuius certitudinis ſint concluſiones prædictæ?
38 Eccleſia nequit errare in pertinentibus ad Chriſtianam pietatem.
39 Semper Eccleſiæ ſenſui adhærendũ eſt, & pro regula habendus.
40 Figura ſynodoche frequens in ſacris literis.
41 Non omnes ſeſe polluerunt in vituli adoratione.
42 Prophetæ Achab omnes falſi.
43 Arg. omnes Eccleſiæ Prælatos, & Doctores poſſe errare.
44 Arg. item ad idem.
45 Notabilia pro cauſæ deciſione.
46 Omnes Paſtores, & Doctores Eccleſiæ non poſſunt errare.
47 Eccleſiæ fides pendet ex doctrina Doctorum.
48 An ſit de fide vniuerſos Paſtores, & DD. Eccleſiæ errare nõ poſſe?
49 Grex Paſtorem ſequitur.
50 Magni refert, quòd Epiſcopi, & Doctores Eccleſiæ nõ decipiãtur.
51 Omnium Prælatorum Eccleſiæ conſenſus Apoſtolicæ traditionis arg. eſt.
52 Doctrina Patrum eſt ſcala Iacob, ad penetrandam ſublimitatem Scripturæ
53 In quo diſtinguantur vniuerſi Epiſcopi à Romano in doctrinæ certitudine?
54 Aliud item eorundem diſcrimen.
55 Vniuerſæ Patres Eccleſiæ nõ ſtat, vt apud ſe errore decipiantur.
56 Probatur id ab inconuenienti.
57 Obijcitur contra prædicta, ſed diluitur obiectio.
58 Non omnes in particulari Paſtores, & Doctores poſſunt errare.
59 Epiſcopi ſunt columnæ Eccleſiæ.
60 Epiſcoporum encomia.
61 Quomodò ſtet ſingulos Epiſcoporum errare non poſſe, ſi tamen Apoſtoli omnes aliquando errarunt?
62 Si vniuerſi Doctores errarent, omnis Eccleſia erraret.
63 Paſtores, & DD. ſũt Eccleſiæ oculi.
64 Obijcitur contra prædicta, & obiectio diluitur.
65 Deus ſuam Eccleſiam alloquitur per Doctores.
66 Licèt quilibet Prælatorũ in particulari poſſit errare, at non omnes.
67 Quia Eccleſia errare non poteſt, cõſequẽs eſt, vt neq; omnes Doctores illius.
68 Singulare priuilegiũ Romani antiſtitis
69 Quòd Eccleſia non decipiatur à ſuis Epiſcopis miraculo tribuẽdũ nõ eſt.
70 Neq; in dubijs poteſt tota Eccleſia errare.
71 Aliquando Eccleſia præcipit, vt probabiles opiniones ſequamur.
72 Arg. quod quidquid Eccleſia decreuit ſit tenendũ tanquã de fide.
73 Arg. rurſum ad idem.
74 Oppoſitæ ſententiæ authores.
75 Duplex Eccleſiæ poteſtas.
76 Quando Eccleſia diffinit aliquid, vt probabile nõ definit illud tãquam de fide.
77 Non omnia definita ab Eccleſia habent eundem gradũ certitudinis.
78 Conciliorũ, & Romanorũ Pontificũ anathemata, non tantùm feruntur cõtra hæreticos, & pro cauſis fidei.
79 Probabilia vt ſic non ſunt materia fidei.
80 Quid ſi diffiniret Pontifex aliquid tantùm probabile?
81 Quod probabile eſt, reuelabile eſt.
82 Quidquid in officijs diuinis Eccleſia vniuerſalis recitat certum, & indubitatum eſt.
83 Vna tantum fuit Magdalena.
84 Aliquando æternum idem, quòd diuturnum.

CAPVT

Digitized by Google

# CAPVT PRIMVM.

## Authores & argumenta partis affirmatiuæ.

A Parte affirmatiua multi hæreticorum inuenti ſunt, præſertim Montanus apud Euſebium; *a* Donatiſtæ, & Rogatiani apud Auguſtinum: *b* Iconomachi apud ſextam Synodum generalem: *c* Vuicleph apud Concilium Conſtantienſe: *d* & tandem Lutherus, & ſequaces apud recentiores *e* quoſcumque. Argumenta illorum iſthæc eſſe poſſunt.

a *Lib. 5. Hiſt. c. 6.*
b *Epiſt. 48. & 50.*
c *Sexta Synodus generalis.*
d *Seſsione 11.*
e *Recentiores ... tat. de Eccl.*

**Arg. 1. ex ſacris literis pro parte affirmatiua.**

1 In primis ſcriptum eſt: *f Non eſt intelligens, aut requirens* Deum. Eſaiæ: *g Neſcierunt vniuerſi.* Hieremiæ: *h Quia oblitus eſt mei* (dicit Dominus) *populus meus impingentes in vijs ſuis* (id eſt, aberrantes) *ſicut ventus vrens diſperg am eos coram inimico. Et dixerunt: venite cogitemus contra Hieremiam: non enim peribit lex à Sacerdote; neque conſilium à Sapiente, neque ſermo à Propheta.* Id eſt, quidquid clamet, aut reclamet Hieremias, non poſſunt eſſe falſa nec fallere, quæ Sacerdotes noſtri, noſtrique Sapientes, ac Prophetæ promittunt. Cùm ergo vox iſta totius populi fuerit, & in contemptum eloquij Dei, conſequens eſt, quòd vniuerſus populus de facto errauerit, & falſum aſſeruerit; & ex cõſequenti, quòd tota Eccleſia poſsit errare, aut falli.

f *Pſalm. 16.*
g *Eſaiæ 5.*
h *Hierem. 18.*

**Arg. 2. ex hiſtorij ſacris pro parte affirmatiua.**

2 Deinde tempore Moyſis *i* vniuerſus populus Iſrael adorauit vitulum conflatilem vno dempto Moyſe, qui tunc cum Deo erat: tempore etiam Achab, *k* Prophetæ omnes numero 400. errauerunt vno dempto Michea: tempore ſimiliter Heliæ *l* relictus eſt ipſe ſolus inter vniuerſos fideles, vt vel ipſe aſſeruit dum Deum ipſum circa rem iſtam interpellauit. Ergo non ſolùm de poſsibili, ſed etiam de facto conſtat Eccleſiam erraſſe, & in deceptionem veniſſe.

i *Exodi 32. n. 31.*
K 3. *Reg.* 22.
l 3. *Reg.* 9. & *Rom. 11.*

**Arg. 3. ex Eſai. & Hierem. ad idem.**

3 Tertiò, Eſaiæ primo exaratũ eſt: *m Speculatores cæci omnes.* Hieremiæ: *n Quomodò confunditur fur quando deprehenditur, ſic confuſi ſunt domus Iſrael ipſi & Reges eorum, & Principes, & Sacerdotes, & Prophetæ eorum dicentes ligno, Pater meus es tu; & lapidi, Tu me genuiſti.* Item: *o Quomodò dicitis ſapientes nos ſumus, & lex Domini vobiſcum eſt? Verè mendacium operatus eſt ſtylus mendax ſcribarum. Verbum enim Domini projecerunt & ſapientiæ nihil eſt in eis.* Ecce qualiter ſcriptura clamat, doctiores & ſapientiores Eccleſiæ Dei planè deceptos fuiſſe, & in errorem immiſſos: ſed rudis populus nullam aliam fidem profitetur, quam acceptam, & explicatam à ſuis Doctoribus. Ergo ſi omnes iſti, qui ſpeculatores ſunt decipiuntur, conſequens eſt, vt reliqui decepti maneant & proinde quod tota Eccleſia poſsit errare, ac decipi.

m *Eſaiæ 1.*
n *Hierem. 2.*
o *Hierem. 8.*

**Arg. 4. ratione pro parte affirmatiua.**

4 Quando aſſeritur Eccleſiam errare non poſſe, aut ſenſus eſt, quòd nullus in Eccleſia permanens & exiſtens membrum illius, poſsit errare, ac decipi: vel tantùm quòd primates, & proceres, penes quos Eccleſiæ regimen eſt errare, aut decipi non valent. Si primum concedendum erit, quod etiam ſimplices, & idiotæ errare non poſsint; quod tamen non ſolùm contra rationem, ſed etiam contra quotidianum experimentum militat: niſi velimus dicere, quòd hoc ipſo, quod aliquis decipitur, vel errat extra Eccleſiam fit, & deſinit eſſe membrum Eccleſiæ, quod eſt hæreticum. Si ſecundum, ergo cum congregatio procerum non ſit tota Eccleſia, conſequens, quòd etiamſi iſti decipi, aut errare non poſſent, adhuc non ſaluaretur, quòd Eccleſia errare non poſſet. Maximè, nam etiam iſti homines ſunt, & per conſequens apti nati ad quamcumque fallaciam, & deceptionem.

**Arg. 5. ad idem ex ratione.**

5 His adde quinto, quòd multa à principio fuerunt dubia in Eccleſia, quæ

poſteà ſunt definita de fide; & tunc poterat Eccleſia adhærere cuilibet parti, etiam illi cuius oppoſitum definitum eſt.

6 Sextò, quia Eccleſia credit aliqua opinatiuè: nam in Concilio Vienenſi definitum fuit tamquam probabile, non autem tamquam omnino certum dari habitus infuſos: & conſtat quòd in probabilibus licet adhærere cuilibet extremorum, quamuis non vtrumque poſsit eſſe verum. Arg. 6. ad idem ex ratione.

7 Septimò, quoniam in diuinis officijs habet Eccleſia multa, quorum aliqua à viris doctis reputantur dubia & incerta; vt quod Magdalena fuerit ſoror Lazari; alia verò falſa, maximè illud quod in officio defunctorum habet, videlicet: *Abſolue Domine animas fidelium defunctorum à pœnis inferni, & de profundo lacu. Quia in te ſperauit, & credidit, non pœnas æternas ſuſtineat, ſed gaudia ſempiterna poſsideat.* Quod verbum videtur ſupponere, quòd quando diſcedit fidelis ab hac vita, non habeat præfixum terminum demigrationis ſuæ, quod tamen eſt error: ſiquidem *Qui bona fecerunt, ibunt in vitam æternam, qui verò mala in ignem æternum.* Arg. 7. ad idem ex ratione.

## CAPVT SECVNDVM.

### Notabilia & concluſiones pro deciſione dubij.

8 PRO Intelligentia, & deciſione Dubij notandum eſt primo, Quod duobus modis poſſet intelligi Eccleſiam errare aut falli. Vtique culpabiliter & voluntariè, vt errant hæretici: & inculpabiliter & inuoluntariè, vt errant ſimplices per ignorantiam inuincibilem. Dupliciter contingit errare.

9 Secundò notandum eſt, quòd circa triplex veritatis genus poſſet intelligi Eccleſiam decipi; aut errare, nimirum circa veritates fidei, deinde circa veritates neceſſarias ad ſalutem animi; tertio circa veritates alias. His poſitis per concluſiones ſequentes dubium dirimendum eſt. Quotuplex veritatis genus erga quod errare, aut falli contingat.

#### *Prima concluſio.*

Eccleſia non poteſt culpabiliter errare circa veritates fidei.

10 HAEc concluſio non ſolùm eſt de fide, ſed etiam eſt euidens ex ſuppoſitione eorum, quæ ſupra demonſtrata ſunt. Videlicet Eccleſiam numquam poſſe deficere propter promiſsiones diuinas. Ex hoc enim euidenter conuincitur noſtræ concluſiones veritas. Cùm enim Eccleſia, vt ſic idem ſit quòd congregatio fidelium, conſequens eſt, vt ſi Eccleſia non poteſt deficere, ſimiliter nec poſsit deficere congregatio fidelium. At deficeret ſi culpabiliter erraret circa res fidei: ſiquidem culpabilis error in fide deſtruit fidem, & proinde formam conſtitutiuam Eccleſiæ, quæ eſt fides. His adiunge verbum illud Dòmine apud Oſeam; *Deſponſabo te mihi in fide inſempiternum.* Non ergo poteſt Eccleſia in rebus fidei errare culpabiliter. Sup. Dub. 17. De fide eſt Eccleſiam errare non poſſe in dogmati bus fidei

#### *Secunda concluſio.*

Eccleſia errare non poteſt circa res fidei, etiam inculpabiliter, & ex ignorantia inuincibili.

11 HAEc concluſio etiam eſt fides Catholica, & conſtat in primis ex illo Chriſti elogio: *a Ego rogabo Patrem, & alium Paraclytum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum; ſpiritum veritatis, quem mundus capere non poteſt* Eccleſia culpabiliter non poteſt errare. a Ioan. 14. n. 17.

te[a]: *vos autem cognoſcetis, quia apud vos manebit, & erit in vobis.* Et iterùm: *b Cùm venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Hoc eſt, ſaltem illam, quæ ad fidem ſpectat. — *b Ioan. 16. n. 13.*

Eccleſiæ caput Chriſtus

12 Secundo, patet ex eo quod iuxta doctrinam Pauli, *c* frequenter repetitam. Eccleſia vniuerſalis eſt quoddam corpus myſticū, cuius caput eſt Chriſtus Dominus. Cùm ergo omne corpus ſuæ directionis motum accipiat à capite, conſequens eſt, vt non magis poſsit errare Eccleſia vniuerſalis in his, quæ ſunt fidei, quàm ipſemet Chriſtus dirigens, velut caput, huiuſmodi corpus. — c *Rom. 12. nu. 5. 1. Cor. 12. n. 12. Epheſ. 5. n. 36.*

Quid ſit Eccleſiā eſſe columnam veritatis

13 Tertiò, patet ex eo quòd, vt idem Paulus aſſerit: *d Eccleſia eſt columna & firmamentum veritatis*, hoc eſt, veritatis diuinæ præſidium & ſubſtentaculum. Ergo impoſsibile eſt quòd veritas diuina, hoc eſt, veritas fidei corruat in ea, alias non eſſet columna illius, ſed potius arundo quaſſata. — d *1. ad Timot. 3. num. 5.*

Eccleſia eſt antiquior Scriptura.

14 Nec valet dicere cum Caluino apud Bellarm. *e* Eccleſiam dici columnam & firmamentum veritatis, quia diligenter cuſtodit ſacras literas: non, inquam, valet. Primò, quoniam (vt ibi notat Bellarm.) Paulus eo loci non agebat de ſcripturis, ſed tantùm de Eccleſia. Secundo, quia antequam Scripturæ ſacræ eſſent in rerum natura, Eccleſia erat columna & firmamentum veritatis: antiquior enim eſt Eccleſia, quàm Scriptura. Tertiò, quoniam aliàs idem encomium prædicari poſſet de librariorum ſcrinijs & officinis, in quibus ſacra volumina ſtudioſè aſſeruantur, atque reconduntur. Quartò, quia aliàs potius arca, vel theca, quā veritatis columna Eccleſia dicenda veniret: quia ſecurius in arca, quàm in columna quiduis cuſtoditur. Cùm ergo columnæ nomine Eccleſia commendetur, conſequens eſt, vt pro veritatis fundamento, non autem pro ſacrarum ſcripturarum ſcrinio prædicetur. — e *To. 1. lib. 3. de Eccleſ. milit. c. 4.*

Quid ſit Eccleſiā eſſe colūnam?

15 Accedit ad hoc, quòd tàm in ſacris, quàm in profanis literis in tantum columnarum nominibus inſcribuntur aliqui, in quantum aſſertores, & propugnatores ſunt fœlicitatis, & immunitatis reipublicæ: iuxta illud Hieremiæ: *f Ecce ego dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream.* Et iuxta illud Pauli: *g Quæ videbantur columnæ eſſe*, & iuxta illud, *h* quod de Leone Magno fertur, videlicet vocari à Græcis fidei orthodoxæ columna: & denique iuxta id quod refert Suetonius Tranquillus, *i* videlicet populum Romanum erexiſſe Iulio Cæſari columnam lapidis Numidici viginti pedum, cum inſcriptione iſta *Parenti Patriæ*. Vtique quia aſſertor, & propugnator extitit libertatis & incolumitatis populi Romani. Vnde Clemens Alexandrinus, *k* ex profeſſo oſtendit columnam ſignificare ſtabilitatem, immutabilitatem, & firmitudinem. Quapropter Eccleſiam dici columnam veritatis idem omnino eſt, atque prædicari & inſcribi inflexibile veritatis fulcrum & ſuſtentaculum. Quòd ſi Eccleſia à veritate non poteſt deflectere, conſequens, vt neque poſsit falli, neque in errorem induci quoquo modo erga res fidei. — f *Hier. 1. n. 18.* g *Ad Galat. 2. num. 9.* h *Genebrard. lib. 3. Chronograph.* i *In Iulio Cæſare cap. 85.* k *Lib. 1. ſtrom.*

Quid ſit Eccleſiā non habere maculā, neque rugā

16 Quartò, patet ex eo quod (referente Paulo: *l*) *Eccleſia facta eſt per Chriſtum adeò glorioſa, vt neque habeat maculam, neque rugam.* Quod teſtimonium nos ſupra interpretati ſumus de luce, & claritate fidei, ſecundum quam omnis caligo mentis remouetur ab ea. — l *Ad Epheſ. 5. num. 27.* *Sup. Dub. 6. prope medium.*

Credēdū olim erat Phariſæis è Cathedra Moyſi docentibus.

17 Quintò, patet ex eo quod (vt argumentantur Auguſtinus, *m* & Chryſoſtomus *n*) Cathedra Moyſi cogebat Scribas, & Phariſæos (aliàs non rectè viuentes) recta, & vera dicere, & docere: propter quod præcepit Chriſtus, *o* vt fierent, quæ ipſi facienda aſſirmabant. Ergo cùm Cathedra Eccleſiæ non minus, ſed magis longè diuino numine afflata ſit, conſequens eſt, vt longè magis veritatem attingat, & veritatis ſcopum, ſaltem in illis, quæ ſunt fidei. — m *Lib. 4. de Doctrina Chriſtiana, cap. 27. & Epiſt. 168.* n *Hom. 3. ad Coloſen. circa finē.* o *Matth. 24.*

Eccleſia ſub anathemate audiēda eſt.

18 Sextò, patet ex eo, quòd anathematis pœna feriuntur, qui Eccleſiam nō audiunt, iuxta illud Chriſti: *p Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus.* Vnde Concilia omnia ſub anathematis ſentētia conſtringunt vniuerſos fideles ad præſtandum aſſenſum definitionibus ſuis. Sed [illegible]uum — p *Matth. 18. nu. 17.*

omni-

Digitized by Google

omnino eſſet tanta pœna conſtringere illos ad præſtandam fidem dictis, quibus falſum poſſet ſubeſſe. Ergo ſignum eſt Eccleſiam etiam inculpabiliter falli in rebus fidei non poſſe.

19 Septimò patet ex eo quòd ſancti omnes in controuerſijs, & quæſtionibus contra hæreticos ad Eccleſiæ authoritatem perpetuo ſeſe receperunt, & per decreta illius conati ſunt hæreticorum dogmata refellere: ſic Irenæus, q ſic Hieronymus, r ſic Hilarius, ſ ſic Leo Papa, t ſic Lactantius Firmianus, v ſic Bernardus, x ſic denique Auguſt. innumeris in locis, ſed præſertim, y contra Fauſtum, & contra Creſconium. Conſtat autem, quòd non ita confidenter confugiſſent ad aſylum Eccleſiæ, niſi etiam de mente hæreticorum præſumpſiſſent, Canones, & decreta Eccleſiæ in rebus fidei irrefragabilem veritatem tenere: quoniam alias leue omnino, & futile, ac nullo ex capite firmum tale argumentum eſſet.

*Antiqui patres authoritati Eccleſiæ ſeper ſubſcripſerunt.*

*q Lib. 3. cap. 4. & lib 4. cap. 45. & 52.*
*r Dialogo contra Luziferianos.*
*ſ Epiſt. 50. & 56. ad Conſtantinum.*
*t Epiſt. 38.*
*v Lib. 4. cap. 30.*
*x Serm. 3. in vigilia Natiuit. Dñi: & ſerm. 66. in Cantica.*
*y Lib. 3. contra Fauſtum, cap. 8. & lib. 1. contra Creſconium, cap. 33. & 118. & ſup. Pſal. 103.*
*z 2. 2. q. 1. art. 3. dub. 1. & 2.*

20 Octauò patet ex eo, quòd ſi Eccleſia inuincibiliter poſſet ignorare res fidei, conſequens eſſet, vt decreta illius non poſſent fide diuina honorari: quoniam hæc aſſentiri non poteſt, niſi irrefragabilibus veritatibus, quales nõ ſunt illæ, quibus falſum poteſt ſubeſſe.

*Eccleſia neq; in vno fidei pũcto poteſt, vel inculpabiliter errare.*

Nec valet ſi dicas, quòd licet Eccleſia inuincibiliter poſsit ignorare aliqua dogmata fidei, non tamen omnia: quoniam alias nullo modo eſſet Eccleſia, vtpotè nullam veritatem attingens ex illis, quæ ſunt fidei: poteſt tamen ignorare aliquas, qui tamen error non extrahit illam à vera ratione Eccleſiæ: ſicut neque extraheret fidelem in ſingulari à vera ratione fidelis.

Non inquã valet: quoniã ſi Eccleſia decepta daretur circa aliquod fidei dogma, omnia decreta illius ipſo facto redderentur ſuſpecta: ſiquidem in particulari non conſtat quale nam ſit illud dogma, quod ignorat inuincibiliter. Quare quòd alias diximus z de veracitate Dei, videlicet, quòd ſi vel in minutiſsima re poſſet falſum dicere, omnia eius teſtimonia redderentur ſuſpecta, & incerta, quia certo conſtare non poteſt quale in particulari ſit mendũ illud: idem omnino de Eccleſia dicendum eſt; non autem de fidelibus in particulari, quia quod vnus ignorat, aſſequuntur alij. 21

*De veritate Eccleſiæ, vt de veritate Dei loquẽdum eſt.*

22 Denique patet ex eo quòd, vel tenemur credere omnia & ſingula, quæ proponit Eccleſia erga res fidei, vel non. Si primum conſequens eſt, quòd ſemper Eccleſia veritatem reuelatam proponat, quia hæc tantùm cadere poteſt ſub obiecto fidei, ex ſub præcepto credẽdi, & proinde fit cõſequens, quod Eccleſia neque inculpabiliter erret in rebus fidei. Si non; Ergo licet nobis in dubium vocare, & tanquam incerta reſpuere vniuerſa dogmata Eccleſiæ: ſiquidem non tenemur præſtare aſſenſum illis: & tunc nihil diſcriminis inter fideles, & infideles poſſet in hac parte conſtitui: quoniam infideles nihil aliud faciunt quàm reputare incerta vniuerſa oracula noſtra.

*Omnino dictis Eccleſiæ acquieſcendum eſt.*

## Tertia Concluſio.

**Neque culpabiliter, neque inculpabiliter poteſt Eccleſia errare in aſſertione, & cognitione eorum, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem.**

23 HAEc concluſio eſt ita certa ſicuti præcedentes. Et poteſt in primis probari duobus primis teſtimonijs, quibus ſecunda concluſio probata eſt. Pollicitatio enim illa, & promiſsio Spiritus veritatis, non ſolùm intelligenda venit circa dogmata fidei, ſed etiam circa reliqua ad quæ deſtinatur fides, vtique erga neceſſaria ad ſalutem. Quid enim momenti haberet doceri erga aliqua a Spiritu Sancto, non autem erga omnia omnino requiſita ad ſalutem? Siquidem ſalus non minus redderetur incerta per inſcitiam, & ignorantiam vnius quàm alterius. Et quidem ſi propterea Spiritus veritatis Eccleſiæ promiſſus eſt erga res fidei, quia fides ad ſalutem requiritur, conſe-

*Eccleſia nullomodò poteſt errare in neceſſarijs ad ſalutem.*

quens

Digitized by Google

quens eſt, vt ſimiliter promiſſus credatur ad inſtructionem omnium, quæ etiã ad ſalutem requiruntur.

Illuſtratione quas Chriſtus promiſit Apoſtolis, vniuerſali Eccleſiæ promiſit

24 Nec valet dicere cum hæreticis recentioribus, quòd promiſsio illa tantum Apoſtolis facta eſt. Non inquam valet. Tùm quòd Chriſtus Dominus non venit ſaluare tantùm Apoſtolos, ſed vniuerſos fideles; & proinde non ſolùm Apoſtolis debuit preuidere de neceſſarijs ad ſalutem: ſed etiam vniuerſis fidelibus. Tùm quòd ipſe Chriſtus Dominus expreſsis verbis aſſeruit pollicitationem illam vniuerſum fidelem populum comprehendere, ſiquidem expreſſe dixit: a *Non pro eis rogo tantùm, ſed & pro illis, qui in me credituri ſunt.* Et antea dixerat de ſpiritu veritatis, quòd maneret cum fidelibus in æternum. Imo in ſententia aliquorum b Spiritus Sanctus dictus eſt â Chriſto Domino *Spiritus veritatis*; non ſolùm, quia vera docturus, ſed quia in veritate docenda æternum permanſurus erat. Eſt enim (inquiunt) He-

Quid ſit Spiritus veritatis

25 braiſmus *Spiritus veritatis*, id eſt, Spiritus firmus, & ſtabilis. Sicuti quando apud Eſaiam dicitur: c *Fiat tantum pax, & veritas in diebus noſtris*, idem eſt, ac ſi diceretur fiat pax firma, & ſtabilis. Et alibi apud eundem: d *Dabo opus eorum in veritate*, id eſt, dabo vt opus illorum ſtabile, ac diuturnum ſit.

a Ioann. 17.

b *Maldonad. ſup. Matth. 16. n. 27.*

c *Eſaiæ 38. nu. 8*

d *Eſaiæ 61. nu. 8*

Spiritus Dei non recedit de ore Eccleſiæ.

26 Secundò probatur ex illo Eſaiæ promiſſu: e *Spiritus meus, qui eſt in te, non recedet de ore tuo, & de ore ſeminis tui amodò, & vſque in ſempiternum.* Hic enim euidentiſsime aſſeritur Spiritus veritatis in ore Eccleſiæ, & promittitur diuturnitas, & permanentia eius in ſempiternum, vt Eccleſia nunquam deſtituatur ſenſu Domini.

c *Eſaiæ 59. n. vlt.*

Intra Eccleſiã tantùm ſalus contingit.

27 Tertiò probatur ex eo, quòd in ſola Eccleſia poſſunt fideles ſaluari. At ſi neceſſaria ad ſalutem quoquo modo ignorarentur in illa, nullus poſſet in ea. Ergo neceſſaria ad ſalutem non poſſunt ignorari ab Eccleſia. Quare neque præcepta diuina quantumcumque ſupernaturalia, neque media neceſſaria ad ſalutem, neque cultus Dei, qui in fide, ſpe, & charitate conſiſtit (teſte Auguſtino) *f* & alia ſimilia ignorari poſſunt ab Eccleſia, vtpotè ſimpliciter pertinentia, & neceſſaria ad ſalutem.

f *In Enchy c. 13.*

Spiritus Sanctus eſt cor Eccleſiæ Chriſtus autẽ caput.

28 Quartò probatur ſic: Eccleſia regitur inſtructione Spiritus Sancti, qui habet in ea vicem cordis, & etiam Chriſti Domini motu qui habet in ea vicem capitis, vt D. Thomas obſeruat, & oſtendit. Ergo fieri non poteſt, vt Eccleſia decipiatur in his quorum cognitio eſt neceſſario requiſita ad ſalutem: quoniam aliâs tàm in Chriſtum, quàm in Spiritum Sanctum defectus iſte refundendus veniret, vt omnis defectuoſus motus animalis refunditur in caput, & in cor illius tanquam in principia potiſsima.

*D. Tho. 3. p. q. 8.*

Nec valet dicere cum hæreticis, hoc intelligendum non eſſe de capite, & corde metaphoricè ſumptis, nec per ordinem ad corpus, metaphoricè ſumptum, quod appellatur corpus myſticum: quoniam alias non ſolùm vniuerſalis Eccleſia, verùm nec fidelis aliquis in particulari poſſet decipi in rebus ad ſalutem requiſitis: nam etiam reſpectu illius Spiritus Sanctus habet vicem cordis, & Chriſtus vicem capitis metaphoricè dictis.

Caput, & cor coporis myſticẽ habẽt influere in membra ſibi ſubiecta.

29 Contra enim eſt, quod caput & cor metaphoricè dicta, reſpectu corporis myſtici habent ex proprio munere influere directionem, & regimen in membra ſibi ſubiecta: vt ad ſenſum patet in omnibus regnorum, ac ciuitatum moderatoribus. Vnde ſicuti propter hoc refunditur in moderatores, & magiſtratus Reipublicæ quæcumque ignorantia notabilis totius populi, non autem cuiuſcumque ciuis in particulari: ita in noſtro caſu refundenda veniret in Spiritum Sanctum, & Chriſtum notabilis ignorantia eorum, quæ pertinẽt ad ſalutem ſi vniuerſa Eccleſia laboraret illa, non tamen ſi fidelis aliquis in particulari: quoniam inſtitutio, & inſtructio fidelium particularium non pertinet immediatè ad Spiritum Sanctum, ſed ad miniſtros, & cooperatores illorum, vtique ad Epiſcopos, parochos, & ſimiles.

30 Deniq; ſi Eccleſia poſſet decipi, & errare in huiuſmodi rebus, certi eſſe nõ



Digitized by Google

poſſemus, an de facto errauerit, & an de facto ignoret aliquid ex requiſitis ad æternam ſalutem? & proinde incertum eſſet, an intra cœtum illius ſaluari ho mines poſſent? ſiquidem certum non eſſet, quòd intra illam eſt notitia requi ſitorum ad ſalutem. At conſequens hoc eſt hæreticum etiam ex ſententia hæ reticorum. Ergo certum eſt quòd Eccleſia nihil ignorat ex his quæ ad ſalutẽ requiruntur. Vt ergo non poteſt errare in fide, quia alias deſtrueretur fidei noſtræ certitudo, ita neque in doctrina, & notitia requiſitorum ad ſalutem; quoniam deſtrueretur certitudo ſalutis intra Eccleſiam. Nihil intra Eccleſiã ignorãtur eorum, quæ pertinẽt ad ſalutem.

## *Quarta Concluſio.*

31 IN his, quæ nec ſunt de fide, nec de neceſsitate ſalutis non ita implicat Eccleſiam vniuerſalem inculpabiliter, & inuincibiliter decipi, de facto tamen non decipitur. Non implicat Eccleſiã ignorare, quæ non pertinẽt ad ſalutẽ.

Prima pars huius cõcluſionis probatur. Primò, ex eo quòd tota infallibilitas circa veritatũ cognitionẽ in Eccleſia prouenit ex aſsiſtentia Spiritus Sãcti juxta promiſsionem Chriſti. At Chriſtus tantum promiſit Spiritus Sancti aſsiſtentiam erga pertinentia ad ſalutem; vtpotè quòd tanquam Saluator ſe geſsit erga Eccleſiam. Ergo reſpectu aliorum, quæ non pertinent ad ſalutem non ita implicatorium eſt Eccleſiam decipi.

32 Secundò probatur ex eo quòd iudicium Eccleſiæ vniuerſalis in huiuſmodi rebus non eſt iudicium fidei per reuelationem adeptum, ſed eſt iudicium humanum ex coniecturis, & rationibus humanis deductum. At iudicium humanum vt ſic, & coniecturæ humanæ infallibilitatem omnimodam non habẽt. Ergo neque iudicium Eccleſiæ circa huiuſmodi veritates. In aliquibus Eccleſia habet iudicum humanum.

Deniquè quoniam alias quidquid Eccleſia humanitus iudicaſſet, eundem certitudinis gradum obtinuiſſet, quem obtinẽt certiſsima quæque: vtpotè quod repugnaret omnino Eccleſiam in his falli. At conſequens eſt falſum, nã ipſa Eccleſia non omnia reputat eodemmodo certa, & infallibilia, omnia inquam, quæ ſunt iſtiuſmodi ordinis, videlicèt non pertinentia ad ſalutem animæ. Ergo.

33 Secunda autẽ pars concluſionis, vt probetur petit, vt aduertamus, quòd in propoſitionibus, quæ immediatè, & expreſsè non ſunt de fide, ſunt diuerſi ordines, & gradus. Quædam enim ſunt de fide implicitè, & mediatè, vtique, quia per euidentem, & irrefragabilem conſequentiam deducuntur ex his, quæ formaliter, & expreſsè ſunt de fide: & iſta dicuntur concluſiones Theologicæ, & habent eandem certitudinem, licèt non eandem dignitatem, quã habent ea quæ ſunt de fide: vtpotè quòd nihil falſitatis eſſe poteſt in eis. Aliæ etiam ſunt, quæ neque mediatè pertinent ad fidem, neque per euidentem cõſequentiam deducuntur, ex his quæ ſunt de fide, proximè tamen ad veritates de fide, & ad res definitas accedunt. Cuius ratione, & intuitu tantam apud fideles authoritatem obtinent, vt nullus omnino, aut ferè nullus inueniatur, qui audeat illas negare. Huiuſmodi ſunt propoſitiones quarum contrariæ nõ quidem hæreſes, aut hæreticę; ſed errores, & erroneæ, aut ſaltem ad erroneas propoſitiones accedẽtes ſũt. Tertiò loco ſũt præpoſitiones alię in minoris certitudinis gradu vtpotè, quæ non proximè accedunt ad definita & reuelata, videntur tamen non omnino diſtare ab eis. Et hæ etiam variæ ſunt, aliæ enim ſunt quarum oppoſitæ reputantur piarum aurium offenſiuæ, aliquæ temerariæ, & aliquæ ſcandaloſæ. Aliæ enim in vltimo genere, & gradu ſunt, quæ nihil coherentiæ ſtabilis, & certæ habere videntur cum propoſitionibus diffinitis, & quæ ad ſummum probabilitatis gradum non excedunt. Multi ſunt gradus inter propoſitiones, quæ pertinent ad fidem.

His poſitis ſenſus ſecundæ partis concluſionis eſt Eccleſiam in iudicio iſtarum propoſitionum non errare, ita ſcilicet, vt vniuerſalis Eccleſia aliquid exiſtimet, vel erroneum, vel piarum aurium offenſiuum vel temerarium, vel ſcandaloſum, aut denique improbabile, quod re vera tale non ſit.

De

Eccleſia non poteſt falli in decernendis erroneis propoſitionibus.

34 De priori genere hoc patet ex eo, quòd huiuſmodi error plurimum derogaret dignitati & authoritati Eccleſiæ: vtpote quod non poteſt contingere abſque magna ignorantia, & praua intelligentia myſteriorum fidei. Vt detrahit multum authoritati Doctoris, quòd erroris nota audeat fœdare propoſitionem aliquam ſe ipſam immunem à tali cenſura: vtpotè quod huiuſmodi nota non poteſt contingere abſque magna ignorantia, & praua intelligentia principiorum, ex quibus ſententia illa deducitur. Vnde cum Spiritus Sanctus Eccleſiæ aſsiſtat tanquam pedagogus eius, & aduocatus; conſequens eſt, vt ad eius munus pertingat non pati, nec tolerare, quòd Eccleſia tanta nota inuratur.

Eccleſia nequit errare in iudicandis propoſitionibus, quæ ſunt piarũ aurium offenſiuæ.

35 De ſecundo propoſitionum genere vtique de piarum aurium offenſiuis de temerarijs, & ſcandaloſis, probatur etiam ex eo quòd ſi Eccleſia in illis deciperetur, & erraret, conſequens eſt, vt etiam poſſet errare in his, quæ pertinent ad mores: ſiquidem veritates, quarum contrariæ propoſitiones cenſentur, vel piarum aurium offenſiuæ, vel temerariæ, vel ſcandaloſæ magna ex parte verſantur circa mores: & in his tota Eccleſia practicè ſequitur id quod ita certum exiſtimat. At aſſerere Eccleſiam in moribus poſſe falli abſurditatis plenum eſt: ergo.

Eccleſia nequiter rare in iudicando propoſitiones improbabiles.

36 De tertiò, denique propoſitionum genere, vtiq; de improbabilibus, probatur ex eo quòd humano modo non contingit quod tota aliqua ſapientum multitudo conſpiret in vnam, & eandem ſententiam, quando tota res vtrinq̃ probabilis exiſtit. Tũc enim aliqui adhæret vni parti, alij verò alteri. Quare improbabilitatis ſignum irrefragabile eſt, quòd vniuerſalis Eccleſia vni tantum parti adhæreat, & aliam deſerat tanquam improbabilem: aut ſaltem omnino illam deſerat. Quapropter licet ad non errandum in alijs duobus propoſitionum generibus indigeat Eccleſia ſpeciali Spiritus Sancti illuſtratione, & ope, ad non errandum tamen in iſto tertio, & vltimò genere nullo indiget priuilegio: quia humano modo non poteſt contingere, vt tota ſapientũ multitudo adhæreat vni tantum parti, quando etiam oppoſita probabilis eſt.

Quod ſi obijcias non poſſe nobis conſtare Eccleſiam non decipi de facto in propoſitionibus iſtis: ſiquidem vt patet ex prima parte concluſionis, poteſt decipi in eis. Et nos in reliquis concluſionibus diximus, quòd ſi Eccleſia poſſet errare in rebus fidei, & in veritatibus pertinentibus ad ſalutem nõ poſſemus eſſe certi, quod de facto decepta non fuerit.

Reſpondetur primo, quod prima pars noſtræ concluſionis abſolutè non aſſeruit Eccleſiã poſſe decipi erga huiuſmodi veritates: ſed non ita repugnare in iſtis, atque in alijs; de quibus in præcedentibus concluſionibus. Eſt tamen repugnantia prædicta.

Cuius certitudinis ſint cõcluſiones prædictæ.

37 Reſpondetur ſecundò, quod tota iſta noſtra quarta concluſio nõ eſt ita certa, ſicut præcedentes: præcedentes enim habent certitudinẽ fidei, & ita cõtrariæ illarum ſunt hæreticæ: hæreticum enim eſſet aſſerere quod Eccleſia errare poſſet erga veritates fidei, & erga pertinentia ad ſalutem. At concluſiò hæc non ita, ſed iudicandum eſt de illa iuxta proportionem & gradum pertinentium ad eã: ſic nimirum, vt ſit erroneum aſſerere quod Eccleſia vniuerſalis recipit tanquam veram propoſitionem aliquam, quæ ſit erronea; & ſit piarum offenſiuum aurium aſſerere, quod Eccleſia admittit tanquam veram propoſitionem aliquam, quæ ſuapte natura ſit piarum auriũ offenſiua: & temerarium dicere quod Eccleſia approbat tanquam verã propoſitionem temerariã: ac denique improbabile quod Eccleſia accipiat tanquam probabilem, aut veram propoſitionem, quæ eſt de ſe improbabilis.

Eccleſia nequit errare in pertinentibus ad Chriſtianam pietatem.

38 Idem dicendum eſt de his, quæ pertinent, non ſolùm ad fidem, ſed etiam ad Chriſtianam pietatem, vt ſunt ſanctorum martyria, miracula, vita, & his ſimilia, quatenus fide humana, & pietate quadam Eccleſia vniuerſalis recipit ea. Habent enim hæc varios gradus certitudinis, & pro ratione illorum credendum eſt in illis Eccleſiam non errare, ſeruata dicta proportione. Etenim

enim dicere quòd Eccleſia decipitur in fide humana, ac pietate quam habet, erga merita alicuius ſancti in particulari non habet determinatam ſpeciem notæ, & cenſuræ, niſi per ordinem ad motiua quibus innitur Eccleſia ad ſic credendum, & rectè ſentiendum de meritis illius. Vnde reſpectu aliquorum hoc erit erroneum, reſpectu aliorum temerarium, & reſpectu aliorum erit ſcandaloſum, &c.

39 Ex dictis ſequitur, quòd ex vniuerſali ſenſu Eccleſiæ erga res fidei, ſumitur infallibilis regula erga eaſdem: itaque cum alicui conſtat Eccleſiam aliquid certa fide tenere, tenetur etiam ipſe ad idem de fide ſentiendum: quia tota Eccleſia nihil taliter credit, niſi quod eſt à Deo reuelatum. Et cum etiã conſtat eidem quòd Eccleſia recipit aliquid non quidem tanquam de fide; ſed tanquam ita certum, vt contrarium putet erroneum, vel temerarium, vel ſcãdaloſum, &c. ipſe tenetur ſub nota erroris, vel temeritatis, vel ſcandali, &c. idem ſentire. Sed de hoc latius infra cap. 6.

*Semper Eccleſiæ ſenſui adhærendũ eſt, & pro regula habendus.*

## CAPVT TERTIVM.

### Reſpondetur 1. & 2. argumento 1. cap. & oſtenditur, quo ſenſu dicatur vniuerſus populus à fide excidere.

40 SEquitur, vt argumentorum ſolutiones adhibeamus: & in primis reſpondetur ad primum, loquutiones illas intelligendas eſſe (vt multæ aliæ ex ſupradictis) per figuram ſynedochen, ſecundum quam nomine totius ſubintelligitur aliqua pars: vt quando dicitur, *a* quod omnis cogitatio hominis intenta eſt ad malum omni tempore, idem eſt, ac ſi diceretur, quod multo tempore intenta eſt ad malum. Et cum ibidem dicitur *omnis quippe caro corruperat viam ſuam*, idem eſt, ac ſi diceretur, quòd multi hominum corruperant viam ſuam: ſiquidem Noe cum filijs ſuis corruptione illa non laborabãt. Et iterũ cùm dicitur, *b* quòd omnis populus in Chriſtum ſucclamauit *crucifigatur*, idem eſt, ac ſi diceretur, quòd multi ex populo: ſiquidem Nicodemus, & Ioſephus ab Arimathia cum alijs, qui non conſenſerunt actis Iudæorum inclamatione illa polluti non ſunt.

*Figura ſynedoche frequens in ſacris literis.*

*a Gen. 6. v. 12.*

*b Marc. 15. 13.*

41 Ad ſecundũ reſpondetur priorem partem illius ſolutam ſatis eſſe ex ſupradictis: ſupra enim oſtenſum eſt quòd Moyſes, nec Leuitæ talis criminis rei facti ſunt, ſed vltores potius, & vindices: conſecrarunt enim manus ſuas Domino, dùm de idololatris debitas pœnas ſumpſerunt.

*Non omnes ſeſe polluerunt in vituli adoratione.*

42 Ad ſecundam partem reſpondetur Prophetas illos Achab plane fuiſſe pſeudoprophetas: non autem Prophetas Dei, vt vel ipſe Achab indicauit, dùm interrogatus à Ioſaphat Rege Iudà, an intereſſet ibi aliquis Prophetarũ Domini, per quem interrogaretur Dominus de euentu belli, quod tunc moliebatur? reſpondit Achab. *Remanſit quidem vnus, ſed odio habeo eum; quia non prophetat mihi bonum, ſed malum.* Conſequens ergo eſt 400. alios Prophetas non fuiſſe Prophetas Domini; & proinde errorem illorum nihil omnino maculaſſe veritatem Eccleſiæ, magis quam Lutheranorum error, qui ſunt pſeudochriſtiani, fœdare poteſt Eccleſiæ Romanæ pulchritudinem.

*Prophetæ Achab omnes falſi.*

*2. Paral. 18. v. 7.*

(.5.)

CAPVT

# CAPVT QVARTVM.

## Reſpondetur 3. & 4. argumento 1. cap. & diſcutitur, An omnes Eccleſiæ Paſtores, & Doctores poſsint errare in rebus fidei & morum?

TErtium & quartum argumentum petunt vt examinemus, An omnes Prælati Eccleſiæ, Doctores, & Magiſtri poſsint in rebus fidei & morum errare? In quo dubio pars affirmatiua tenaciter ſuſtinatur ab hæreticis recentioribus.

*Arg. omnes Eccleſiæ Prælatos & Doctores poſſe errare.*

43 Primò, propter teſtimonia 3. argumenti, & propter rationem aſsignatam in quarto argumento.

Secundò, quia ſolùm vniuerſali Eccleſiæ promiſſa eſt à Chriſto perſeuerantia in fide, non autem alteri ſtatui hominum.

44 Tertiò, quia Epiſcopis & Doctoribus nihil aliud tribuendum eſt præter id quod pertinet ad ſuum ſtatum. Sed illorum ſtatus non petit gaudere prærogatiuis Eccleſiæ vniuerſalis. Ergo talis prærogatiua non eſt illis concedenda.

*Arg. item ad idem.*

Maximè, quia ſi gauderent illa, id eſſet in beneficium Eccleſiæ & propter Eccleſiam ipſam. At etiam ſi omnes errent in fide, Eccleſia errare non poteſt. Ergo propter bonum Eccleſiæ non opus eſt concedere eis tale priuilegium.

Quod ſi dixeris propterea Eccleſiam non poſſe errare, quia Epiſcopi & Doctores illius non poſſunt non vera dicere: contra eſt quoniam Summus Pontifex non poteſt non vera docere, iuxta ſententiam Catholicorum, cum tamen vt perſona particularis errare poſsit, iuxta Catholicorum etiam probabilem opinionem. Ergo dato quod Epiſcopi & Doctores omnes non poſſent non vera docere, adhuc non ſequeretur, quòd ipſi errare non poſſent tanquam priuatæ perſonæ in rebus fidei & morum.

Nihilominus contrariæ ſententiæ omnino adhærendum eſt. Sed vt illam conuenienter aperiamus aliqua notabilia duximus proponenda.

*Notabilia pro cauſæ deciſione.*

45 Primò notandum eſt, quòd de vniuerſis Epiſcopis & Doctoribus dupliciter poſſumus loqui. Primò, quatenus legitimè congregati ſunt. Secundò, quatenus quilibet reſidet in ſua Eccleſia, vel Academia proprias oues regendo, diſcipuloſque docendo. Et in priori ſenſu non procedit præſens dubium: quia hoc pertinet ad tractatum de Concilijs: in ſecundo autem procedit, quia in præſentiarum examinamus, an poſsit contingere, vt vel à caſu, ſeu etiam à conſilio, ſiue per literas, ſiue alio modo omnes Epiſcopi & Doctores Eccleſiæ conſpirent in aliquem errorem?

Secundò notandum eſt, quod adhuc loquendo de Epiſcopis & Doctoribus in hoc ſecundo ſenſu eſt ſingularis diſtinctio: nam poſſumus loqui de illis comprehendẽdo in numero eorum Summum Pontificem, & etiam excludendo illum. His poſitis.

### *Dico primo.*

*Omnes Paſtores & Doctores Eccleſiæ nõ poſſũt errare.*

46 OMnes ſimul Paſtores & Doctores Eccleſiæ non poſſunt errare in docendo res fidei, ſiue conſiderentur, vt in numero illorum includitur Summus Pontifex, ſiue vt excluditur.

Hæc concluſio videtur de fide. Primò, quia talis collectio non minus repræſentat Eccleſiam vniuerſalem, quàm Senatorum, & optimatum cœtus repræſentat politicam Rempublicam: iuxta quæ Philoſophus c tradit, ergo ſicut vniuerſalis Eccleſia in huiuſmodi aſſertione non poteſt errare, ita neque vniuerſi Epiſcopi & Doctores. c 4. *Ethic.* c. 9.



Digitized by Google

Eccleſ. fides pendet ex doctrina Doctorũ

d Eccleſiaſt. 12. num. 11.

47 Secundò, quia fides Eccleſiæ pendet ex doctrina magiſtrorum Eccleſiæ; quia doctrina Chriſti per manus illorum ad populum Chriſtianũ deſcendit. Ex quo illud Sapientis: d *Verba ſapientum ſicut ſtimuli, & ſicut claui in altum defixi; quæ per magiſtrorum conſilium data ſunt à Paſtore vno.*

Dixi autem notanter concluſionem iſtam videri de fide, quoniam non ſolùm procedit in caſu, quo in Prælatorum numero ſummus illorum, vtique Summus Pontifex, continueatur, (in quo ſenſu ita eſt de fide propoſitio iſta atque eſt de fide, quod Summus Pontifex errare non poteſt in definitione rerum fidei,) ſed etiam procedit in caſu, quo à tali numero Summus Pontifex excludatur: in quo ſenſu non eſt adeò certa. Tùm quia non clarè conſtat ex aliqua promiſsione diuina, vel ex aliqua diffinitione authentica, Epiſcopos, 48
& Doctores ita ſumptos errare non poſſe in propoſitione rerum fidei. Tùm quia in eo caſu præter vniuerſos Epiſcopos, & DD. ſupereſt in Eccleſia infallibilis regula fidei, vtiq; Summus Pontifex, cui omnes fideles præcipuè adhærere tenentur. Nihilominus, quia vrgent multa pro huiuſmodi irrefragabili veritate, ideò dixi, quod videtur de fide.

An ſit de fide vniuerſos Paſtores, & Doctores Eccleſiæ errare non poſſe.

In primis enim vrget, quòd dùm Eccleſiæ Chriſti promiſſum eſt circa veritatem non labi, conſequenter & virtualiter promiſſum videtur vniuerſos Epiſcopos & Doctores illius in fidei propoſitionibus eam non decipere: quia vt dictum eſt fides Eccleſiæ ex doctrina magiſtrorum pendet. Quomodo enim credent ſine prædicante? Aut quid credent, niſi quod prædicatur? Conſtat autẽ Eccleſiæ prædicatores eſſe particulares Epiſcopos & Doctores illius.

e Ad Epheſ. 4.

Grex Paſtorẽ ſequitur.

49 Deinde vrget, quòd vt Apoſtolus inquit de Spiritu Sancto: e *Alios quidẽ dedit Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios autẽ Prophetas, alios autẽ Paſtores & Doctores in opus miniſterij: vt non ſimus ſicut paruuli fluctuantes, & circumferamus omni vento doctrinæ.* Conſtat autem, quòd Paulus hic loquitur de Paſtoribus & Doctoribus particularibus. Conſtat etiam quod ſi Paſtores huiuſmodi in fide fluctuarent, non poſſent non reliqui fideles etiam tanquam paruuli in fide fluctuare. Maximè quia (vt inquit Greg. noſter) f *Cũ Paſtor per abrupta graditur, neceſſe eſt vſque præcipitium grex ſequatur.* Nec fieri poteſt, niſi vt membra eò deferantur quo oculi ſuam vim, & aciem intendunt.

Magni refert, quòd Epiſcopi, & Doctores Eccleſiæ nõ decipiantur.

50 Tertiò, vrget quod ſi vniuerſi Epiſcopi, & Doctores particulares in rebus fidei errare poſſent, nullatenus conſiſtere valerent ipſæ res fidei abſq; ingẽti aliquo, atq; ſtupendo miraculo: quia tale requiritur adhoc, vt fideles præbeant aſſenſum fidei rebus tantũ à Sũmo Pontifice fideliter prædicatis, contra concordiã omnium Epiſcoporũ & Doctorũ acclamationẽ. At ſuauius, & longè melius res ſe habet ſi dicamus, quod particulares Epiſcopi & Doctores non poſſunt omnes in promulgatione rerum fidei errare. Ergo.

Omniũ Prælatorum Eccleſiæ cõſenſio Apoſtolicæ traditionis arg. eſt.

51 Deniq; vrget, quod vniuerſalis ſingulariũ Epiſcoporũ conſenſio, circa veritatẽ aliquã pertinentem ad fidem, ſemper in Eccleſia reputata eſt, vt certũ argumentũ veritatis fidei & traditionis Apoſtolicæ: iuxta quæ videri poſſunt apud Irenæũ, g Cyprianũ, h & Auguſt. i & etiã apud noſtrũ Gratianũ; k imò etiam apud ipſa Concilia: Concilium enim Epheſinum l exegit à Neſtorio, vt iuraret ſe ſentire, quæ vniuerſi Epiſcopi per Orientem, & Occidentẽ tenerent: vt conſtat ex Epiſtola eiuſdẽ Concilij, quã poſtea ſexta Synodus approbauit. m Et de eodem Concilio Epheſino refert Vincent. Lirinenſ. ſequutum fuiſſe per omnia antiquorum magiſtrorũ doctrinam. Et Conciliũ Lateranenſe ſub Martino. Inquit: n *Quæ omnes Eccleſiæ Patres reſpuunt, & Catholica, & Apoſtolica Eccleſia reſpuit, & quæ illi credunt, credit.* Et Canone 1. & 2. ita procedit. *Si quis nõ confitetur ſecundũ ſanctos Patres eſſe propriè Trinitatem, & Deum deſcendentem de cœlis, ſit condemnatus.* Videatur Corduba, o Simancas, p Caſtro, q & Cano. r Maximè tamẽ audiendus eſt Caſiodorus ſ noſter dùm ait, quod, per probabiles ſanctorum Patrum opiniones tanquam per ſcalam Iacob peruenitur ad intelligẽtiã Scripturarũ. Quare Concilia t monent, Scripturas ſacras interpretandas eſſe iuxta communẽ ſanctorum Patrum ſenſum.

52 Doctrina patrũ eſt ſcala Iacob ad penetrandam ſublimitatẽ Scripturæ.

f Hom. 14. in Euangelia.
g Lib. 3. cap. 3. & lib. 4. c. 43. & 63.
h Lib. 4. Epiſt. 9
i Lib. 1. & 2. contra Iuliã. & lib. 28. cõtra Fauſt. c. 2. & lib. 33. c. 6.
k Cap. ſciri debet 7 q. 1.
l Epiſt. ad Neſtorium.
m Sexta Synod. Gen. act. 11.
n Can. 12. & 17.
o Lib. 4. q. 1. prop. 6.
p De Inſtit. Catholic. cap. 21.
q Lib. 1. contra Hæreſ. 7.
r Lib. 4. de locis, cap. penult.
ſ Præfat. lib. Inſtitut. diuin. lect.
t Cõc. Trid. ſeſ. 4 Con. Meldẽ. ca. 11.

Quod

Quòd ſi obijcias, vniuerſos Epiſcopos & Doctores particulares non eſſe infallibilem regulam credendorum: quoniam alias in nullo diſtinguentur à Summo Pontifice; & proinde poſſe nos fallere, & decipere in rebus fidei.

In quo diſtinguantur vniuerſi Epiſcopi à Romano in doctrinæ certitudine.

53 Reſpondetur negando antecedens, quoniã licet non ſint prima regula viſibilis credendorum: vtpotè qui in hoc differunt à Summo Pontifice, cuius definitionibus ipſi adhærere tenentur, & à quibus aberrare non poſſunt, tamẽ ſunt regula infallibilis credendorum ſaltem ſecundaria: quia non poſſunt omnes à veritatum fidei tramite declinare. Vnde quidquid ipſi tanquam de fide iudicant, & prædicant, tenentur fideles omnes tanquam de fide habere: vtpote quod ipſi nihil tanquam de fide promulgare poſſunt, quod vel ex ſacris literis, vel ex traditionibus Apoſtolorum, vel ex definitionibus Pontificum, & Conciliorum, vel ex omnibus iſtis non eliciant.

Aliud item eorundem diſcrimẽ

54 Quod ſi obijcias iterum, etiam ipſum Pontificem Summum teneri conſulere viros doctos, & Prælatos Eccleſiæ ad diſcernendas, & definiendas res fidei (vt nunc ſupponimus ex dicendis in tractatu de Summo Pontifice,) & proinde Summum Pontificem non magis eſſe viſibilem regulam credendorũ, quàm vniuerſos Epiſcopos, & Doctores particulares; & ex conſequenti aliquam illarum ſuperfluere.

Reſpondetur negando conſequentiam; Quoniam diffinitiones Pontificis non per ſe, & ex natura ſua pendent à doctrina Epiſcoporum, & Doctorum particularium, ſed per accidens tantùm; vtique in quantum doctrina illorum conſona eſt per omnia doctrinæ ſacræ paginæ, Apoſtolicarum traditionum, Conciliorum, ac Summorum Pontificum definitionibus. Ipſa autem ſingularium Epiſcoporum, & Doctorum doctrina per ſe pendet à Pontificum definitionibus tanquam à prima regula viſibili explicante legitimum ſenſum eorũ, quæ in ſacris literis, & Authẽticis voluminibus cõtinentur. Vnde ſicut nõ derogat rationi primæ cauſæ, quòd ad aliquos ſecundarios effectus præſupponat, & prærequirat concurſum cauſarum ſecundarum; ita non derogat dignitati primæ regulæ, qualis eſt Summus Pontifex, quòd ad definitiones aliquarum veritatum particularium prærequirat diligentem examinationem doctrinæ illorum, qui habent pro prima regula Pontificiam diffinitionem.

## *Dico ſecundo.*

Vniuerſi patres Eccleſiæ non ſtat, vt apud ſe errore decipiantur.

55 NOn ſolùm in docendo res fidei, & morum, verùm neque in ſentiendo errare poſſunt vniuerſi Epiſcopi, & Doctores particulares.

Hæc concluſio nõ eſt ita certa, ſicut præcedens, eſt tamen certiſsima. Primò, quoniam Eccleſiæ ſal euaneſceret, ita vt non eſſet in quo ſaliretur. Etenim moraliter loquendo fieri non poſſet quin propriũ errorẽ per Eccleſiam diſsiminarent DD. quia naturale eſt omnibus loqui ſecundũ ea quibus ſunt affecti, & ex abũdantia cordis. Vnde Paulus y inter gratias gratis datas, vtiq; inter illas, quæ ad aliorum vtilitatem ordinantur enumerat *fidem*, quæ ſecundum D. Thomam x præter ipſum habitũ denotat quandam certitudinem per quam homo fit idoneus ad inſtruendos alios in rebus fidei: quia ſicut nullus poteſt inſtruere alium de aliqua ſcientia, niſi illius ſcientiæ principia ſint illi maximè nota & certa, ita neq; docere res fidei, niſi ea, quæ ſunt fidei, ſint illi maximè certa. Igitur, qui contrarium putat in rebus fidei, non erit aptus ad inſtruendum alios in eiſdem nec rebus.

y 1. *Cor.* 12.

x *D. Thom.* 1. 2. *q.* 111. *art.* 4. *ad* 2.

Probatur id ab inconuenienti.

56 Et confirmatur, quoniam alias neceſſario ponenda eſſet miraculoſa & ſpecialiſsima Spiritus Sancti aſsiſtentia, & manutenẽtia omnibus in illis Doctoribus, & Epiſcopis; vt non obſtante proprio, & pertinaci illorum ſenſu, adhuc contra propriam mentem fidelem plebem fideliter erudirent in rebus fidei: huius tamen aſsiſtentiæ promiſsio non inuenitur in ſacris literis.



Digitized by Google

Secundò probatur, quia rei natura non patitur, vt tot ac tanti homines ſapientes vnanimiter in eandem ſententiam conſpirent, quando ſola fide humana, & opinione ducuntur: ex quo ſequitur quòd dùm ſic conſpirant, Spiritus Sancti illuſtratione mouentur.

57 Quod ſi obijcias, errare contingere multipliciter, & proinde poſſe vniuerſos Epiſcopos, & Doctores particulares abſque eo quòd conſpirent in aliquam ſingularem ſententiam; ſed per hoc quod varij varias in ſententias diſcedant, quæ omnes ſint errores. Obijcitur contra prædicta, ſed diluitur obiectio.

Reſpondetur hoc fieri non poſſe, quin omnes conueniant in ſententia vnica, ſiue negatiua, ſiue affirmatiua, licèt rationes aſſentiendi & diſſentiendi poſsint eſſe diuerſæ, & omnes illæ falſæ. Conuenire autem omnes in vnica ſententia humani ingenij non eſt, & proinde diuino numini adſcribendum venit quidquid tanquam de fide diuina ab omnibus Epiſcopis & Doctoribus particularibus tenetur, & exiſtimatur.

## *Dico tertio.*

58 NON Solùm vniuerſi Epiſcopi & Doctores particulares ſimul ſumpti, verùm neque vniuerſi Epiſcopi ſeorſim, neque vniuerſi Doctores ſeorſim & imparticulari errare poſſunt in docendis, aut etiam in ſentiendis rebus fidei. Non omnes in particulari *Paſtores*, & Doctores poſſunt errare.

Hæc concluſio adhuc non eſt ita certa ſicut præcedens, nihilominus videtur certiſsima. Et quoad priorem partem probatur in primis ex eo quod Apoſtolis dixit Chriſtus: *a Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi*: & iterum: *b Qui vos audit, me audit*. Conſtat autem, quòd non ſolùm Apoſtoli, ſed & Apoſtolorum ſucceſſores in huiuſmodi encomijs comprehenſi ſint; vt habet Cōcilium Tridentinum, *c* & ante illud Euariſtus Papa, *d* qui locum illum interpretatur de Epiſcopis. Et idem apud Anacletum *e* Pontificem. Conſtat autem, quòd ſal terræ, & lux mundi non poſſunt vniuerſaliter deſipere, & obſcurari, abſque eo, quòd etiam deſipiat, & obſcuretur Eccleſia; quod tamen repugnat. Conſtat denique, quòd qui verba Dei loquitur non poteſt vllo pacto errare, aut decipere.

a *Matth.5.*
b *Lucæ 10.*
c *Seſ.23. cap.4.*
d *Epiſt.2.*
e *Epiſt.2.*

59 Secundò, Iulius primus Pontifex *f* aſſeruit, Eccleſiæ Epiſcopos eſſe eiuſdem Eccleſiæ *columnas firmiſsimas eandem Eccleſiam ſuis humeris ſuſtinentes*. Ergo ſicuti per hoc quod Eccleſia inſcribitur à Paulo; *columna veritatis*, conuincitur quod non poſsit à veritate deficere: ita per hoc quod Epiſcopi inſcribuntur à Iulio *columnæ Eccleſiæ* conuinci poterit, quòd ſaltem vniuerſi Epiſcopi non poſsint à veritate aberrare. Maximè quod mens Pontificis in hoc elogio fuit oſtendere quod vera doctrina ab ore Epiſcoporum dependeat. Per hoc enim voluit conuincere æmulos Athanaſij, qui contra doctrinam illius authoris inſurrexerunt. Epiſcopi ſunt colūnæ Eccleſiæ.

f *Epiſtola increpatoria ad Epiſcopos Orientales pro cauſa Athanaſij.*

60 Tertiò, Concilium Pariſienſe, *g* ex doctrina Proſperi Aquitani, *h* vocat Epiſcopos, & Eccleſiæ Prælatos: *Fundatores Eccleſiæ poſt Apoſtolos, fidelis populi duces, veritatis aſſertores, & prauæ doctrinæ hoſtes*. Signum ergo eſt, quòd ex mēte Concilij non poſſunt vniuerſi Epiſcopi à veritatis tramite declinare, vtique fidei & morum. Epiſcoporū encomia.

g *Cap.9.*
h *Lib.2. de vita contempl. c.2.*

Quartò, Ambroſ. *i* vocat Epiſcopos *Eccleſiæ lucem*; & Clemens Rom. *k* appellat eos *Os Domini*. Ergo ſentiunt quod ſaltem in veritatibus fidei non poſſunt falli, nec fallere, ſaltem vniuerſaliter, & ex omni parte.

Quintò, Epiſcopi à Chriſto conſtituti ſunt, vt paſcerent Eccleſiam, quam ipſe acquiſiuit ſanguine ſuo. At tenentur paſcere illam tàm verbo, quàm exēplo. Ergo citra Eccleſiæ præiudicium non poſſunt vniuerſi Epiſcopi in rebus fidei aberrare.

i *Lib. de Dignit. Sacerd. c.5. & 6.*
K *Lib.2. Conſtitut. Apoſtolic.*
l *Actorum 20.*

Denique Epiſcopi & Prælati inſcribuntur nomine Eccleſiæ, & appellantur Eccleſia: iuxta illud Chriſti Domini: *m Si non audierit, dic Eccleſiæ*, id eſt, Prælatis Eccleſiæ, qui moderantur illam, & eius habenas tenent. Cùm ergo

m *Matth.18.*



Digitized by Google

Eccleſia errare non poſſit, conſequens eſt, quòd neque vniuerſi Epiſcopi.

61 Quod ſi obijcias, Apoſtolos in fide periclitaſſe tempore paſsionis Chriſti: vt nos ſupra ex multorũ ſententia, tanquam non improbabile conſtituimus. Ergo ſignum eſt, quòd non ſolùm omnes Prælati poſſunt deficere, ſed etiam quod de facto defecerint in rebus fidei.

Quomodo ſiet ſingulos Epiſcoporũ errare non poſſe, ſi tamẽ Apoſtoli omnes aliquãdo errarent

61 Reſp. ex Auguſt. n quòd tunc temporis Apoſtoli non erant Eccleſiæ duces, ſed veluti nouitij, & tyrones, neque impletum illud Pſalmi, o Ego *confirmaui columnas eius*. Quare ex illis ad Epiſcopos Eccleſiæ præſentis non poteſt firmum argumentum deduci quantum ad hoc. n *Sup. Pſal.* 114. o *Pſalm.* 67.

62 Secunda autem pars aſſertionis huius adeò certa apparuit Magiſtro Cano, p vt dicat quòd contraria illius, ſi non eſt hæreſis, eſt tamen hæreſi proxima. Quidquid tamen ſit de cenſura & nota; probari poteſt primò ex eo quod ſi vniuerſi Doctores particulares errarent in rebus fidei & morum, tota Eccleſia errandi periculo exponeretur: quia tàm qui conciones habent ad populum, quàm qui confeſsiones populi audiunt, vtrique plebem inſtituunt, ſicut à præceptoribus Scholaſticis, & Doctoribus acceperunt. p 8. *de locis ca.* 4

Si vniuerſi Doctores errarent, omnis Eccleſia erarer.

Secũdò quòd nullum eſt dogma, quod cõmuni Theologorũ conſenſu circũferatur tãquam de fide, quod non ab Eccleſia tamquam de fide acceptetur. Et meritò, quia nihil ipſi tamquam de fide commendant, niſi quod ex ſacris literis, vel ex Conciliorum, & Pontificum in rebus fidei diffinitionibus, vel ex Apoſtolorum traditionibus omnino elliciunt.

63 Vtraq; autem pars aſſertionis iſtius ſimul probatur ex eo, quod tàm Epiſcopi, quàm Doctores particulares ſunt ſpeculatores & oculi Eccleſiæ, per quos tanquam per propriam oculorum aciem rimatur, & intuetur Eccleſia arcana. & recondita fidei. Conſtat autem impoſsibile eſſe quòd cæcutientibus, vel etiam caligantibus oculis poſsit aliquis attingere ſcopum, in quem cõllimat: imò quod pedes illius rectam poſsint tranſcurrere viam. Ob incolumitatem igitur vniuerſalis Eccleſiæ, & ob indemnitatem illius dicendum eſt, quòd neque Eccleſiæ Prælati ſeorſim ſumpti, neque item Doctores ſcholaſtici poſsint omnes in rebus fidei falli, ac fallere.

Paſtores & Doctores ſunt Eccleſiæ oculi.

64 Sed obijcies. Aut dogmata quæ Prælati & Doctores particulares diſſeminant comprehenduntur intra latitudinem humani ſenſus, vel non; ſed potius pertingunt diuini ſpiritus afflatum, & illuſtrationem diuinam. Si primũ ergo ſunt fallibilia, & proinde non habenda tanquam dogmata fidei. Si ſecũdum; ergo ſunt ſacra pagina, & proinde non habenda tanquam dogmata hominum, ſed potius, vt oracula Dei.

Obijcitur contra prædicta, & obiectio diluitur.

Reſp. quod licet dogmata iſta, vt à ſingulis concipiuntur, & proferuntur, humana ſint, & ab humano ſenſu: vt tamẽ concorditer, & vniformiter ab omnibus illis procedunt, diuinum redolent ſpiritum, & ſupernum afflatum. Exemplum eſt inconformi illa, & per omnia ſibi ipſi conſona ſeptuaginta duorum virorum ſapientiſsimorũ verſione, & interpretatione ſacræ paginæ: etenim huiuſmodi interpretatio ſecundum ſubſtantiam ſuam humanum dumtaxat ſenſum requirebat: vt autem conſideratur edita à ſeptuaginta duobus viris in ſeptuaginta duabus celulis incluſis (vt aiunt) ità vt inter ſe nullũ interpretationis colloquium, & commercium texuerint, diuinum ſapit oraculum, & ita ab hominibus ingenti miraculo adſcribitur. Sic in præſenti ſententia, quæ tantorum hominum ingenijs arridet (aliàs natura, & arte diuerſis, & opinionibus, ac ſententijs diſsidentibus refertis ac imbutis) pro conſtantiſsima veritate habetur, quæ naturæ vires tranſcendit, & ad quam diuinus ſpiritus ſpecialiſsimam opem tulit. Maximè quando aſſeritur, vt fidei dogma communi conſenſu, & concurſu erutum ex ſacris literis, & authenticis definitionibus.

Deus ſuã Eccleſiã alloquitur per Doctores.

65 Inde illud Hieronymi: q *Doctores Eccleſiæ non tàm ipſi docent, quàm in eis Deus, qui ad ſanctos loquitur. Ego dixi, Dij eſtis: Qui autem dij ſunt, tradunt Dei Euangelium, & non hominis.* Quare tamquam Dei verba habentur, quæ per Doctores q *Sup. c.* 1. *Epiſt. ad Galat.*

Eccleſiæ

Eccleſiæ vniuerſaliter proponuntur, licèt nō in ſacra pagina nā etiā Conciliorum, & Pontificum decreta ſacræ paginæ authoritatem non pertingunt. Plura enim ad rationem ſacræ paginæ requirūtur, quam eſſe ex impulſu Dei. vt Deo dante videbimus infra in tractatu de ſacra Scriptura.

66 His poſitis ad contraria argumenta initio huius capitis poſita occurrendum eſt. Ad primum reſp. quod teſtimonia ſcripturæ relata in tertio argumēto primi capitis eodem ſenſu intelligenda ſunt quo relata in 1. & 2. argum. eiuſdem primi capitis. *E*t rurſum quod ratio argumenti 4. eiuſdem capitis primi tantùm probat prærogatiuam iſtam intelligendam eſſe, non quidē de quacunque parte *E*ccleſiæ, ſed de potiſsima tantùm: vtique de vniuerſitate Prælatorum, atque *D*octorum, quibus ex munere competit eſſe ſal terræ, & lumen mundi. Vnde implicat omnes illos errare, & à veritate fidei, & morum diſcedere, licet vnicuique illorum ſeorſim ſumpto liberum ſit declinare.

Licet quilibet prælatorū in particulari poſsit errare, at non omnes.

67 Ad ſecundum reſp. quod in promiſsione illa vniuerſali continetur virtualiter iſta particularis: quoniam illa ſine iſta conuenienter eſſe non poteſt: ex quo enim Eccleſia errare non poteſt, conuincitur, quod qui eam docent non errent, ſiue ex malitia, ſiue ex ignorantia, aliàs dum cæcus cæcum duceret ambo in foueam caderent.

Quia Eccleſia errare non poteſt cōſequens eſt, vt neque omnes Doctores illius.

Ad tertium reſp. quòd cùm Epiſcopi, & Doctores ſint duces fidelium, opportet doctrina fideli eos imbutos eſſe, alias doctrina fidelis miniſtri eſſe non poſſent: nemo enim dat quod non habet. Neque obſtat quod ſi Pontifex eſſet hæreticus daret, quod non haberet, vtique fidelem doctrinam. Non inquam obeſt. Tùm quoniam Pontifex habet ad hoc patentiſsimum priuilegium in illis verbis Lucæ, r *Ego pro te rogauit Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Quo tamen priuilegio reliqui Prælati, & Doctores inſigniti non inueniuntur.

r *Lucæ 22.*

68 Singulare priuilegiū Romani antiſtitis

Nec mirum quod Pontifex ſummus tali ſolum gaudeat priuilegio, quando & Caiphas s ille (qui erat Pontifex anni illius: vtique ſummus Pontifex) & ſolus ille inter Pontifices & Sacerdotes prophetauit neſciens quid diceret. Tum quia licet miraculi ope poſſet contingere ſingulis Epiſcopis, & Doctoribus, quod Summo Pontifici hæretico, non tamen ab huiuſmodi antecedenti illud conſequens inferendum eſt; quia longe maius miraculum eſt illud, quam iſtud. Quare dicendum eſt Prælatos, & Doctores particulares numquā poſſe Eccleſiam decipere, quia numquam ipſi decipi poſſunt, & hoc citra miraculum: quia intra ordidem naturæ eſt quod non decipiantur omnes, maximè periti, & ſapientes erga rem aliquam maximè neceſſariam ad ſalutem.

s *Ioan. 14.*

69 Quod Eccleſia non decipiatur à ſuis Epiſcopis miraculo tribuendum nō eſt.

## CAPVT QVINTVM.

### Reſp. 1. additioni 4. argum. 1. cap. & oſtenditur, quòd neque in dubijs poſsit errare Eccleſia.

70 AD calcem 4. argum. primi capitis texuimus additionem triplici nodo conſtantem, quam per tria capita ſequentia diſſoluere oportet. Ad 1. autem nodum reſpondemus in præſenti negando quòd in dubijs poſsit Eccleſia tota, adhærere parti falſæ, licet non ſit inconueniens, quod multi ex Eccleſia poſsint adhærere illi. Exemplum eſt in articulo de immaculata Virginis Conceptione, cuius vtrique parti adhærent, & ſemper adhæſerunt multi etiam ex grauiſsimis, nō tamen omnes. Et idem eſt in controuerſia illa, an Deus creauerit omnes mundi partes ſimul? iuxta illud Prouerb. t *Qui viuit in æternū creauit omnia ſimul*, an potius ſeorſim, & per ſex dierum curriculū? iuxta quæ à Moyſe narrantur in Geneſi. Ac denique idem eſt de prærogatiua illa, an Paulus, & Moyſes, v viderint diuinam eſſentiam. Hæc enim poſſunt definiri tamquam de fide. Quia tamen definita

Neq; in dubijs poteſt tota Eccleſia errare

t *Prouerb.*

v *Geneſ. 1.*

Digitized by Google

deſinita non ſunt, nec cōſtat de veritate illorum, ideò Eccleſia manet dubia, & anceps circa ea. Si tamen tota Eccleſia vni adhæreret parti, hæc eſſet neceſ ſario vera, & oppoſita falſa: quia Eccleſia non poteſt decipi etiam in huiuſmodi rebus: vt patet ex ſupradictis in probatione tertiæ partis concluſionis quartæ ſecundi capitis.

## CAPVT SEXTVM.

### Reſp. 2. parti additionis 4. argum. 1. cap. & examinatur, An quidquid proponitur, aut præcipitur Eccleſiæ tenendum debeat eſſe de fide, aut materia fidei?

Secunda pars additionis petit, vt examinemus, An quotieſcumq; Eccleſia premit, & compellit nos ad aliquid tenendum, & ſentiendū, teneamur ſequi illud tanquam dogma fidei.

Aliquādo Eccleſia præcipit vt probabiles opiniones ſequamur.

71 Ratio autem difficultatis pro parte negatiua eſt, quòd in Eccleſia interdum definita circumferuntur aliqua, non quidem tamquam omnino certa, ſed potius tanquam pro vtraque parte probabilia, & præcipitur, vt ab omnibus tamquam probabilia teneantur, & prædicentur: vt patet in articulo immaculatæ Conceptionis Virginis apud extrauagantem Sixti IIII. de reliquijs, & veneratione Sanctorum, & etiam in articulo de infuſione habituum, quem non vt omnino certum, ſed tamquam probabiliorē definiuit Concilium Vienen. Quare qui huiuſmodi veritatibus repugnaret, non hæreticus, aut errans in fide cenſeretur, ſed vel temerarius, vel ſcandaloſus, vtpote quòd non diſſentit ab aliquo dogmate fidei, ſed à propoſitione prudentiali.

Arguitur quod quidquid Eccleſia decernit ſit tenendum tanquam de fide.

72 Pro parte verò affirmatiua eſt, quòd diffinitionibus Eccleſiæ non poteſt ſubeſſe falſum: nec poteſt tota Eccleſia obligari ad credendum, vel ſentiendum aliquid quod non ſit irrefragabile omnino. Conſtat autem non ita eſſe quidquid non eſt de fide diuina. Adde quod Eccleſia in huiuſmodi diffinitionibus anathemate ſolet percutere quoſcunque repugnantes, & eos grauiſſima pœna ferire. At duriſsimum eſſet ſic premere fideles omnes ad credendum, quæ poſſent illos fallere, & omnino decipere. Ergo.

Arguitur rurſus ad idem.

73 Pro deciſione eſt notandū quoſdā eſſe à parte iſtā affirmatiua. Tūpropter argumenta illius, tūquia dicūt poſſe Eccleſiā definire ſententiā aliquā tāquam probabilē, quia licet ex vtroq; capite non poſſit eſſe vera, probabilitas tamen nō pugnat cū falſitate, quia id quod alias falſum eſt, poteſt eſſe euidenter probabile, dummodo de falſitate non conſtet euidenter. Vt igitur ſine cognitione euidenti veritatis, vel falſitatis cuiuſcunque propoſitionis poteſt ſtare firmus aſſenſus firmitate ſcientiæ de probabilitate illius, ita dicunt quod mediante diffinitione Eccleſiæ poteſt ſtare firmus aſſenſus firmitate fidei de probabilitate cuiuſcunque ſententiæ, verbi gratia, Immaculatæ Conceptionis Virginis: & proinde eſſe de fide, quòd huiuſmodi ſententia probabilis ſit.

In huius autem confirmationem ſubiungunt, quod qui talem probabilitatem negaret poſt agnitam diffinitionem Sixti 4. puniendus veniret vt hæreticus. Et inde inferunt quod diffinitionis propoſitio eſt dogma fidei.

Oppoſita ſententiæ authores.

74 Alij nihilominus de quorum numero eſt Magiſter Cano, a & quibus ego libenter ſubſcribo, aſſerunt non omnia decreta Eccleſiæ pertinere ad materiam fidei: ſed aliqua ad gubernationem, & debitam moderationem fidelium.

a *Cano 4. de locis c. 4 & li. 7. c. 3. & li. 12. c. 11*

Pro

75 Pro quo notandū eſt, quòd in Eccleſia eſt duplex poteſtas, alia diffinitionis, alia iuriſdictionis, & quod illa verſatur circa res fidei definiendo eas, hæc verò circa ipſos fideles regendo & gubernando illos. Ex quo ſequitur quod quando res, quæ decernitur, non eſt fidei, vtpotè, quæ aut non eſt reuelata à Deo, aut non decernitur vt reuelata, tunc non erit materia fidei, nec diffinitionis fidei, ſed potius regiminis, ac bonæ gubernationis: & proinde quod cum probabilitas rei numquam ſit opus diuinæ reuelationis, vtpote nō dependens ab illa, ſed potius à coniecturis humanis & placitis hominum, nihil quod decernitur tanquam probabile decernitur, vt dogma fidei: ſed tantùm vt opus regiminis ac bonæ gubernationis.

Duplex Eccleſiæ poteſtas.

Sanè ſi vel ad euitanda ſcandala, vel ad maius bonū fidelium Eccleſia definiret, quod omnes fideles tenerentur ſequi, & ſuſtinere opinionem aliquam probabilem intra limites bonæ philoſophiæ: tunc non propterea talis diffinitio eleuaret ad materiam fidei talem opinionem, nec redderet illam dogma fidei ſed tantum: eſſet canon correſpondens gouernationi Eccleſiæ pro bono vtili fidelium ſuorum. Ita ergo dicendum eſt quando id decernit Eccleſia in materia aliqua Theologica iuxta opinionem probabilem.

Quando Eccleſia diffinit aliquid vt probabile, non difinet illud tanquam de fide.

76 Adde etiam, quod ſi Summus Pontifex cogeret vniuerſos fideles, vt iurarent in verba diui Thomæ, non ſecus ac Dominicani iurant, non propterea dogmata D. Thomę redderentur dogmata fidei, ſed tantum canones prudentis gubernationis: vtpotè quòd non proponuntur à Pontifice Eccleſiæ tā quā diuinitus reuelata, ſed vt proponuntur à moderatoribus Dominicanæ familiæ, tamquam dogmata maximè cohærentia cum Euangelica veritate, & vt apprimè conducibilia ad hoc, vt alumni eius non circunferantur omni vēto doctrinæ. Vnde ad noſtrum propoſitum dico, quòd quia dùm definit Eccleſia res aliquas tamquam probabiles, non vult diffinire eas tamquam diuinitus reuelatas, neque innuere nobis, quod ſunt diuinitus reuelatæ à Deo; & ideò ad materiam fidei nullatenus pertinent: ſed tantùm ad regiminis opus.

77 Non omnia definita ab Eccleſia habent eundem gradum certitudinis.

Neq; obſtāt argumenta contraria. Ad primum enim reſp. quòd licet in his, quæ diffiniuntur de fide requiratur omnimoda veritas, & irrefragabilitas vtpotè quæ proponuntur tamquam diuina oracula: in his quæ ſunt iuriſdictionis & regiminis ſufficit humana & prudens certitudo, vt in quibuſcunque alijs virtutum actibus. Maximè, quia licet humana certitudo irrefragabilis vndique non ſit, nunquam tamen fallere poterit Eccleſiam: vt patet ex concluſione vltima 2. cap. Et ſaltem cum proponit ſententiam aliquam vt probabilem, certa eſt irrefragabilitas, quoniam habet euidentiam de tali probabilitate vtpotè deductam ex principijs neceſſarijs illius.

Ad ſecundum reſp. excōmunicationis, ſiue anathematis pœnam non eſſe indiuiduum comitem veritatum fidei: nam etiam multa alia decreta Eccleſiaſtica, multaſque alias ſpiritales cauſas concomitari ſolet. Fertur enim excommunicationis ſententia non ſolùm contra hæreticos, ſed etiam contra rebelles, & inobedientes decretis & ſtatutis Eccleſiæ. Et meritò anathematis vulnere tanguntur omnes, qui contra declarationem Pontificis in rebus Theologicis, vel etiam in regendis Eccleſiæ negotijs recalcitrare audent.

78 Cōciliorum, & Romanorum Pōtificum anathemata nō tātum feruntur cōtra hæreticos, & pro cauſis fidei.

79 Ad tertium iā oſtenſum eſt probabilitatem, vt ſic non eſſe materiam fidei, & proinde nec diffinitionis fidei. Ex quo ſequitur, quòd qui talem probabilitatem negaret adhuc poſt decretum Pontificis, hæreſim non incurreret: bene tamen ingentem temeritatem omni animaduerſione dignam.

Probabilia vt ſic nō ſunt materia fidei.

80 Sed dices. Quid ſi Pontifex diffiniret probabilitatē alicuius ſententiæ, tamquam à Deo reuelatam? Reſp. quod tunc temporis talis diffinitio eſſet de fide: & proinde repugnans illi verè eſſet hæreticus. At hoc de facto non fieri a ſummis Pontificibus compertum eſt, quia quando diffiniunt vt probabilem, ſeu vt probabiliorem ſententiam aliquam, non id faciunt innitendo reuela-

Quid ſi definiret Pontifex aliquid tātū probabile.

Digitized by Google

reuelationi diuinæ, ſed potius cõiecturis humanis, ac prudentũ placitis hominũ. Imò videtur quòd nec fieri poſsit, ſicut neq; fieri poteſt quòd Deus cõtradictoria reuelet. Vnde ſicuti probabile nõ eſt quòd Deus cõtradictoria reuelauerit, ita probabile non eſt, quòd in ſacro elogio probabilitas vtriuſq; partis inueniatur ex diuina reuelatione, ſed ad ſummũ ex diſcurſu, & coniectura humana. Conſtat autem quòd ea, quæ non innituntur reuelationi diuinæ verè & germanè non poſſunt eſſe, nec fieri de fide, quia in tantum Summus Pontifex reddit aliquam propoſitionem de fide, in quantum declarat eam eſſe realiter, & verè diuinitus reuelatam. Quare dum verè, & realiter probabilitas alicuius ſententiæ à Deo reuelata non eſt, nulla Pontificis definitione reddi poteſt de fide, ſed tantùm de regimine, & bona gubernatione Eccleſiæ, ad quam tenemur omnes ſub ſtatutis ab ipſo Pontifice pœnis.

Quod probabile eſt, reuelabile eſt.

81 Eſt tamen notandum quòd per hæc nõ tollitur, quin Deus poſſet reuelare (ſi vellet) probabilitatem cuiuſcunque opinionis. Tũ quia ſicut poteſt oſtẽdere euidenter rationes, & cauſas probabilitatis illius, ita poteſt teſtimonio ſuo affirmare quòd habet illas, & proinde quòd ſit probabilis. Tùm quia probabilitas opinionis, vt ſic, cum ſit quid ſcibile, & demonſtrabile neceſſario habet rationem veri. Cõſtat autem quòd Deus poteſt reuelare hominibus quodcumque velit; dummodò verum in ſe ſit: ſed huiuſmodi reuelationis genus non inuenitur in ſacro elogio, in quo tantum continentur ea, quæ Dei ſunt, & licèt inueniantur coniecturæ ad probabilitatem vtriuſque partis, nõ tamen prout ex reuelatione diuina, ſed prout ex aduertentia humana.

## CAPVT SEPTIMVM.

### Reſp. tertiæ parti additionis 4. argum. 1. cap. & oſtenditur, Eccleſiam nihil incerti aſſerere in officijs diuinis.

82 Quidquid in officijs diuinis Eccleſia vniuerſalis recitat, certũ & indubitatũ eſt.

AD Tertiam & vltimam partem additionis 4. argumenti reſpondet Bartholomæus de Ledeſma, *a* non oportere, quòd omnia, quæ recitantur in officijs diuinis omnimoda polleant certitudine: quoniã aliquãdo apocrypha recitari ſolent tamquam vera in Sanctorum hiſtorijs. Verùm tamen ſi hæc ſolutio intelligenda ſit de his, quæ vniuerſalis Eccleſia tamquam vera recipit, & approbat, grauiori cenſura digna eſt: quia ſi vniuerſalis Eccleſia falli non poteſt; conſequens eſt, vt aſſerere, & recitare non valeat incerta, & dubia pro certis. Si autem intelligẽda ſit de aliquibus Eccleſijs particularibus, immunis eſt ab omni duriori notà, ſed tamen non eſt ad rem præſentis inſtituti: quia hic tantum ſit ſermo de vniuerſali Eccleſia.

*a In 2. p. 4. ſen. q. 16. ar. 13. ad arg. in contrarium.*

Quare ad argum. reſp. negando quòd Eccleſia habeat in diuinis officijs aliqua facta, aut dubia. Et ad illud de ſorore Lazari, reſp. quòd licèt Auguſtin. *b* aliquando de re iſtà anceps fuerit, vtique tractatu 49. in Ioannem: ipſe tamen alibi re melius inſpecta, aſſeruit vnam, & eandem fuiſſe ſororem Lazari cum peccatrice Magdalenà. Cui poſtea ſubſcripſere Gregorius Magnus, *c* Beda, *d* & alij. Pro quo videndi ſunt Card. Baronius, *e* & Ioannes Maldonatus. *f*

83 Vna tantum fuit Magdalena.

84 Ad illud autem de pœnis æternis reſp. quod ly æternum ſumitur in illis locis pro diuturno, vt cũ dicitur *g* de pacto circumciſionis quòd futurum æternum erat, hoc eſt, diuturnum. Et rurſum cum ibidem aſſeritur numer. 8. Terram promiſsionis dandam filijs Iſrael in poſſeſsionẽ æternam; id eſt, diuturnam.

Aliquando æternum idẽ quod diuturnum.

Poteſt etiã reſpõderi pœnas purgatorij dici æternas, quia cũ ſuapte natura, neq; corrũpi neq; corrũpere poſsint, ſed potius eiuſdẽ ordinis ſint, quantũ

*b Tract. 49. in Ioan. ipſe lib. 2. de conſenſu Euang. c. 69.*
*c Hom. 25. & 33. in Euang. & Epiſ. 169. regiſtri.*
*d Sup. Luc. 5.*
*e Tom. 1. annal ad num Chriſti. a n. 32. num. 20.*
*f Sup. Matth. 26. num. 6.*
*g Gen. 17. num. 1*

ad ho c

poſſemus, an de facto errauerit, & an de facto ignoret aliquid ex requiſitis ad æternam ſalutem? & proinde incertum eſſet, an intra cœtum illius ſaluari homines poſſent? ſiquidem certum non eſſet, quòd intra illam eſt notitia requiſitorum ad ſalutem. At conſequens hoc eſt hæreticum etiam ex ſententia hæreticorum. Ergo certum eſt quòd Eccleſia nihil ignorat ex his quæ ad ſalutē requiruntur. Vt ergo non poteſt errare in fide, quia alias deſtrueretur fidei noſtræ certitudo, ita neque in doctrina, & notitia requiſitorum ad ſalutem; quoniam deſtrueretur certitudo ſalutis intra Eccleſiam. Nihil intra Eccleſiā ignorātur eorum, quæ pertinēt ad ſalutem.

## *Quarta Concluſio.*

31 IN his, quæ nec ſunt de fide, nec de neceſsitate ſalutis non ita implicat Eccleſiam vniuerſalem inculpabiliter, & inuincibiliter decipi, de facto tamen non decipitur. Non implicat Eccleſiā ignorare, quæ non pertinēt ad ſalutē.

Prima pars huius cōcluſionis probatur. Primò, ex eo quòd tota infallibilitas circa veritatū cognitionē in Eccleſia prouenit ex aſsiſtentia Spiritus Sācti iuxta promiſsionem Chriſti. At Chriſtus tantum promiſit Spiritus Sancti aſsiſtentiam erga pertinentia ad ſalutem; vtpotè quòd tanquam Saluator ſe geſsit erga Eccleſiam. Ergo reſpectu aliorum, quæ non pertinent ad ſalutem non ita implicatorium eſt Eccleſiam decipi.

32 Secundò probatur ex eo quòd iudicium Eccleſiæ vniuerſalis in huiuſmodi rebus non eſt iudicium fidei per reuelationem adeptum, ſed eſt iudicium humanum ex coniecturis, & rationibus humanis deductum. At iudicium humanum vt ſic, & coniecturæ humanæ infallibilitatem omnimodam non habēt. Ergo neque iudicium Eccleſiæ circa huiuſmodi veritates. In aliquibus Eccleſia habet iudicum humanum.

Deniquè quoniam alias quidquid Eccleſia humanitus iudicaſſet, eundem certitudinis gradum obtinuiſſet, quem obtinēt certiſsima quæque: vtpotè quod repugnaret omnino Eccleſiam in his falli. At conſequens eſt falſum, nā ipſa Eccleſia non omnia reputat eodem modo certa, & infallibilia, omnia inquam, quæ ſunt iſtiuſmodi ordinis, videlicèt non pertinentia ad ſalutem animæ. Ergo.

33 Secunda autē pars concluſionis, vt probetur petit, vt aduertamus, quòd in propoſitionibus, quæ immediatè, & expreſsè non ſunt de fide, ſunt diuerſi ordines, & gradus. Quædam enim ſunt de fide implicitè, & mediatè, vtique, quia per euidentem, & irrefragabilem conſequentiam deducuntur ex his, quæ formaliter, & expreſsè ſunt de fide: & iſta dicuntur concluſiones Theologicæ, & habent eandem certitudinem, licèt non eandem dignitatem, quā habent ea quæ ſunt de fide: vtpotè quòd nihil falſitatis eſſe poteſt in eis. Aliæ etiam ſunt, quæ neque mediatè pertinent ad fidem, nequè per euidentem cōſequentiam deducuntur, ex his quæ ſunt de fide, proximè tamen ad veritates de fide, & ad res definitas accedunt. Cuius ratione, & intuitu tantam apud fideles authoritatem obtinent, vt nullus omnino, aut ferè nullus inueniatur, qui audeat illas negare. Huiuſmodi ſunt propoſitiones quarum contrariæ nō quidem hæreſes, aut hæreticę; ſed errores, & erroneæ, aut ſaltem ad erroneas propoſitiones accedētes ſūt. Tertiò loco ſūt præpoſitiones alię in minoris certitudinis gradu vtpotè, quæ non proximè accedunt ad definita & reuelata, videntur tamen non omnino diſtare ab eis. Et hæ etiam variæ ſunt, aliæ enim ſunt quarum oppoſitæ reputantur piarum aurium offenſiuæ, aliquæ temerariæ, & aliquæ ſcandaloſæ. Aliæ enim in vltimo genere, & gradu ſunt, quæ nihil coherentiæ ſtabilis, & certæ habere videntur cum propoſitionibus diffinitis, & quæ ad ſummum probabilitatis gradum non excedunt. Multi ſunt gradus inter propoſitiones, quæ pertinent ad fidem.

His poſitis ſenſus ſecundæ partis concluſionis eſt Eccleſiam in iudicio iſtarum propoſitionum non errare, ita ſcilicet, vt vniuerſalis Eccleſia aliquid exiſtimet, vel erroneum, vel piarum aurium offenſiuum vel temerarium, vel ſcandaloſum, aut denique improbabile, quod re vera tale non ſit.

Di

Digitized by Google

Eccleſia non poteſt falli in decernendis erroneis propoſitionibus.

34 De priori genere hoc patet ex eo, quòd huiuſmodi error plurimum derogaret dignitati & authoritati Eccleſiæ: vtpote quod non poteſt contingere abſque magna ignorantia, & praua intelligentia myſteriorum fidei. Vt detraheret multum authoritati Doctoris, quòd erroris nota audeat fœdare propoſitionem aliquam ſe ipſam immunem à tali cenſura: vtpotè quod huiuſmodi nota non poteſt contingere abſque magna ignorantia, & praua intelligentia principiorum, ex quibus ſententia illa deducitur. Vnde cum Spiritus Sanctus Eccleſiæ aſsiſtat tanquam pedagogus eius, & aduocatus; conſequens eſt, vt ad eius munus pertingat non pati, nec tolerare, quòd Eccleſia tanta nota inuratur.

Eccleſia nequit errare in iudicandis propoſitionibus, quæ ſunt piarũ aurium offenſiuæ.

35 De ſecundo propoſitionum genere vtique de piarum aurium offenſiuis de temerarijs, & ſcandaloſis, probatur etiam ex eo quòd ſi Eccleſia in illis deciperetur, & erraret, conſequens eſt, vt etiam poſſet errare in his, quæ pertinent ad mores: ſiquidem veritates, quarum contrariæ propoſitiones cenſentur, vel piarum aurium offenſiuæ, vel temerariæ, vel ſcandaloſæ magna ex parte verſantur circa mores: & in his tota Eccleſia practicè ſequitur id quod ita certum exiſtimat. At aſſerere Eccleſiam in moribus poſſe falli abſurditatis plenum eſt: ergo.

Eccleſia nequit errare in iudicando propoſitiones improbabiles.

36 De tertiò, denique propoſitionum genere, vtiq; de improbabilibus, probatur ex eo quòd humano modo non contingit quod tota aliqua ſapientum multitudo conſpiret in vnam, & eandem ſententiam, quando tota res vtrinq; probabilis exiſtit. Tūc enim aliqui adhæret vni parti, alij verò alteri. Quare improbabilitatis ſignum irrefragabile eſt, quòd vniuerſalis Eccleſia vni tantum parti adhæreat, & aliam deſerat tanquam improbabilem: aut ſaltem omnino illam deſerat. Quapropter licet ad non errandum in alijs duobus propoſitionum generibus indigeat Eccleſia ſpeciali Spiritus Sancti illuſtratione, & ope, ad non errandum tamen in iſto tertio, & vltimò genere nullo indiget priuilegio: quia humano modo non poteſt contingere, vt tota ſapientũ multitudo adhæreat vni tantum parti, quando etiam oppoſita probabilis eſt.

Quod ſi obijcias non poſſe nobis conſtare Eccleſiam non decipi de facto in propoſitionibus iſtis: ſiquidem vt patet ex prima parte concluſionis, poteſt decipi in eis. Et nos in reliquis concluſionibus diximus, quòd ſi Eccleſia poſſet errare in rebus fidei, & in veritatibus pertinentibus ad ſalutem nō poſſemus eſſe certi, quod de facto decepta non fuerit.

Reſpondetur primo, quod prima pars noſtræ concluſionis abſolutè non aſſeruit Eccleſiā poſſe decipi erga huiuſmodi veritates: ſed non ita repugnare in iſtis, atque in alijs; de quibus in præcedentibus concluſionibus. Eſt tamen repugnantia prædicta.

Cuius certitudinis ſint cōcluſiones prædictæ.

37 Reſpondetur ſecundò, quod tota iſta noſtra quarta concluſio nō eſt ita certa, ſicut præcedentes: præcedentes enim habent certitudinē fidei, & ita cōtrariæ illarum ſunt hæreticæ: hæreticum enim eſſet aſſerere quod Eccleſia errare poſſet erga veritates fidei, & erga pertinentia ad ſalutem. At concluſiò hæc non ita, ſed iudicandum eſt de illa iuxta proportionem & gradum pertinentium ad eā: ſic nimirum, vt ſit erroneum aſſerere quod Eccleſia vniuerſalis recipit tanquam veram propoſitionem aliquam, quæ ſit erronea; & ſit piarum offenſiuum aurium aſſerere, quod Eccleſia admittit tanquam veram propoſitionem aliquam, quæ ſuapte natura ſit piarum auriũ offenſiua: & temerarium dicere quod Eccleſia approbat tanquam verā propoſitionem temerariā: ac denique improbabile quod Eccleſia accipiat tanquam probabilem, aut veram propoſitionem, quæ eſt de ſe improbabilis.

Eccleſia nequit errare in pertinentibus ad Chriſtianam pietatem.

38 Idem dicendum eſt de his, quæ pertinent, non ſolùm ad fidem, ſed etiam ad Chriſtianam pietatem, vt ſunt ſanctorum martyria, miracula, vita, & his ſimilia, quatenus fide humana, & pietate quadam Eccleſia vniuerſalis recipit ea. Habent enim hæc varios gradus certitudinis, & pro ratione illorum credendum eſt in illis Eccleſiam non errare, ſeruata dicta proportione. Et-

enim dicere quòd Eccleſia decipitur in fide humana, ac pietate quam habet, erga merita alicuius ſancti in particulari non habet determinatam ſpeciem notæ, & cenſuræ, niſi per ordinem ad motiua quibus innitur Eccleſia ad ſic credendum, & rectè ſentiendum de meritis illius. Vnde reſpectu aliquorum hoc erit erroneum, reſpectu aliorum temerarium, & reſpectu aliorum erit ſcandaloſum, &c.

39 Ex dictis ſequitur, quòd ex vniuerſali ſenſu Eccleſiæ erga res fidei, ſumitur infallibilis regula erga eaſdem: itaque cum alicui conſtat Eccleſiam aliquid certa fide tenere, tenetur etiam ipſe ad idem de fide ſentiendum: quia tota Eccleſia nihil taliter credit, niſi quod eſt à Deo reuelatum. Et cum etiā conſtat eidem quòd Eccleſia recipit aliquid non quidem tanquam de fide, ſed tanquam ita certum, vt contrarium putet erroneum, vel temerarium, vel ſcādaloſum, &c. ipſe tenetur ſub nota erroris, vel temeritatis, vel ſcandali, &c. idem ſentire. Sed de hoc latius infra cap. 6.

Semper Eccleſiæ ſenſui adhærendū eſt, & pro regula habendus.

## CAPVT TERTIVM.

### Reſpondetur 1. & 2. argumento 1. cap. & oſtenditur, quo ſenſu dicatur vniuerſus populus à fide excidere.

40 SEquitur, vt argumentorum ſolutiones adhibeamus: & in primis reſpondetur ad primum, loquutiones illas intelligendas eſſe (vt multæ aliæ ex ſupradictis) per figuram ſynedochen, ſecundum quam nomine totius ſubintelligitur aliqua pars: vt quando dicitur, *a* quod omnis cogitatio hominis intenta eſt ad malum omni tempore, idem eſt, ac ſi diceretur, quod multo tempore intenta eſt ad malum. Et cum ibidem dicitur *omnis quippe caro corruperat viam ſuam*, idem eſt, ac ſi diceretur, quòd multi hominum corruperant viam ſuam: ſiquidem Noe cum filijs ſuis corruptione illa non laborabāt. Et iterū cùm dicitur, *b* quòd omnis populus in Chriſtum ſucclamauit *crucifigatur*, idem eſt, ac ſi diceretur, quòd multi ex populo: ſiquidem Nicodemus, & Ioſephus ab Arimathia cum alijs, qui non conſenſerunt actis Iudæorum inclamatione illa polluti non ſunt.

*a Gen.6.v.12.*

*b Marc.15.13.*

Figurā ſynedoche frequens in ſacris literis.

41 Ad ſecundū reſpondetur priorem partem illius ſolutam ſatis eſſe ex ſupradictis: ſupra enim oſtenſum eſt quòd Moyſes, nec Leuitæ talis criminis rei facti ſunt, ſed vltores potius, & vindices: conſecrarunt enim manus ſuas Domino, dùm de idololatris debitas pœnas ſumpſerunt.

Non omnes ſeſe polluerunt in vituli adoratione.

42 Ad ſecundam partem reſpondetur Prophetas illos Achab plane fuiſſe pſeudoprophetas: non autem Prophetas Dei, vt vel ipſe Achab indicauit, dùm interrogatus à Ioſaphat Rege Iudā, an intereſſet ibi aliquis Prophetarū Domini, per quem interrogaretur Dominus de euentu belli, quod tunc molliebatur? reſpondit Achab. *Remanſit quidem vnus, ſed odio habeo eum; quia non prophetat mihi bonum, ſed malum*. Conſequens ergo eſt 400. alios Prophetas non fuiſſe Prophetas Domini; & proinde errorem illorum nihil omnino maculaſſe veritatem Eccleſiæ, magis quam Lutheranorum error; qui ſunt pſeudochriſtiani, fœdare poteſt Eccleſiæ Romanæ pulchritudinem.

*2. Paral.18.v.7.*

Prophetæ Achab omnes falſi.

# CAPVT QVARTVM.

## Reſpondetur 3. & 4. argumento 1. cap. & diſcutitur, An omnes Eccleſiæ Paſtores, & Doctores poſsint errare in rebus fidei & morum?

TErtium & quartum argumentum petunt vt examinemus, An omnes Prælati Eccleſiæ, Doctores, & Magiſtri poſsint in rebus fidei & morum errare? In quo dubio pars affirmatiua tenaciter ſuſtinatur ab hæreticis recentioribus.

Arg. omnes Eccleſiæ Prælatos & Doctores poſſe errare.

43 Primò, propter teſtimonia 3. argumenti, & propter rationem aſsignatam in quarto argumento.

Secundò, quia ſolùm vniuerſali Eccleſiæ promiſſa eſt à Chriſto perſeuerantia in fide, non autem alteri ſtatui hominum.

44 Tertiò, quia Epiſcopis & Doctoribus nihil aliud tribuendum eſt præter id quod pertinet ad ſuum ſtatum. Sed illorum ſtatus non petit gaudere prærogatiuis Eccleſiæ vniuerſalis. Ergo talis prærogatiua non eſt illis concedenda.

Arg. item ad idem.

Maximè, quia ſi gauderent illa, id eſſet in beneficium Eccleſiæ & propter Eccleſiam ipſam. At etiam ſi omnes errent in fide, Eccleſia errare non poteſt. Ergo propter bonum Eccleſiæ non opus eſt concedere eis tale priuilegium.

Quod ſi dixeris propterea Eccleſiam non poſſe errare, quia Epiſcopi & Doctores illius non poſſunt non vera dicere: contra eſt quoniam Summus Pontifex non poteſt non vera docere, iuxta ſententiam Catholicorum, cum tamen vt perſona particularis errare poſsit, iuxta Catholicorum etiam probabilem opinionem. Ergo dato quod Epiſcopi & Doctores omnes non poſſent non vera docere, adhuc non ſequeretur, quòd ipſi errare non poſſent tanquam priuatæ perſonæ in rebus fidei & morum.

Nihilominus contrariæ ſententiæ omnino adhærendum eſt. Sed vt illam conuenienter aperiamus aliqua notabilia duximus proponenda.

Notabilia pro cauſæ deciſione.

45 Primò notandum eſt, quòd de vniuerſis Epiſcopis & Doctoribus dupliciter poſſumus loqui. Primò, quatenus legitimè congregati ſunt. Secundò, quatenus quilibet reſidet in ſua Eccleſia, vel Academia proprias oues regendo, diſcipuloſque docendo. Et in priori ſenſu non procedit præſens dubium: quia hoc pertinet ad tractatum de Concilijs: in ſecundo autem procedit, quia in præſentiarum axaminamus, an poſsit contingere, vt vel à caſu, ſeu etiam à conſilio, ſiue per literas, ſiue alio modo omnes Epiſcopi & Doctores Eccleſiæ conſpirent in aliquem errorem?

Secundò notandum eſt, quod adhuc loquendo de Epiſcopis & Doctoribus in hoc ſecundo ſenſu eſt ſingularis diſtinctio: nam poſſumus loqui de illis comprehendēdo in numero eorum Summum Pontificem, & etiam excludendo illum. His poſitis.

### *Dico primo.*

Omnes Paſtores & Doctores Eccleſiæ nō poſſūt errare.

46 OMnes ſimul Paſtores & Doctores Eccleſiæ non poſſunt errare in docendo res fidei, ſiue conſiderentur, vt in numero illorum includitur Summus Pontifex, ſiue vt excluditur.

Hæc concluſio videtur de fide. Primò, quia talis collectio non minus repræſentat Eccleſiam vniuerſalem, quàm Senatorum, & optimatum cœtus repræſentat politicam Rempublicam: iuxta quæ Philoſophus c tradit, ergo ſicut vniuerſalis Eccleſia in huiuſmodi aſſertione non poteſt errare, ita neque vniuerſi Epiſcopi & Doctores. c 4. *Ethic.* c. 9.



Digitized by Google

47 Secundò, quia fides Eccleſiæ pendet ex doctrina magiſtrorum Eccleſiæ,
quia doctrina Chriſti per manus illorum ad populum Chriſtianũ deſcendit
Ex quo illud Sapientis: d *Verba ſapientum ſicut ſtimuli, & ſicut claui in altum defixi;*
*quæ per magiſtrorum conſilium data ſunt à Paſtore vno.*

d *Eccleſiaſt.* 12. *num.*11.

Eccleſ. fides pendet ex doctrina Doctorũ

Dixi autem notanter concluſionem iſtam videri de fide, quoniam non ſo
lùm procedit in caſu, quo in Prælatorum numero ſummus illorum, vtique
Summus Pontifex, continueatur, (in quo ſenſu ita eſt de fide propoſitio iſta at
que eſt de fide, quod Summus Pontifex errare non poteſt in definitione re-
rum fidei,) ſed etiam procedit in caſu, quo à tali numero Summus Pontifex
excludatur: in quo ſenſu non eſt adeô certa. Tùm quia non clarè conſtat ex
aliqua promiſsione diuina, vel ex aliqua diffinitione authentica, Epiſcopos,
& Doctores ita ſumptos errare non poſſe in propoſitione rerum fidei. Tùm 48
quia in eo caſu præter vniuerſos Epiſcopos, & DD. ſupereſt in Eccleſia in
fallibilis regula fidei, vtiq; Summus Pontifex, cui omnes fideles præcipuê ad
hærere tenentur. Nihilominus, quia vrgent multa pro huiuſmodi irrefraga-
bili veritate, ideò dixi, quod videtur de fide.

An ſit de fide vniuerſos Paſtores, & Doctores Eccleſiæ errare non poſſe.

In primis enim vrget, quòd dùm Eccleſiæ Chriſti promiſſum eſt circa
veritatem non labi, conſequenter & virtualiter promiſſum videtur vniuer-
ſos Epiſcopos & Doctores illius in fidei propoſitionibus eam non decipere:
quia vt dictum eſt fides Eccleſiæ ex doctrina magiſtrorum pendet. Quomodo
enim credent ſine prædicante? Aut quid credent, niſi quod prædicatur? Con-
ſtat autẽ Eccleſiæ prędicatores eſſe particulares Epiſcopos & Doctores illius.
49 Deinde vrget, quòd vt Apoſtolus inquit de Spiritu Sancto: e *Alios qui-*
*dẽ dedit Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios autẽ Prophetas, alios autẽ Paſtores & Do-*
*ctores in opus miniſterij: vt non ſimus ſicut paruuli fluctuantes, & circumferamus omni*
*vento doctrinæ.* Conſtat autem, quòd Paulus hic loquitur de Paſtoribus & Do-
ctoribus particularibus. Conſtat etiam quod ſi Paſtores huiuſmodi in fide flu
ctuarent, non poſſent non reliqui fideles etiam tanquam paruuli in fide flu-
ctuare. Maxime quia (vt inquit Greg. noſter) f *Cũ Paſtor per abrupta graditur, ne*
*ceſſe eſt vſque præcipitium grex ſequatur.* Nec fieri poteſt, niſi vt membra eò defe-
rantur quo oculi ſuam vim, & aciem intendunt.

e *Ad Epheſ.*4.
f *Hom.* 14. *in Euangelia.*

Grex Paſtorẽ ſequitur.

50 Tertiò, vrget quod ſi vniuerſi Epiſcopi, & Doctores particulares in re-
bus fidei errare poſſent, nullatenus conſiſtere valerent ipſæ res fidei abſq; in-
gẽti aliquo, atq; ſtupendo miraculo: quia tale requiritur adhoc, vt fideles præ
beant aſſenſum fidei rebus tantũ à Sũmo Pontifice fideliter prædicatis, con-
tra concordiã omnium Epiſcoporũ & Doctorũ acclamationẽ. At ſuauius; &
longè melius res ſe habet ſi dicamus, quod particulares Epiſcopi & Doctores
non poſſunt omnes in promulgatione rerum fidei errare. Ergo.

Magni refert, quòd Epiſcopi, & Doctores Eccleſiæ nõ decipiantur.

51 Denìq; vrget, quod vniuerſalis ſingulariũ Epiſcoporũ conſenſio, circa ve
ritatẽ aliquã pertinentem ad fidem, ſemper in Eccleſia reputata eſt, vt certũ
argumentũ veritatis fidei & traditionis Apoſtolicæ: iuxta quæ videri poſſunt
apud Irenæũ, g Cyprianũ, h & Auguſt. i & etiã apud noſtrũ Gratianũ; k
imò etiam apud ipſa Concilia: Concilium enim Epheſinum l exegit à Neſto
rio, vt iuraret ſe ſentire, quæ vniuerſi Epiſcopi per Orientem, & Occidentẽ te
nerent: vt conſtat ex Epiſtola eiuſdẽ Concilij, quã poſtea ſexta Synodus ap-
probauit. m Et de eodem Concilio Epheſino refert Vincent. Lirinenſ. ſequu 52
tum fuiſſe per omnia antiquorum magiſtrorũ doctrinam. Et Conciliũ Latera
nenſe ſub Martino. Inquit: n *Quæ omnes Eccleſiæ Patres reſpuunt, & Catholica,*
*& Apoſtolica Eccleſia reſpuit, & quæ illi credunt, credit.* Et Canone 1. & 2. ita pro
cedit. *Si quis nõ confitetur ſecundũ ſanctos Patres eſſe propriè Trinitatem, & Deum deſ*
*cendentem de cœlis, ſit condemnatus.* Videatur Corduba, o Simancas, p Caſtro,
q & Cano. r Maximè tamẽ audiendus eſt Caſiodorus ſ noſter dùm ait, quod,
per probabiles ſanctorum Patrum opiniones tanquam per ſcalam Iacob per-
uenitur ad intelligẽtiã Scripturarũ. Quare Concilia t monent, Scripturas ſa
cras interpretandas eſſe iuxta commune ſanctorum Patrum ſenſum.

g *Lib.* 3. *cap.* 3. *& lib.*4. *c.*43. *&* 63.
h *Lib.*4. *Epiſt.*9
i *Lib.*1. *&* 2. *contra Iuliã. & lib.* 28. *cõtra Fauſt. c.* 2. *& lib.* 33. *c.*6.
k *Cap. ſciri debet* 7 *q.*1.
l *Epiſt. ad Neſtorium.*
m *Sexta Synod. Gen. act.* 11.
n *Can.* 12. *&* 17.
o *Lib.* 4. *q.* 1. *prop.*6.
p *De Inſtit. Catolic. cap.* 21.
q *Lib.* 1. *contra Hæreſ.*7.
r *Lib.* 4. *de locis, cap. penult.*
ſ *Præfat. lib. Inſtitut. diuin. lect.*
t *Cõc. Trid. ſeſ.*4 *Con. Melden. ca.* 11.

Omniũ Prælatorum Eccleſiæ cõſenſio Apoſtolicæ traditionis arg. eſt.

Doctrina patrũ eſt ſcala Iacob ad penetrandam ſublimitatẽ Scripturæ.

Quod

Quòd ſi obijcias, vniuerſos Epiſcopos & Doctores particulares non eſſe infallibilem regulam credendorum: quoniam alias in nullo diſtinguentur à Summo Pontifice; & proinde poſſe nos fallere, & decipere in rebus fidei.

In quo diſtinguantur vniuerſi Epiſcopi à Romano in doctrinæ certitudine.

53 Reſpondetur negando antecedens, quoniã licet non ſint prima regula viſibilis credendorum: vtpotè qui in hoc differunt à Summo Pontifice, cuius definitionibus ipſi adhærere tenentur, & à quibus aberrare non poſſunt, tamẽ ſunt regula infallibilis credendorum ſaltem ſecundaria: quia non poſſunt omnes à veritatum fidei tramite declinare. Vnde quidquid ipſi tanquam de fide iudicant, & prædicant, tenentur fideles omnes tanquam de fide habere: vtpote quod ipſi nihil tanquam de fide promulgare poſſunt, quod vel ex ſacris literis, vel ex traditionibus Apoſtolorum, vel ex definitionibus Pontificum, & Conciliorum, vel ex omnibus iſtis non eliciant.

Aliud iterũ eorundem diſcrimẽ

54 Quod ſi obijcias iterum, etiam ipſum Pontificem Summum teneri conſulere viros doctos, & Prælatos Eccleſiæ ad diſcernendas, & definiendas res fidei (vt nunc ſupponimus ex dicendis in tractatu de Summo Pontifice,) & proinde Summum Pontificem non magis eſſe viſibilem regulam credendorũ, quàm vniuerſos Epiſcopos, & Doctores particulares; & ex conſequenti aliquam illarum ſuperfluere.

Reſpondetur negando conſequentiam; Quoniam diffinitiones Pontificis non per ſe, & ex natura ſua pendent à doctrina Epiſcoporum, & Doctorum particularium, ſed per accidens tantùm; vtique in quantum doctrina illorum conſona eſt per omnia doctrinæ ſacræ paginæ, Apoſtolicarum traditionum, Conciliorum, ac Summorum Pontificum definitionibus. Ipſa autem ſingularium Epiſcoporum, & Doctorum doctrina per ſe pendet à Pontificum definitionibus tanquam à prima regula viſibili explicante legitimum ſenſum eorũ, quæ in ſacris literis, & Authẽticis voluminibus cõtinentur. Vnde ſicut nõ derogat rationi primæ cauſæ, quòd ad aliquos ſecundarios effectus præſupponat, & prærequirat concurſum cauſarum ſecundarum; ita non derogat dignitati primæ regulæ, qualis eſt Summus Pontifex, quòd ad definitiones aliquarum veritatum particularium prærequirat diligentem examinationem doctrinæ illorum, qui habent pro prima regula Pontificiam diffinitionem.

## *Dico ſecundo.*

Vniuerſi patres Eccleſiæ non ſtat, vt apud ſe errore decipiantur.

55 NOn ſolùm in docendo res fidei, & morum, verùm neque in ſentiendo errare poſſunt vniuerſi *E*piſcopi, & Doctores particulares.

Hæc concluſio nõ eſt ita certa, ſicut præcedens, eſt tamen certiſsima. Primò, quoniam *E*ccleſiæ ſal euaneſceret, ita vt non eſſet in quo ſaliretur. Etenim moraliter loquendo fieri non poſſet quin propriũ errorẽ per Eccleſiam diſsiminarent DD. quia naturale eſt omnibus loqui ſecundũ ea quibus ſunt affecti, & ex abũdantia cordis. Vnde Paulus v inter gratias gratis datas, vtiq; inter illas, quæ ad aliorum vtilitatem ordinantur enumerat *fidem*, quæ ſecundum D. Thomam x præter ipſum habitũ denotat quandam certitudinem per quam homo fit idoneus ad inſtruendos alios in rebus fidei: quia ſicut nullus poteſt inſtruere alium de aliqua ſcientia, niſi illius ſcientiæ principia ſint illi maximè nota & certa, ita neq; docere res fidei, niſi ea, quæ ſunt fidei, ſint illi maximè certa. Igitur, qui contrarium putat in rebus fidei, non erit aptus ad inſtruendum alios in eiſdem rebus.

v 1. *Cor.* 12.

x *D. Thom.* 1. 2. q. 111. *art.* 4. *ad* 2.

Probatur id ab inconuenienti.

56 Et confirmatur, quoniam alias neceſſario ponenda eſſet miraculoſa & ſpecialiſsima Spiritus Sancti aſsiſtentia, & manutenẽtia omnibus in illis Doctoribus, & Epiſcopis; vt non obſtante proprio, & pertinaci illorum ſenſu, adhuc contra propriam mentem fidelem plebem fideliter erudirent in rebus fidei: huius tamen aſsiſtentiæ promiſsio non inuenitur in ſacris literis.



Digitized by Google

Secundò probatur, quia rei natura non patitur, vt tot ac tanti homines ſapientes vnanimiter in eandem ſententiam conſpirent, quando ſola fide humana, & opinione ducuntur: ex quo ſequitur quòd dùm ſic conſpirant, Spiritus Sancti illuſtratione mouentur.

57 Quod ſi obijcias, errare contingere multipliciter, & proinde poſſe vniuerſos Epiſcopos, & Doctores particulares abſque eo quòd conſpirent in aliquam ſingularem ſententiam; ſed per hoc quod varij varias in ſententias diſcedant, quæ omnes ſint errores. **Obijcitur contra prædicta, ſed diluitur obiectio.**

Reſpondetur hoc fieri non poſſe, quin omnes conueniant in ſententia vnica, ſiue negatiua, ſiue affirmatiua, licèt rationes aſſentiendi & diſſentiendi poſsint eſſe diuerſæ, & omnes illæ falſæ. Conuenire autem omnes in vnica ſententia humani ingenij non eſt, & proinde diuino numini adſcribendum venit quidquid tanquam de fide diuina ab omnibus Epiſcopis & Doctoribus particularibus tenetur, & exiſtimatur.

## *Dico tertio.*

58 NON Solùm vniuerſi Epiſcopi & Doctores particulares ſimul ſumpti, verùm neque vniuerſi Epiſcopi ſeorſim, neque vniuerſi Doctores ſeorſim & imparticulari errare poſſunt in docendis, aut etiam in ſentiendis rebus fidei. **Non omnes in particulari Paſtores, & Doctores poſſunt errare.**

Hæc concluſio adhuc non eſt ita certa ſicut præcedens, nihilominus videtur certiſsima. Et quoad priorem partem probatur in primis ex eo quod Apoſtolis dixit Chriſtus: *a Vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi*: & iterum: *b Qui vos audit, me audit*. Conſtat autem, quòd non ſolùm Apoſtoli, ſed & Apoſtolorum ſucceſſores in huiuſmodi encomijs comprehenſi ſint; vt habet Cõcilium Tridentinum, *c* & ante illud Euariſtus Papa, *d* qui locum illum interpretatur de Epiſcopis. Et idem apud Anacletum *e* Pontificem. Conſtat autem, quòd ſal terræ, & lux mundi non poſſunt vniuerſaliter deſipere, & obſcurari, abſque eo, quòd etiam deſipiat. & obſcuretur Eccleſia; quod tamen repugnat. Conſtat denique, quòd qui verba Dei loquitur non poteſt vllo pacto errare, aut decipere.

a *Matth.5.*
b *Lucæ 10.*
c *Seſ.23. cap.4.*
d *Epiſt.2.*
e *Epiſt.2.*

59 Secundò, Iulius primus Pontifex *f* aſſeruit, Eccleſiæ Epiſcopos eſſe eiuſdem Eccleſiæ *columnas firmiſsimas eandem Eccleſiam ſuis humeris ſuſtinentes*. Ergo ſicuti per hoc quod Eccleſia inſcribitur à Paulo; *columna veritatis*, conuincitur quod non poſsit à veritate deficere: ita per hoc quod Epiſcopi inſcribuntur à Iulio *columnæ Eccleſiæ* conuinci poterit, quòd ſaltem vniuerſi Epiſcopi non poſsint à veritate aberrare. Maximè quod mens Pontificis in hoc elogio fuit oſtendere quod vera doctrina ab ore Epiſcoporum dependeat. Per hoc enim voluit conuincere æmulos Athanaſij, qui contra doctrinam illius authoris inſurrexerunt. **Epiſcopi ſunt colũnæ Eccleſiæ.**

f *Epiſtola increpatoria ad Epiſcopos Orientales pro cauſa Athanaſij.*

60 Tertiò, Concilium Pariſienſe, *g* ex doctrina Proſperi Aquitani, *h* vocat Epiſcopos, & Eccleſiæ Prælatos: *Fundatores Eccleſiæ poſt Apoſtolos, fidelis populi duces, veritatis aſſertores, & prauæ doctrinæ hoſtes*. Signum ergo eſt, quòd ex mẽte Concilij non poſſunt vniuerſi Epiſcopi à veritatis tramite declinare, vtique fidei & morum. **Epiſcoporũ encomia.**

g *Cap.9.*
h *Lib.2. de vita contempl.c.2.*

Quartò, Ambroſ. *i* vocat Epiſcopos *Eccleſiæ lucem*; & Clemens Rom. *k* appellat eos *Os Domini*. Ergo ſentiunt quod ſaltem in veritatibus fidei non poſſunt falli, nec fallere, ſaltem vniuerſaliter; & ex omni parte.

Quintò, Epiſcopi à Chriſto conſtituti ſunt, vt paſcerent Eccleſiam, quam ipſe acquiſiuit ſanguine ſuo. At tenentur paſcere illam tàm verbo, quàm exẽplo. Ergò citra Eccleſiæ præiudicium non poſſunt vniuerſi Epiſcopi in rebus fidei aberrare.

i *Lib. de Dignit. Sacerd.c.5. & 6.*
K *Lib.2. Conſtitut. Apoſtolic.*
l *Actorum 20.*

Denique Epiſcopi & Prælati inſcribuntur nomine Eccleſiæ. & appellantur Eccleſia: iuxta illud Chriſti Domini: *m Si non audierit, dic Eccleſiæ*, id eſt, Prælatis Eccleſiæ, qui moderantur illam, & eius habenas tenent. Cùm ergo

m *Matth.18.*

Eccle-

Eccleſia errare non poſsit, conſequens eſt, quòd neque vniuerſi Epiſcopi.

Quomodo fiet ſingulos Epiſcoporũ errare non poſſe, ſi tamẽ Apoſtoli omnes aliquãdo errarent.

61 Quod ſi obijcias, Apoſtolos in fide periclitaſſe tempore paſsionis Chriſti: vt nos ſupra ex multorũ ſententia, tanquam non improbabile conſtituimus. Ergo ſignum eſt, quòd non ſolùm omnes Prælati poſſunt deficere, ſed etiam quod de facto defecerint in rebus fidei.

61 Reſp. ex Auguſt. *n* quòd tunc temporis Apoſtoli non erant Eccleſiæ duces, ſed veluti nouitij, & tyrones, neque impletum illud Pſalmi, *o* *Ego confirmaui columnas eius*. Quare ex illis ad Epiſcopos Eccleſiæ præſentis non poteſt firmum argumentum deduci quantum ad hoc. n *Sup. Pſal.* 114. o *Pſalm.* 67.

Si vniuerſi Doctores errarent, omnis Eccleſia erraret.

62 Secunda autem pars aſſertionis huius adeò certa apparuit Magiſtro Cano, *p* vt dicat quòd contraria illius, ſi non eſt hæreſis, eſt tamen hæreſi proxima. Quidquid tamen ſit de cenſura & nota; probari poteſt primò ex eo quod ſi vniuerſi Doctores particulares errarent in rebus fidei & morum, tota Eccleſia errandi periculo exponeretur: quia tàm qui contiones habent ad populum, quàm qui confeſsiones populi audiunt, vtrique plebem inſtituunt, ſicut à præceptoribus Scholaſticis, & Doctoribus acceperunt. p 8. *de locis ca.* 4

Secũdò quòd nullum eſt dogma, quod cõmuni Theologorũ conſenſu circũferatur tãquam de fide, quod non ab Eccleſia tanquam de fide acceptetur. Et meritò, quia nihil ipſi tamquam de fide commendant, niſi quod ex ſacris literis, vel ex Conciliorum, & Pontificum in rebus fidei diffinitionibus, vel ex Apoſtolorum traditionibus omnino elliciunt.

Paſtores & Doctores ſunt Eccleſiæ oculi.

63 Vtraq; autem pars aſſertionis iſtius ſimul probatur ex eo, quod tàm Epiſcopi, quàm Doctores particulares ſunt ſpeculatores & oculi Eccleſiæ, per quos tanquam per propriam oculorum aciem rimatur, & intuetur Eccleſia arcana, & recondita fidei. Conſtat autem impoſsibile eſſe quòd cæcutientibus, vel etiam caligantibus oculis poſsit aliquis attingere ſcopum, in quem cõllimat: imò quod pedes illius rectam poſsint tranſcurrere viam. Ob incolumitatem igitur vniuerſalis Eccleſiæ, & ob indemnitatem illius dicendum eſt, quòd neque Eccleſiæ Prælati ſeorſim ſumpti, neque item Doctores ſcholaſtici poſsint omnes in rebus fidei falli, ac fallere.

Obijcitur contra prædicta, & obiectio diluitur.

64 Sed obijcies. Aut dogmata quæ Prælati & Doctores particulares diſſeminant comprehenduntur intra latitudinem humani ſenſus, vel non; ſed potius pertingunt diuini ſpiritus afflatum, & illuſtrationem diuinam. Si primũ ergo ſunt fallibilia, & proinde non habenda tanquam dogmata fidei. Si ſecũdum; ergo ſunt ſacra pagina, & proinde non habenda tanquam dogmata hominum, ſed potius, vt oracula Dei.

Reſp. quod licet dogmata iſta, vt à ſingulis concipiuntur, & proferuntur, humana ſint, & ab humano ſenſu: vt tamẽ concorditer, & vniformiter ab omnibus illis procedunt, diuinum redolent ſpiritum, & ſupernum afflatum. Exemplum eſt inconformi illa, & per omnia ſibi ipſi conſona ſeptuaginta duorum virorum ſapientiſsimorũ verſione, & interpretatione ſacræ paginæ: etenim huiuſmodi interpretatio ſecundum ſubſtantiam ſuam humanum dumtaxat ſenſum requirebat: vt autem conſideratur edita à ſeptuaginta duobus viris in ſeptuaginta duabus celulis incluſis (vt aiunt) ità vt inter ſe nullũ interpretationis colloquium, & commercium texuerint, diuinum ſapit oraculum, & ita ab hominibus ingenti miraculo adſcribitur. Sic in præſenti ſententia, quæ tantorum hominum ingenijs arridet (aliàs natura, & arte diuerſis, & opinionibus, ac ſententijs diſsidentibus refertis ac imbutis) pro conſtantiſsima veritate habetur, quæ naturæ vires tranſcendit, & ad quam diuinus ſpiritus ſpecialiſsimam opem tulit. Maximè quando aſſeritur, vt fidei dogma communi conſenſu, & concurſu erutum ex ſacris literis, & authenticis definitionibus.

Deus ſuã Eccleſiã alloquitur per Doctores.

65 Inde illud Hieronymi: *q* *Doctores Eccleſiæ non tàm ipſi docent, quàm in eis Deus, qui ad ſanctos loquitur. Ego dixi, Dij eſtis: Qui autem dij ſunt, tradunt Dei Euangelium, & non hominis.* Quare tamquam Dei verba habentur, quæ per Doctores q *Sup. c.* 1. *Epiſt. ad Galat.*

Eccleſiæ

definita non ſunt, nec cōſtat de veritate illorum, ideò Eccleſia manet dubia, & anceps circa ea. Si tamen tota Eccleſia vni adhæreret parti, hæc eſſet neceſſario vera, & oppoſita falſa: quia Eccleſia non poteſt decipi etiam in huiuſmodi rebus: vt patet ex ſupradictis in probatione tertiæ partis concluſionis quartæ ſecundi capitis.

## CAPVT SEXTVM.

### Reſp. 2. parti additionis 4. argum. 1. cap. & examinatur, An quidquid proponitur, aut præcipitur Eccleſiæ tenendum debeat eſſe de fide, aut materia fidei?

Secunda pars additionis petit, vt examinemus, An quotieſcumq; Eccleſia premit, & compellit nos ad aliquid tenendum, & ſentiendū, teneamur ſequi illud tanquam dogma fidei.

*Aliquādo Eccleſia præcipit vt probabiles opiniones ſequamur.*

71 Ratio autem difficultatis pro parte negatiua eſt, quòd in Eccleſia interdum definita circumferuntur aliqua, non quidem tamquam omnino certa, ſed potius tanquam pro vtraque parte probabilia, & præcipitur, vt ab omnibus tamquam probabilia teneantur, & prædicentur: vt patet in articulo immaculatæ Conceptionis Virginis apud extrauagantem Sixti IIII. de reliquijs, & veneratione Sanctorum, & etiam in articulo de infuſione habituum, quem non vt omnino certum, ſed tamquam probabiliorē definiuit Concilium Vienen. Quare qui huiuſmodi veritatibus repugnaret, non hæreticus, aut errans in fide cenſeretur, ſed vel temerarius, vel ſcandaloſus, vtpote quòd non diſſentit ab aliquo dogmate fidei, ſed à propoſitione prudentiali.

*Arguitur quod quidquid Eccleſia decernit ſit tenendum tanquam de fide.*

72 Pro parte verò affirmatiua eſt, quòd diffinitionibus Eccleſiæ non poteſt ſubeſſe falſum: nec poteſt tota Eccleſia obligari ad credendum, vel ſentiendum aliquid quod non ſit irrefragabile omnino. Conſtat autem non ita eſſe quidquid non eſt de fide diuina. Adde quod Eccleſia in huiuſmodi diffinitionibus anathemate ſolet percutere quoſcunque repugnantes, & eos grauiſsima pœna ferire. Ac duriſsimum eſſet ſic premere fideles omnes ad credendum, quæ poſſent illos fallere, & omnino decipere. Ergo.

*Arguitur rurſus ad idem.*

73 Pro deciſione eſt notandū quoſdā eſſe à parte iſta affirmatiua. Tūpropter argumenta illius, tū quia dicūt poſſe Eccleſiā definire ſententiā aliquā tāquam probabilē, quia licet ex vtroq; capite non poſsit eſſe vera, probabilitas tamen nō pugnat cū falſitate, quia id quod alias falſum eſt, poteſt eſſe euidenter probabile, dummodo de falſitate non conſtet euidenter. Vt igitur ſine cognitione euidenti veritatis, vel falſitatis cuiuſcunque propoſitionis poteſt ſtare firmus aſſenſus firmitate ſcientiæ de probabilitate illius, ita dicunt quod mediante diffinitione Eccleſiæ poteſt ſtare firmus aſſenſus firmitate fidei de probabilitate cuiuſcunque ſententiæ, verbi gratia, Immaculatæ Conceptionis Virginis: & proinde eſſe de fide, quòd huiuſmodi ſententia probabilis ſit.

In huius autem confirmationem ſubiungunt, quod qui talem probabilitatem negaret poſt agnitam diffinitionem Sixti 4. puniendus veniret vt hæreticus. Et inde inferunt quod diffinitionis propoſitio eſt dogma fidei.

*Oppoſitæ ſententiæ authores.*

74 Alij nihilominus de quorum numero eſt Magiſter Cano, a & quibus ego libenter ſubſcribo, aſſerunt non omnia decreta Eccleſiæ pertinere ad materiam fidei: ſed aliqua ad gubernationem, & debitam moderationem fidelium.

a *Cano 4. de locis c.4 & li.7.c.3. & li.12.c.11*

Pro

Duplex Eccleſiæ poteſtas.

75 Pro quo notandũ eſt, quòd in Eccleſia eſt duplex poteſtas, alia diffinitionis, alia iuriſdictionis, & quod illa verſatur circa res fidei definiendo eas, hæc verò circa ipſos fideles regendo & gubernando illos. Ex quo ſequitur quod quando res, quæ decernitur, non eſt fidei, vtpotè, quæ aut non eſt reuelata à Deo, aut non decernitur vt reuelata, tunc non erit materia fidei, nec diffinitionis fidei, ſed potius regiminis, ac bonæ gubernationis: & proinde quod cum probabilitas rei numquam ſit opus diuinæ reuelationis, vtpote nõ dependens ab illa, ſed potius à coniecturis humanis & placitis hominum, nihil quod decernitur tanquam probabile decernitur, vt dogma fidei: ſed tantùm vt opus regiminis ac bonæ gubernationis.

Quando Eccleſia diffinit aliquid vt probabile, non difinet illud tanquam de fide.

Sanè ſi vel ad euitanda ſcandala, vel ad maius bonũ fidelium Eccleſia definiret, quod omnes fideles tenerentur ſequi, & ſuſtinere opinionem aliquam probabilem intra limites bonæ philoſophiæ: tunc non propterea talis diffinitio eleuaret ad materiam fidei talem opinionem, nec redderet illam dogma fidei ſed tantum: eſſet canon correſpondens gouernationi Eccleſiæ pro bono vtili fidelium ſuorum. Ita ergo dicendum eſt quando id decernit Eccleſia in materia aliqua Theologica iuxta opinionem probabilem.

76 Adde etiam, quod ſi Summus Pontifex cogeret vniuerſos fideles, vt iurarent in verba diui Thomæ, non ſecus ac Dominicani iurant, non propterea dogmata D. Thomę redderentur dogmata fidei, ſed tantum canones prudentis gubernationis: vtpotè quòd non proponuntur à Pontifice Eccleſiæ tã quã diuinitus reuelata, ſed vt proponuntur à moderatoribus Dominicanæ familiæ, tamquam dogmata maximè cohærentia cum Euangelica veritate, & vt apprimè conducibilia ad hoc, vt alumni eius non circunferantur omni vẽto doctrinæ. Vnde ad noſtrum propoſitum dico, quòd quia dùm definit Eccleſia res aliquas tamquam probabiles, non vult diffinire eas tamquam diuinitus reuelatas, neque innuere nobis, quod ſunt diuinitus reuelatæ à Deo; & ideò ad materiam fidei nullatenus pertinent: ſed tantùm ad regiminis opus.

77 Non omnia definita ab Eccleſia habent eundem gradum certitudinis.

Neq; obſtãt argumenta contraria. Ad primum enim reſp. quòd licet in his, quæ diffiniuntur de fide requiratur omnimoda veritas, & irrefragabilitas vtpotè quæ proponuntur tamquam diuina oracula: in his quæ ſunt iuriſdictionis & regiminis ſufficit humana & prudens certitudo, vt in quibuſcunque alijs virtutum actibus. Maximè, quia licet humana certitudo irrefragabilis vndique non ſit, nunquam tamen fallere poterit Eccleſiam: vt patet ex concluſione vltima 2. cap. Et ſaltem cum proponit ſententiam aliquam vt probabilem, certa eſt irrefragabilitas, quoniam habet euidentiam de tali probabilitate vtpotè deductam ex principijs neceſſarijs illius.

78 Cõciliorum, & Romanorum Põtificum anathemata nõ tãtum feruntur cõtra hæreticos, & pro cauſis fidei.

Ad ſecundum reſp. excõmunicationis, ſiue anathematis pœnam non eſſe indiuiduum comitem veritatum fidei: nam etiam multa alia decreta Eccleſiaſtica, multaſque alias ſpiritales cauſas concomitari ſolet. Fertur enim excommunicationis ſententia non ſolùm contra hæreticos, ſed etiam contra rebelles, & inobedientes decretis & ſtatutis Eccleſiæ. Et meritò anathematis vulnere tanguntur omnes, qui contra declarationem Pontificis in rebus Theologicis, vel etiam in regendis Eccleſiæ negotijs recalcitrare audent.

Probabilia vt ſic nõ ſunt materia fidei.

79 Ad tertium iã oſtenſum eſt probabilitatem, vt ſic non eſſe materiam fidei, & proinde nec diffinitionis fidei. Ex quo ſequitur, quòd qui talem probabilitatem negaret adhuc poſt decretum Pontificis, hæreſim non incurreret: bene tamen ingentem temeritatem omni animaduerſione dignam.

Quid ſi definiret Pontifex aliquid tãtũ probabile.

80 Sed dices. Quid ſi Pontifex diffiniret probabilitatẽ alicuius ſententiæ, tamquam à Deo reuelatam? Reſp. quod tunc temporis talis diffinitio eſſet de fide: & proinde repugnans illi verè eſſet hæreticus. At hoc de facto non fieri a ſummis Pontificibus compertum eſt, quia quando diffiniunt vt probabilem, ſeu vt probabiliorem ſententiam aliquam, non id faciunt innitendo reuela-

Digitized by Google

reuelationi diuinæ, ſed potius cõiecturis humanis, ac prudentũ placitis hominũ. Imò videtur quòd nec fieri poſsit, ſicut neq; fieri poteſt quòd Deus cõtradictoria reuelet. Vnde ſicuti probabile nõ eſt quòd Deus cõtradictoria reuelauerit, ita probabile non eſt, quòd in ſacro elogio probabilitas vtriuſq; partis inueniatur ex diuina reuelatione, ſed ad ſummũ ex diſcurſu, & coniectura humana. Conſtat autem quòd ea, quæ non innituntur reuelationi diuinæ verè & germanè non poſſunt eſſe, nec fieri de fide, quia in tantum Summus Pontifex reddit aliquam propoſitionem de fide, in quantum declarat eam eſſe realiter, & verè diuinitus reuelatam. Quare dùm verè, & realiter probabilitas alicuius ſententiæ à Deo reuelata non eſt, nulla Pontificis definitione reddi poteſt de fide, ſed tantùm de regimine, & bona gubernatione Eccleſiæ, ad quam tenemur omnes ſub ſtatutis ab ipſo Pontifice pœnis.

Quod probabile eſt, reuelabile eſt.

81 Eſt tamen notandum quòd per hæc nõ tollitur, quin Deus poſſet reuelare (ſi vellet) probabilitatem cuiuſcunque opinionis. Tũ quia ſicut poteſt oſtẽdere euidenter rationes, & cauſas probabilitatis illius, ita poteſt teſtimonio ſuo affirmare quòd habet illas, & proinde quòd ſit probabilis. Tùm quia probabilitas opinionis, vt ſic, cum ſit quid ſcibile, & demonſtrabile neceſſario habet rationem veri. Cõſtat autem quòd Deus poteſt reuelare hominibus quodcumque velit, dummodo verum in ſe ſit: ſed huiuſmodi reuelationis genus non inuenitur in ſacro elogio, in quo tantum continentur ea, quæ Dei ſunt, & licèt inueniantur coniecturæ ad probabilitatem vtriuſque partis, nõ tamen prout ex reuelatione diuina, ſed prout ex aduertentia humana.

## CAPVT SEPTIMVM.

### Reſp. tertiæ parti additionis 4. argum. 1. cap. & oſtenditur, Eccleſiam nihil incerti aſſerere in officijs diuinis.

82 Quidquid in officijs diuinis Eccleſia vniuerſalis recitat, certũ & indubitatũ eſt.

AD Tertiam & vltimam partem additionis 4. argumenti reſpondet Bartholomæus de Ledeſma, *a* non oportere, quòd omnia, quæ recitantur in officijs diuinis omnimoda polleant certitudine: quoniã aliquãdo apocrypha recitari ſolent tamquam vera in Sanctorum hiſtorijs. Verùm tamen ſi hæc ſolutio intelligenda ſit de his, quæ vniuerſalis Eccleſia tamquam vera recipit, & approbat, grauiori cenſura digna eſt: quia ſi vniuerſalis Eccleſia falli non poteſt; conſequens eſt, vt aſſerere, & recitare non valeat incerta, & dubia pro certis. Si autem intelligẽda ſit de aliquibus Eccleſijs particularibus, immunis eſt ab omni duriori nota, ſed tamen non eſt ad rem præſentis inſtituti: quia hic tantum ſit ſermo de vniuerſali Eccleſia.

83 Vna tantum fuit Magdalena.

Quare ad argum. reſp. negando quòd Eccleſia habeat in diuinis officijs aliqua facta, aut dubia. Et ad illud de ſorore Lazari, reſp. quòd licèt Auguſtin. *b* aliquando de re iſta anceps fuerit, vtique tractatu 49. in Ioannem: ipſe tamen alibi re melius inſpecta, aſſeruit vnam, & eandem fuiſſe ſororem Lazari cum peccatrice Magdalena. Cui poſtea ſubſcripſere Gregorius Magnus, *c* Beda, *d* & alij. Pro quo videndi ſunt Card. Baronius, *e* & Ioannes Maldonatus. *f*

Aliquando æternum idẽ quod diuturnum.

84 Ad illud autem de pœnis æternis reſp. quod ly æternum ſumitur in illis locis pro diuturno, vt cũ dicitur *g* de pacto circuncisionis quòd futurum æternum erat, hoc eſt, diuturnum. Et rurſum cum ibidem aſſeritur numer. 8. Terram promiſsionis dandam filijs Iſrael in poſſeſsionẽ æternam, id eſt, diuturnam.

Poteſt etiã reſpõderi pœnas purgatorij dici æternas, quia cũ ſuapte natura, neq; corrũpi neq; corrũpere poſsint, ſed potius eiuſdẽ ordinis ſint, quantũ

a *In 2. p. 4. ſen. q. 16. ar. 13. ad arg. in contrarium.*

b *Tract. 49. in Ioan. ipſe lib. 2. de conſenſu Euang. c. 69.*

c *Hom. 25. & 33. in Euang. & Epiſ. 169. regiſtri.*

d *Sup. Luc. 5.*

e *Tom. 1. annal ad num Chriſti. an. 32. num. 20.*

f *Sup. Matth. 26. num. 6.*

g *G. n. 17. num. 1*

ad ho c

mundi.
41 *Commoda & incommoda vnionis, & diuiſionis ex Luthero.*
42 Eccleſia *Romana ſancta ab omnibus numeris.*
43 Romanæ Eccleſiæ *alũni legibus immaculatis reguntur.*
44 *Romanæ Eccleſiæ encomia.*
45 *Romana Eccleſia Catholica.*
46 *Romana Eccleſia longe lateque diffuſa.*
47 *Mira Romanæ* Eccleſiæ *prorogatio*
48 A*dhuc temporibus iſtis Romana* Eccleſia.
49 *Romana* Eccleſia *omni genere doctrinæ magiſtra.*
50 *Romana* Eccleſia *Apoſtolica.*
51 *Romana Eccleſia ſemper* A*poſtolicam doctrinam tenuit.*
52 Romanæ Eccleſiæ *doctrina eſt illa, quam priſci docuère Patres.*
53 In *Romana* Eccleſia *non inuenitur eſt, & non eſt.*
54 *Romana* Eccleſia *nequit errare aut falli.*
55 *Romana* Eccleſia *immaculata.*
56 *Romana Eccleſia iuſtitiæ ſedes.*
57 *Semper ad Romanam Eccleſiam occurrendum.*
58 *Reſolutoriè oſtenditur Eccleſiam Romanam eſſe veram* Eccleſiam.
59 *De fide eſt* Eccleſiam *Romanam eſſe veram* Eccleſiam.
60 *Hæreticorum* Eccleſiæ, *non ſunt neque aliquando fuerint veræ* Chriſti Eccleſiæ.
61 *Græcorum* Eccleſia *non eſt vera* Eccleſia.
62 Obijcitur *in oppoſitum.*
63 E*luitur obiectio.*
64 *Multi Lutheranorum errores portentoſi.*
65 C*aluiniſtarum errores turpiſſimi.*
66 *Hæretici Trinitarij veram* Eccleſiã *non habent.*
67 *Anabaptiſtæ corruptiſſimis erroribus pleni.*
68 *Nouati hæreticiſſimi.*
69 H*æreticorum* Eccleſia *nec viſibilis nec antiqua.*
70 Eccleſia *nouorum hæreticorum noua, & hactenus inuiſa.*
71 & Eccleſia *recentiorum hæreticorũ, vnitate caret.*
72 *Lutherus damnat Zuinglium.*
73 *Zuinglius ridet Lutherum.*
74 Ecco*lampadius irridet Lutherum &* Ca*luinus Lutheranos.*
75 *Lutheriani, & Sacramẽtarij, &* Cal*uiniſtæ deuachantur* A*nabaptiſtas.*
76 A*nabaptiſtæ damnant Lutheranos*
77 *Lutherani damnant Trinitarios, & è contra.*
78 *Lutherus ſecum pugnat.*
79 *Melanthon præuaricatur crebro.*
80 C*aluinus ſibi ipſi aduerſus.*
81 *Lutherani in plures cõtrarias ſectas, diuiſi.*
82 *Sacramentarij in Sacramentarios, & Trinitarij in Trinitarios deſæuiunt.*
83 Eccl*eſiæ hæreticorum peſtilentiſſimæ adhuc ex ipſorum hæreticorum nota.*
84 E*ccleſia nouorum hæreticorum nihil minus quam* C*atholici ſunt.*
85 *Sathanas erector* Eccleſiarum *hæreticorum, &* L*utheri Zuinglique præceptor.*
86 Reſp. *arg.* 1. *capit. & ad* 1. *explicatur quæ ſit vera nota* Eccleſiæ.
87 *Sancti* Patres *ſunt Spiritus ſancti organum, per quod propalat nobis ſcripturas.*
88 *Ad quid* Eccleſiæ *Paſtores &* D*octores.*
89 *Pro fidei vnitate ſunt in* Eccleſia *Doctores.*
90 *Non opus laicis communicare ſub vtraque ſpecie.*
91 B*aſilij tempore multi ſancti latè floruerunt.*
92 *Suggillat* Bernardus *auaros.*
93 *Quid ſit credere ſanctam* E*ccleſiam?*
94 *Vnde conſtet Romanam* E*ccleſiam eſſe vnam* E*ccleſiam.*

Hacte-

1 Hactenus diffiniuimus, deſcripſimusque Eccleſiam Dei in genere, vel potius vagè, nunc manutangenda, & digito demonſtranda eſt; vt planè ſciamus ac velut indice prodere poſsimus, vbi nam Domini ouile, vbi etiam montes excelſi herbis virentibus conſiti pro ouium Domini paſcuis, ac tandem, vbi nam ſponſus Chriſtus paſcat, & cubet in meridie. Hoc eſt, vbi nam, aut quæ nam ex congregationibus, quæ ſunt in mundo ſub nomine Chriſtianorum, ſit habenda, & credenda de fide tamquam Eccleſia Dei. Hoc enim ſcitu pulcrũ eſt; nam & ille alius dicebat Satyricus, Controuerſiæ ſcopus.

Perſius.

*Quàm pulcrum eſt digito demonſtrare, & dicere*
*Hic eſt.*

Et etiam eſt apprimè neceſſarium: quoniam vera Eccleſia Dei ignorata ſtatim vagandum eſt, ac veluti errabundæ oues in dubia quæque eundum, atque hæreticorum greſsibus inhærendum, quod abſit. Eſt ergo quæſtio hæc in præſenti materia præcipua, & vberrima fruges omnium, quæ hactenus in materia & tractatu de Eccleſia diſſeminata ſunt: quare ad eius diſcuſsionem vigilia maxima accingendum eſt.

## CAPVT PRIMVM:

### Authores & argumenta partis negatiuæ.

2 A Parte negatiua quæſtionis tot ſunt authores, quot hæretici: nã omnes hæretici exiſtimant apud ſe tantùm eſſe *Eccleſiã* Chriſti iuxta quæ notauit Lactantius. Firmianus, *a* & etiam D. Aug. *b* obſeruat, & de hæreticis Valentinianis videri poteſt apud Irenæum, *c* & de Nouatianis apud Cyprianũ, *d* & de eiſdem, ac de Manichæis, & alijs apud Auguſtinum, *e* & de hæreticis qui dicebantur Apoſtolici apud Bernardum, *f* & de Vuiclef apud Concilium Conſtantienſe. *g* Hæretici omnes à parte negatiua

Nouiſsime autem delirio iſto acti ſunt Lutherus, & eius ſequaces, qui pro ſuarum hæreſum confirmatione effutiunt, apud ſe tantùm, non verò apud Romanam ſedem, Eccleſiam Chriſti reſidere, & inueniri: vt videre liquet, tũ apud Petrum de Soto, *h* Dominicanæ familiæ eximium decus, & apud Cardinalem Oſium *i* Synodi Tridentinæ Præſidem clariſsimum. 3 Hæretici recentiores maximè à parte negante ſunt.

Potiſsimum illorum præſidium, atque fundamentum eſt, quòd vera Chriſti Eccleſia præcipuè dignoſcitur in ſynceritate, & veritate prædicationis verbi Dei, atque in vero, & recto vſu Sacramentorum: at (inquiunt) Eccleſia Romana in vtroque deficit. Ergo Eccleſia Romana non eſt *Eccleſia* Dei, nec vera *Eccleſia* Chriſti. Minorem, quoad priorem probant ex eo ꝙ Eccleſia Romana non recipit ſcripturas ſacras, niſi iuxta Conciliorum, ac ſanctorum Patrum ſenſum, & interpretationem, vt videre liquet in Cõcilio Tridentino, *K* ſed ſenſus hominum, ſenſus humanus eſt, cùm tamen diuina oracula interpretanda veniant iuxta diuinum ſpiritum; vtpotè quòd eius eſt interpetari quodlibet verbum, cuius eſt condere illud. *Ergo* Eccleſia Romana deficit in veritate, & ſynceritate doctrinæ. 4 Arg. 1. à parte negatiua ex ratione.

5 His adiungunt illud Pauli ad Galatas, *Si nos aut Angelus de cœlo prædicauerimus vobis Euangelium præter id quod Euangelizatum eſt, anathema ſit.* Vbi Apoſtolus recludit omnino aditum, non ſolùm ad interpretationes humanas, ſed etiam Angelicas circa ſcripturæ elogia: vtpotè quòd cum ſint planè diuina non poſſunt, niſi diuinitus competenter exponi. Confirmatur 1. argũ. ex Paulo.

Quoad ſecũdam verò partem eandem minorem probant ex eo quòd cum de poculo cœnæ Domini dixerit Chriſtus, *m Bibite ex hoc omnes.* Et alibi *n Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Eccleſia Romana quoſcunque laicos à communione ſub vtraque ſpecie arcet, & auertit. *Ergo* etiam deficit in vero vſu Sacramentorum.

a *Lib. diuin. inſti. cap. vlt.*
b *Lib. de fide & Symb. cap. 10.*
c *Lib. 1. cap. 34.*
d *Lib. de vnitate Eccleſiæ. & li. 4. Epiſt. 1.*
e *Lib. de agone Chriſtia. cap. 29. & lib. contra epiſtolam fund.*
f *Serm. 66. in Can.*
g *Seſſion. 15.*
h *In defen. fidei. cap. 37. 39. & 41.*
i *Lib. 5. de Catholica Eccleſia fol. 227.*
K *Seſſion. 4.*
l *Ad Galat. 1.*
m *Matth. 26.*
n *Ioan. 6.*

Deinde

Digitized by Google

6 Argu. 2. pro parte negatiua ex Patribus.

Deinde argumentantur ex eo quod *E*ccleſia Chriſti tàm doctrinæ veritate, quam etiam morum honeſtate debet pollere, ſaltim in potiſsimis, & præſtantiſsimis membris illius, vtique in Epiſcopis, in Prælatis, atque Doctoribus aliàs nec poſſet dici Sancta, neque Apoſtolica. Sed Eccleſia Romana, tàm doctrinæ errore, quâm etiam turpitudine morum in potiſsimis membris illius fœdata eſt. Ergo non eſt vera Eccleſia Chriſti. Minorem iſtam, vt ſimul quoad vtramque partem probent inducunt Baſilium mala Orientalis Eccleſiæ deplorantem, & in hunc modum dicentem, *o Euerſæ ſunt pietatis doctrinæ: qui in grauiorem blaſphemiam præ alijs relapſus eſt, in populi Epiſcopatum præ. alijs eligitur: perijt grauitas Pontificum, canonum exacta obſeruatio peſum iuit. Paſtores cum ſcientia gregem* Domini *reliquerunt.* Inducunt etiam Bernardum *p* noſtrum accerrimè arguētem vitia Prælatorum, & liberrimè eos inſectantem *Quærunt* (inquit) *quæ ſua ſunt: miniſtri Chriſti ſunt, & ſeruiunt Antichriſto: honorati incedunt de bonis* Domini: & reliqua quæ ſequuntur in reprehenſionem luxus, veſtium, menſæ, & reliquarum rerum.

o *Baſil.* Epiſt. 69.

p *Serm. in cantica & concione de conuerſione Pauli. Et Conc. de Paſtoribus in ſynodo*

7 Arg. 3. Ex ratione pro eadē parte negatiua

Tertiò poſſumus nos argumentari ad idem, ex eo quòd vera Chriſti Eccleſia, aut eſt vnus ex articulis fidei, aut dogma fidei. Cum enim profitemur in ſymbolo *Credo ſanctam Eccleſiam*, non ſolum profitemur eſſe in rerum natura congregationem aliquam fidelium ſub capite Chriſto: ſed vlterius profitemur Eccleſiam iſtam in particulari eſſe veram *E*ccleſiam Dei: hoc enim ad ſalutem non minus neceſſarium eſt, quàm primum. Sed nunquam Deus reuelauit hanc numero congregationem Romanam eſſe Eccleſiam ſuam: vt patebit diſcurrenti per ſingula diuinorum oraculorum elogia. Ergo Eccleſia Romana non poteſt eſſe vera *E*ccleſia Dei, nec tanquam vera Eccleſia recipi, & agnoſci: quia quòd reuelatum non eſt, non poteſt cadere ſub obiecto fidei.

## CAPVT SECVNDVM.

8 De fide eſt pars affirmatiua.

*Aſſeritur de fide pars affirmatiua iuxta decreta Summorum Pontificum* Eccleſiæ.

HIS Tamen non obſtantibus fidei dogma eſt pars affirmatiua quæſtionis. Hanc enim in primis ſummorum decreta Pontificum tertio quoque verbo confirmant.

9 Romana *E*ccleſia eſt vera Eccleſia iuxta antiquiores Papas.

Primò enim *E*ccleſia Romana Petri ædificatio eſt; vt enim Marcellinus I. *a* relatus à Gratiano noſtro *b* inquit *Petri ſedes primitus apud Antiochiam fuit, quæ poſtea iubente Domino Romam translata eſt, cui hodierna die præſidemus, neque ab eius diſpoſitione vos deuiare oportet.* Et hæc adeò vera ſunt, vt Optatus Mileuitanus *c* Parmenianum Donatiſtam compellat his verbis. *Negare nō potes ſcire à Petro primô in vrbe Roma cathedram Epiſcopalem eſſe collatam.* Conſtat autem ibi eſſe veram Eccleſiam vbi eſt fides Petri, de qua promiſſum eſt quod numquam deficiet.

10 Mater omnium fidelium eſt Romana Eccleſia.

Deinde Anacletus I. *e* qui Petro in Epiſcopatu ſucceſsit epiſtola ad omnes *E*piſcopos ita habet; vt etiam refertur à Gratiano noſtro, *f* & ab alijs: *Hæc ſacroſancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia totum* Chriſtiani *populi gregem aſſequuta eſt.* Et rurſus: *Hæc* Apoſtolica*s Sedes cardo & caput omnium Eccleſiarum eſt, & huius ſanctæ Sedis authoritate omnes Eccleſiæ Domino diſponente reguntur.* Idem habet Pius I. Pontifex. *g*

Tertiò Zephirinus I. *h* ad omnes Epiſcopos Ægypti, & refertur ſimiliter à Gratiano. *i* ita habet: *Sicut Dei filius venit facere voluntatem Patris ſui; ſic & vos implete voluntatem veſtræ matris, quæ eſt* Eccleſia *Romana.* Eadem etiam habent Stephanus I. *K* & Sixtus III. *l*

11 Romana Eccleſia inter reliquas Eccleſias vt Petrus inter alios Apoſtolos.

Quartò Iulius I. *m* epiſt. ad omnes Orientales Epiſcopos vocat ſanctam Romanam Eccleſiam primatem omnium Eccleſiarum, & ſubiungit, *Sicut Petrus fuit primus omnium Apoſtolorū, ita & hæc* Eccleſia *ipſius nomine conſecrata prima eſt, & caput cæterarum, & ad eam quaſi ad matrem, & apicem omnes concurrunt.*

Quintò Innocentius I. *n* epiſtola ad *E*piſcopos Antiochenos docet *E*ccleſiam Romanam firmiter, & ſecundum ſtatum habere, quòd in tranſcurſu, & ad breue tempus obtinuit Eccleſia Antiochena, vtique eſſe Petri ſedem congregationem fidelium atque religionem Chriſtianam

a *Epiſ.* 1. *ad Epiſcopos* Antioch.
b 2. q. 6. *cap. ad Romanam.*
c *Lib.* 2.
d *Lucæ.* 22.
e *Epiſtola* 3.
f *Diſtin.* 22. *cap. ſacroſancta.*
*Ibbo Carnoten. lib.* 4.
g Epiſt. 1. *ad omnes* Chriſti *fideles.*
h *Epiſt.* 2.
i *Diſtin.* 12. *cap. non decet.*
k *Epiſt.* 2. *ad omnes Epiſcopos.*
l Epiſt. 2.
m Epiſ. 1. *ad Orientales* Epiſcopos *pro cauſa Athanaſij.*
n Epiſt. 18. *in ordine cap.* 2.



Digitized by Google

*o Epiſt.69.ad Dioſcorum Epiſc. Alexandri.*
*p 24.q.1.cap.cũ beatiſsimus.*

Sextô Leo I.o & refertur à Gratiano noſtro p ita inquit. *Cũ beatiſsimus Petrus Apoſtolicum à Domino acceperit principatũ: & Romana Eccleſia in eius permaneat inſtitutis; nefas eſt credere quòd diſcipulus eius Marcus, qui Alexandrinam primus gubernauit Eccleſiam, alijs regulis traditionum ſua decreta firmauerit.*

*q Epiſt.citata c.9*
*r Epiſt. ad Ioann. Conſtanop. Epiſcopũ, & ad reliquos Epiſcopos qui ibi conuenirent.*
*s Epiſt.1.*
*t Epiſ.ad Benignũ*

12 Eccleſia Romana fundamẽtũ & forma cæterarum.

Septimò Vigilius I. Epiſcopus q Epiſtola ad Eleutherium ita inquit: *Nulli vel tenuiter ſcienti, vel leuiter ſapienti dubiũ eſt, quòd Eccleſia Romana fundamentũ, & forma ſit omnium Eccleſiarum.* Eadem ferè habent Pellagius II. r Lucius I. s & Fœlix I. t necnon Eugenius, & alij, quibus fauet Simancas de Catholicis inſtitutionibus, num.19.

*v Epiſt. aduerſus præſumptio. Michaelis & Leonis Archiepiſc.ca.36*

13 MalũRomanæ Eccleſię machinari, eſt interitum vniuerſæ Chriſtianitati moliri.

Denique vniuerſi Põtifices Romani, vel ipſo ſuo nomine rem iſtam definire videntur; dum enim ita ſe nominant, conſequenter perhibent Eccleſiã Romanam, cui præſunt, eſſe Eccleſiam Chriſti, & veram Dei Eccleſiam: quia hæc ſola poteſt habere vniuerſalem moderatorem, qui reliquarum Eccleſiam ſit caput & cardo. Inde illud Leonis IX. v *Quiſquis Romanæ Eccleſiæ authoritatem imminuere nititur, totius Chriſtianitatis ſubuerſionem & interitum machinatur.* Vt potè quòd vniuerſa Chriſtianitas Romanæ Eccleſia innititur tamquam capiti & cardini. Eſt ergo iuxta decreta Pontificum pars affirmatiua quæſtionis veritas fidei.

# CAPVT TERTIVM.

## Oſtenditur eadem veritas diffinitionibus Conciliorum.

*x Epiſto. ad Michaelem & Leonem Epiſcopum, & apud ipſum Cõcilia generalia.*
*y Apud Grat.diſ. 5.cap. Romana.*

14 Ex Concilijs oſtenditur Romanã Eccleſiã eſſe verã Eccleſiã.

SAcra etiam Concilia tàm antiqua, quàm recentiora à parte iſta ſunt In primis enim Concilium Nicænum primum ex generalibus. Deinde Concilium primum Conſtantienſe ſecundum ex generalibus: Concilium Chalcedonen. Concilium Epheſin. primũ tertiũ ex generalibus, ac deniq; Cõciliũ Conſtantienſe ſecundum, quintũ ex generalibus: prout refert Leo IX. Papa x Romanam Eccleſiam aſſerunt omnium Eccleſiarum matrem & caput.

15 Romana Eccleſia indeficiẽs fons

Deinde Concilium Romanum ſub Gelaſio, y relatum à Gratiano ita habet; *Sancta Romana Eccleſia Euangelica voce Domini primatum obtinuit. Tu es (inquiens) Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.*

*k Tria Concilia Africana conſultatione 2. Concilij Lateran.*

Tertiò tria Concilia Africana K definiunt Eccleſiam Romanã eſſe magnũ & indeficientem fontem omnibus Chriſtianis fluenta manantem, cuius vetuſta ſolicitudo eſt tàm mala damnare, quàm probare laudanda. Hæc & alia ſimilia videri poſſunt in epiſtolis Africanorum Antiſtitum ad Theodorum Papam, quæ habentur tomo 1. Conciliorum in Synodo Laterana ſub Marciano primo conſultatione ſecunda.

*l Concil. Lateran. ſub Iulio 2.*

16 Romana Eccleſiæ fidei magiſtra.

Quartò Patres omnes Concilij Lateranen. ſub Iulio II. ita vno ore dixerunt, l *Sancta Romana Eccleſia fidei magiſtra, veritatis columna, omnium errorum expers vnica, & immaculata.*

*m Seſſio.7. can. 3. & ſeſſ.22.cap. 8. & ſeſſ. 25. tit. de indulgentijs c. de delectu librorũ*
*n Epiſt. ad Oriental. Epiſc. pro cauſis Athanaſij.*

17 Eccleſia Romana magiſtra cæterarũ

Quintò Concilium Tridentinum, m (vt plura alia breuitatis gratia omittamus) diuerſis in locis aſſerit, & diffinit Eccleſiam Romanam eſſe matrem, & magiſtram omnium Eccleſiarum, & proinde veram Chriſti Eccleſiam: quia huius tantùm eſt eſſe Eccleſiarum magiſtram, veritatis doctricem, & promulgatricem, tamquam veritatis columnam & firmamentum.

*o Conc. 4. Chalc. actione 1.*
*p Epiſ.ad Michaelem Imp.*

18 Sine Romana Eccleſia nulla poſsũt legitimè Concilia cogi.

Deniquè ex hoc ipſo quod Concilia, ſiue generalia, ſiue prouincialia legitime congregari non poſſunt ſine Romanæ Eccleſiæ authoritate: iuxtà quod Iulius I. n Cõciliũ quartũ Chalcedonẽ. o Nicola' I. p & alij ſanxerũt (de quib' in tractatu de Concilijs dub.2. capite 11.) Fit conſequens vt omne authoritatis & veritatis aſylum in Romana Eccleſia ſubſiſtat, & proinde totius authoritatis culmen & fundamentum. Hoc autem implicaret, niſi ipſa Eccleſia Romana eſſet Eccleſia Chriſti, & vera Dei Eccleſia. Ex Conciliorum igitur decretis comperta eſt pars affirmatiua quæſtionis.

CA-

Digitized by Google

# CAPVT QVARTVM.

## Eadem veritas oſtenditur ex ſanctis Patribus.

19 Eccleſiæ Romanæ potetior principalitas.

SAncti etiam Patres in huiuſmodi veritatis elogijs perpetui ſunt. In primis enim Irenæus ita habet *a Ad Eccleſiam Romanam propter potẽtiorem principalitatem omnem oportet Eccleſiam conuenire.* a Lib. 3. cap. 3.

Secundò Tertullian⁹, *b Percurre Eccleſias Apoſtolicas, habes Romã, vnde nobis quoque authoritas præſto eſt.* b De præſcrip. cõtra hær. ſ. 5.

20 Romana Eccleſia vertex omnium.

Tertiò Athanaſius *c* & reliqui Epiſcopi Ægyptiorum: *Optamus vos à veſtræ ſedis* (ſermo eſt ad Marcum Papam) *Eccleſiæ authoritate, quæ eſt mater, & caput Eccleſiarum ad correctionem orthodoxorum fidelium percipere præſentes legatos mereamur:* & rurſum, *d Romana Eccleſia fundamentum à Deo fixum, & immobile percepit, ipſa ſiquidem vertex, in quo omnes Eccleſiæ virtutes ſuſtentantur, & releuantur.* c Epiſt. ad Marcum Papam. d Idem ibidem.

21 Ad Eccleſiam Romanam nulla perfidia accedit.

Quartò Cyprianus *e* ad Cornelium Romanum Pontificem inter alia ita inquit: *Ad Eccleſiam Romanam nullus perfidiæ acceſſus patere poteſt.* e Epiſt. 55.

Quintò Ambroſ. *f* Mediolanen. Epiſcop. *In omnibus cupio ſequi Romanam Eccleſiam. Author huius aſſertionis fuit nobis Apoſtolus Petrus, qui Sacerdos fuit Eccleſiæ Romanæ*, & iterum, *g Non ignoramus quod Eccleſia Romana hanc conſuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus ſequimur, & formam.* f Lib. 3. de Sacr. cap. 1. g Idem ibidem

22 Qui extra Romanam Eccleſiã inuenitur prophanus eſt.

Sextò Hieronymus *h* ad Damaſum Pontificem: *Faceſſat inuidia, Romani culminis recedat ambitio: cum ſucceſſore Piſcatoris, & diſcipulo Crucis loquor. Super illã petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit prophanus eſt.* Et alibi agens de ciuitate Romana ita inquit ad Marcellam, *i Eſt ibi ſancta Eccleſia, ſunt trophæa Apoſtolorum, & Martyrum, & Chriſti vera confeſſio, eſt ab Apoſtolo prædicata fides:* & iterum alibi ad Ruffinum. *K Scito Romanam fidem Apoſtolica voce laudatam huiuſmodi præſtigias non recipere: & etiam ſi Angelus aliter annuntiet, quam ſemel prædicatum eſt Apoſtoli authoritate munitam non poſſe mutari.* h Epiſt. 57. i Idem epiſtol. ad Marcellam. k Idem lib. 3. contra Ruffi.

23 Romana Eccleſia Apoſtolica cathedra.

Septimò Auguſtinus ad Epiſcopos Donatiſtarum, *l In Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ cathedræ viguit Principatus.* Ecce ex Sanctorum antiquiorum theſauris (vt recentiores tamquam abundantiores in hac parte prætereamus) qualiter Eccleſia Romana ſit vera Eccleſia, & aliarum Eccleſiarum magiſtra. l Epiſt. 162.

# CAPVT QVINTVM.

## Oſtenditur idem ex diffinitione veræ Eccleſiæ.

24 Eccleſiæ definitio

25 Definitio veræ Eccleſiæ ſaluatur in Romana Eccleſia.

AB ipſa etiam Eccleſiæ diffinitione res iſta in aperto eſt. Sanè Eccleſia diffinitur: *Congregatio fidelium habentium veram fidem internam, & extrinſecus profitentium illam.* Sed Romana Eccleſia eſt huiuſmodi. Ergo eſt vera Eccleſia Dei. Maior patet abundè ex dubijs præcedentibus in hoc tractatu: Etenim dub 14. oſtẽditur prima pars illius: videlicet, quod Eccleſia eſt cõgregatio fideliũ; & dub. 13. oſtẽduntur ſecunda & tertia pars, videlicet, fideles Eccleſiæ intrinſecus debere habere fidem internam, & extrinſecus profiteri illam. Conſequentia autem eſt à definitione ad definitum.

26 Vaticiniũ pro parte affirmatiua quæſtionis.

Minor autẽ quantum ad hoc, quod eſt eſſe in primis congregationem hominum patet ad ſenſum, ex eo quod eſt multorum conuentus, ſcilicet, Pontificis, Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Presbyterorum, Eccleſiaſticorum, atque laicorum. Patet etiam ex illo, *m Congregatione congregabo te Iacob totum te, pariter ponam illum quaſi gregem in ouili.* m Michææ. 2. ver. 12.

Hoc enim vaticiniũ de Eccleſia futura poſt aduentũ Chriſti, vel ipſe textus proclamat, dum ſubiungit, *Aſcendit enim pandens iter ante nos:* quod verbum

de Aſcenſione Chriſti ad literam explicatur ab omnibus. *Et* quod ſenſus fuerit de congregatione Eccleſiæ Romanæ colligunt interpretes, potiſsimè Benedictus Arias Montanus ex eo quod vbi nos habemus, *Ponam illus quaſi gregem in ouili*, Hebraicè habetur, *Quaſi oues Boſrrà*, ly autem *Boſrrà*, idem eſt quod Roma; quia ſignificat conſtantiam & valentiam, quibus nominibus olim Roma nominabatur, vt ipſe Montonus adnotat, & fuſius probat Magiſter Mendoça in ſuis aureis quæſtionibus quodlibeticis. Quare idem eſt Deum cõgregaturum Iacob in *Boſrrà*, atque gregem ſuum in Romanam *Eccleſiã* coapraturum, vt ſit congregatio Domini. Eſt ergo Eccleſia Romana congregatio hominum.

27 Quoad 2. & 3. partem ſcilicet congregationem iſtam eſſe hominum habentium intrinſecus veram fidem, & extrinſecus profitentium ean. Probatur ex eo quòd Romana Eccleſia aliquando recepit, & profeſſa eſt veram fidem vt conſtat ex illo Pauli, n *Gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus vobis, quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo*. Id eſt, gratias ago Deo quia propter Chriſti merita vobis donatum eſt, non ſolùm, vt in illum credatis, ſed etiam vt fides veſtra omnibus ſit in oſtentum, atque etiã in exemplũ credendi. At fides quam Romana Eccleſia ſemel recipit, ſemper in eadem Eccleſia inflexibiliter permanſit: vt ſaltem conſtat ex illis verbis Lucij I. Pontificis maximi: *Hæc ſancta, & Apoſtolica mater Eccleſia Chriſti, vt in exordio normã fidei Apoſtolicæ percepit ab authoribus ſuis Apoſtolorum Chriſti principibus, illibata fide hactenus manet*. Conſtat etiam apertiſsimè ex teſtimonijs citatis capite præcedenti pro parte diui Hieronymi, & etiam ex illo Bernardi noſtri elogio, o *Oportet ad veſtrum Apoſtolatum referre* (ſermo eſt illi cum Innocentio Pontifice) *pericula quæque, & ſcandala: ea præſertim, quæ de fide contingunt, dignum namque arbitror ibi potiſsimum reſarciri damna fidei, vbi non poſsit fides ſentire deffectũ*. Et adhuc vberius conſtabit ad calcem capitis ſequentis, vbi oſtendemus Eccleſiam Romanam numquam errare, neque erraſſe, neque errare poſſe. Ergo ſi ſemel accepit, & profeſſa eſt veram fidem, conſequens eſt, quod ſi numquam in fide defecit quod ſemper habuerit, habeatque veram fidem, & publicam profeſsionem illius.

In Eccleſia Romana habẽt alumni veram fidem, & fidei profeſsionẽ.

n *Rom. 1.*

28 Eccleſia Romana eandem quam ſemel accepit fidẽ retinet.

o *Epiſt. ad Inno.*

## CAPVT SEXTVM.

### Oſtenditur idem ex prima proprietate Eccleſiæ, ſcilicet, ex viſibilitate.

AD hæc ex proprietatibus Eccleſiæ eadem veritas comprobatur. 29 Et in primis ex prima illius: hæc enim conſiſtit in hoc quòd ſit viſibilis, & ad ſenſum pateat: iuxta ſuperius diffinita Dub. 15. At Eccleſiam Romanam talem eſſe, non ſolum oſtendunt Sacramenta illius, ritus, & cultus erga Deum, & ſanctos, cõciones, & alia ſimilia, quæ apud eã viget, & ſunt in vſu: verũ neq; ipſi quidem hæretici aduerſarij inficiãtur; quin potius ex hoc inferre nituntur *Eccleſiam* Romanam non eſſe *Eccleſiam* Dei: quoniam hæc debet eſſe inuiſibilis. Hoc autem figmentum commenti ſunt, ne poſsint conuinci, & confundi, quòd à vera *Eccleſia* defecerunt, ex quo à Romana Eccleſia declinarunt: nam ſi ſemel admitterent Eccleſiam debere eſſe viſibilem non poſſent ſubterfugere euidentiſsimam notam diſceſsionis ſuæ. Sed delirium hoc, non ſolum vbi ſupra relatum, ſed reiectum eſt. Quare certa fide credendum proponitur; tum quod vera Eccleſia debet eſſe viſibilis; tum quod Eccleſia Romana hac proprietate polleat.

Romanã Eccleſia viſibilis eſt.

CAPVT

## CAPVT SEPTIMVM.

*Id oſtenditur ex ſecunda proprietate Eccleſiæ, ſcilicet ex duratione.*

30 Romana Eccleſia ex quo cœpit, ſemper ſtetit.

SEcũda ex proprietatibus Eccleſiæ conſtituta eſt ſtabilitas, atque perpetuitas eius: ſic nimirum, vt cœperit ab initio mundi, & non defutura ſit vſque ad finem eius, iuxta quæ ſupra definita ſunt. At proprietatem iſtam Eccleſiæ Romanæ conuenire ſufficienter eo loci demonſtratum eſt: ibi enim per tria vltima capita oſtendimus Eccleſiam cœpiſſe in Adam, & continuatam fuiſſe per omne tempus legis naturæ, & vlterius propagatam fuiſſe per omne tempus legis ſcriptæ, & tandem continuatam eſſe in ſtatu legis gratiæ, & non defuturam in illo pro toto mundi tempore. Hoc autem vltimum partim ex ſucceſſione, & ſerie Summorum Pontificum demonſtrauimus

31 Eccleſia Romana eſt illa, quæ cœpit ab origine mundi.

Ex quo planè ſequitur Romanam Eccleſiam eſſe illam quæ cœpit ab initio mundi, & quæ per ſtatum legis ſcriptæ peruenit ad ſtatum legis gratiæ, in quo interruptionem aliquam paſſura non eſt. Huic efficaciſſimæ probationi opem fert maximam Irenæus, *a* dum ſub expreſſiſsimis verbis ait quod, per ſucceſsionem temporũ Eccleſiæ Romanæ, quæ & eſt maxima, & antiquiſsima, & omnibus cognita, & quam Petrus, & Paulus fundarunt, & per fidem, & traditionem ab illis denuntiatam; confunduntur omnes quot quot contrarium velint colligere. Et ſimilia alibi, *b* Et eandem omnino opẽ fert nobis Tertul. *c* dũ libro de præſcriptionibus arguit hæreticos, quòd nõ habeant ſuorũ Epiſcoporũ ſucceſsionẽ, qua ſuas Eccleſias probent eſſe Apoſtolicas, vt habet Romana, & alibi *d* numerat omnes Põtifices Romanos vſque ad Anicetum, vt per hoc oſtendat Eccleſiã Romanam vnicè veram Eccleſiã eſſe.

Interminata ſucceſsio Prælatorum euidentiſsimum veræ Eccleſiæ ſignũ.

32 Opitulantur etiam in hac parte Diuus Cyprianus, *e* Origenes, *f* Optatus Mileuitanus, *g* & Auguſtinus, *h* qui omnes cum Irenæo, & Tertulliano Eccleſiæ Catholicæ notam potiſsimam faciunt ſucceſsionem Epiſcoporum à Beato Petro Apoſtolo in Eccleſia Romana vſque ad ſua tempora. Imò particulatim Optatus Mileuitanus, & Auguſtinus, ſicut Irænæus, & Tertullianus Pontifices Romanos omnes vſque ad ſua tempora enumerant. Verba ipſa cõpendij gratia prætereo. Imò hæc quæ propoſui, ab eruditiſsimo Iacobo Pamelio ad locum Tertulliani mutuata deſumpſi. Qui Pamelius memoriæ tradendum commendat dictum illud aureum Aurelij Auguſtini, quod quidem in factione iſta Achileum, & Herculeum eſt. Sanè Auguſtinus libro contra Epiſtolam fundamenti ita profitetur; *i Tenet me in Eccleſia Catholica, ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſsio Sacerdotum.*

33 Romana Eccleſia per mille ſexcẽtos annos Prælatorum ſucceſsione gaudet.

Ex hic modò colligẽdum eſt, quòd ſi ſumorũ Põtificum ſeries, & ſucceſsio continuata, & ducta per ſexcentos ad ſummum annos tantis Patribus viſa eſt inuicta vis contra vniuerſos hæreticos repugnantes veritati Eccleſiæ Romanæ; quid dicendum erit ſi ſucceſsioni iſti acceſsionem faciamus Pontificum eiuſdem Eccleſiæ, qui per mille, & eo amplius annorum curricula in eadem Romana Eccleſia conſtituti ſunt, & præfecti? Certè ſi ſexcenti anni faciunt argumentum ineluctabile, mille ſexcenti non facient argumentum debile, ſed adeò efficax, vt obtumeſcant aduerſarij. Horum autem tantum Pontificum cathalogus videri poteſt apud omnes illos, qui Eccleſiaſticam chronologiam texuerunt: præſertim Sanderus, *K* & Genebrardus noſter, *l* Pator Caniſius, *m* & tandem Iodocus Coccius. *n*

34 Hæretici agnoſcũt durationem Romanæ Eccleſiæ, per mille annos.

Et licèt verum ſit aſſertum illud Tertulliani, *o Variæ præſumptiones nolunt recognoſcere per quæ reuincuntur*: ad huc (vt Bellarm. *p* notauit) hæretici noſtri tẽporis quamuis nolint agnoſcere Eccleſiam iſtam noſtrã duraſſe per decem & ſeptem ſupra mille ſexcentos annos; quia dicunt interruptam fuiſſe temporibus Gregorij Magni: nihilominus admittunt duraſſe pluſquam mille annos, vſque ad Gregoriũ Magnũ. Quod tamẽ nobis ſatis eſt pro confuſsione illorum. Etenim ſi Irenæo, & Tertul. ſatis viſa eſt ſucceſsio interminata Pontificũ per ducẽtos annos ad cõfuſionẽ hæreticorũ, qui tunc tẽporis negabant Eccleſiæ Romanæ dignitatẽ, & excellentiã veriſsimæ Eccleſiæ, multò magis poterit eſſe nobis ſatis pro confuſione hæreticorum noſtri temporis, turpiter

*Supr. Dubijs 16. & 17.*

a *Lib. 3. aduerſus hæreſes c. 3. n. 5.*

b *Idem lib. 4. ca. 43. 45. & 46.*

c *Lib. de præſcri cap. 32. nu. 183*

d *Idem li. 3. Carminum aduerſus Marcionem.*

e *Epiſt. 52. ad Antonianũ, & 76. ad Magnum.*

f *Lib. 1. Periarchon.*

g *Lib. 2. aduerſus Parmenianum.*

h *Epiſt. 165. ad Generoſum, & epiſtol. 42. ad Madauren. & in Pſal. contra Partẽ Donati.*

i *Lib. contra Epiſtolã fundamenti cap. 4.*

K *Lib. de viſib. monar. lib. 5.*

l *Chronolog. noui Teſtamenti.*

m *In Cathecismo Romano.*

n *Li. 8. de ſignis Eccleſiæ ca. 4.*

o *Lib. de præſc cap. 17. num. 105*

p *Tom. 1. lib. 4. de Eccleſia milit. ca. 16.*



Digitized by Google

ter abnegantium Romanæ Eccleſiæ hoc idem attributum, conſpicua tantò rum Pontificum per mille annos ſucceſsio.

q *Vbi ſup.*

35 Maximè quòd (vt idem Bellarm. q notauit) falſum eſt omnino, Eccleſiã Romanam non duraſſe niſi à Gregorij tempore vſque nunc: ſiquidem nullis hæreticorum argutijs vel leuiter indicari, nedum efficaciter oſtendi poteſt, Eccleſiam Romanam tempore Gregorij Magni interijſſe, aut religionis mutationem ſubijſſe, licèt in multis apprimè conducibilibus incrementum, atque perfectionem acceperit. Videatur idem qui ſupra Belarminus. r

Eccleſia Gregorij tepore nõ defecit.

r *Vbi ſup. cap. 3.*

# CAPVT OCTAVVM.

## Oſtenditur idem ex tertia proprietate Eccleſiæ, ſcilicet, ex vnitate.

*Sup. dub. 8.*
a *1. Cor. 1. n. 10.*
b *Ad Philip. 2. num. 2.*

36 TErtia proprietas Eccleſiæ eſt quod ſit vna, iuxta ſuperius definita, hoc eſt, quod alumni eius vnam, & eandem fidem, & fidei doctrinã habeant: iuxta illud Pauli, a *Obſecro vos fratres id ipſum dicatis omnes.* Et iterum. b *Implete gaudium meum, vt idem ſapiatis.* At Eccleſiæ Romanæ alumnos eandem fidem profiteri, eandemq; fidei confeſsionem promere, & in eadem fidei doctrina permanere, illud vel ad ſenſum probat, quòd omnes illi omnia ſua dogmata ſuis typis excuſſa, ſiue manuſcripta, ſiue ore tenus prolata ſolemniter ſubijciunt, & ſubiecta eſſe volunt Romanæ Eccleſiæ cenſuræ: parati inſuper, non ſolùm ſententiam ſuam reponere, & retractare, ſed etiam amplexari, & publicè docere oppoſitam, ſi id Romanæ Eccleſiæ viſum fuerit. Et qui ſecus facerent, illicò tamquam membra putrida ab Eccleſiæ cœtu præſcinderentur, excommunicationis gladio percuſsi. Quare licèt inter Eccleſiæ Romanæ filios contingat in multis ſententiarum diuerſitas: vt de ſui temporis Doctoribus docuit nos Auguſt. & de noſtris res ipſa in promptu eſt; quia alij Thomiſtæ, alij Scotiſtæ verbi gratia dicuntur: id tamen ſub Romanæ Eccleſiæ ratihabitatione contingit: nam ſi Romanæ Eccleſiæ definitio accederet, explicans quid tenendum, quidve ſentiendum foret, illicò manus darent illi Theologi, qui antea contrarium dicebant: etiamſi validiſsimis auctorum, & rationem argumentis, in ſentẽtia ſua firmati conſtitiſſent.

Eccleſiã Romana omnino eſt vna.

Mera cõſenſio inter Romanæ Eccleſiæ alumnos.

c *Serm. 1. cap. 2.*

37 Inde eſt illud Bernardini Senen. c *Penſanda eſt concordia dictorum Catholicorum omnium, qui in Eccleſia Dei conſtiterunt ab ipſo Chriſto vſque ad noſtra tempora: nam in his, quæ fidei noſtræ ſunt, nec in puncto quidem diſcordant, licèt in his, quæ per opinionem probabilem currunt, aliquando aliter vnus quàm alter videatur ſentire. Vnde per hoc clareſcere poteſt, quod & priores & poſteriores in vnum, & eundem ſpiritum cõgregati vnam conſtituunt Eccleſiam, ſponſam Chriſti.*

38 Sacrarũ ſcripturarũ ſenſus iuxta perpetuam ſanctorum Patrum mentem accipiendum.

Patet etiã hoc ipſum ex eo quòd (vt ipſi hæretici obijciunt nobis in primo argumento primi capitis præſentis dubij) omnes Romanæ Eccleſiæ alũni conſtringimur ſequi ſacrarum ſcripturarum ſenſum, & intelligentiam, iuxta perpetuam, ac communem ſanctorum Patrum mentem, & interpretationem. Ergo ſignum eſt, quòd alumni Eccleſiæ Romanæ, non ſolum conueniunt in hoc quod eſt ſentire, & dicere id ipſum omnes, ſed etiam in hoc quòd eſt dicere, & ſentire omnino id ipſum quòd ſenſerunt, & dixerunt ab exordio naſcentis Eccleſiæ meliores fideles: & proinde quod Eccleſia Romana ſemper ſit, ſemperque extiterit in eiuſdem confeſsione, atque doctrinæ proteſtatione, & aſſenſu: & proinde quod verè ſit vna Eccleſia: vtique quia conſtat ex vna, eademque forma conſtitutiua, qualis eſt fides interior & eiuſdem fidei exterior proteſtatio.

39 Omnes orthodoxi Romano ſemper præſuli paruerunt.

Aliter Eccleſia Romana eſt etiã vna, vtiq; vnitate capitis ſenſibilis, nimirũ Sũmi Pontificis Romani, cui omnes fideles paremus, & obſequiũ præbemus, ſed de hoc in tractatu de Romano Pontifice. Satis pro nunc ſit ſcire quod vniuerſi

Digitized by Google

vniuerſi orthodoxi Romano Pontifici, vt corpus capiti cohæremus, & influxum in rebus fidei, & morum ab eo tamquam à ſucceſſore Petri, & Vicario Chriſti externè, & ſenſibiliter recipimus; cuius in rebus fidei definitionibus repugnare, non ſolum cenſetur nefarium, ſed planè hæreticum. Ita orthodoxorum eſt Romanæ Eccleſiæ fidem inflexibiliter & indiuiſibiler corde credere, & ore profiteri ad ſalutem.

40 Romana Eccleſia vſque ad finẽ mũdi.

Tertio proprietas iſta intantùm verificatur de Eccleſia Romana, in quantum verificatur etiam de illa quod ſit vſque ad finem mundi duratura. Etenim ſi vna non eſſet, durabilis non foret: ſiquidem teſte Ariſtotele, *d* omnis ſciſſura & diuiſio, aut eſt corruptio, aut via ad corruptionem. Imò atteſtante Domino, *e Omne regnum in ſe ipſum diuiſum deſolabitur.* In cuius gratiã Ambroſ. nobis ita loquutus eſt *f Fides Iudaicæ plebis ſe impugnat: & impugnando diuiditur: & diuidendo diſſoluitur. Et ideò regnum Eccleſiæ manebit in æternum, quia indiuidua fides corpus eſt vnum.*

*d 1. de Generatione.*
*e Matth. 12. Lucæ 11.*
*f Sup. Lucæ 11.*

41 Cõmoda vnionis: & ſciſuræ, incomoda ex Luthero.

Hanc etiam vnitatis & concordiæ excellentiam, è contra verò ſciſſuræ, & diuiſionis incommoda præſentiens, vel ipſe hæreticorum vertex, Martinus Lutherus ita affatur, in expoſitione illius verſiculi Pſalmi 5. Expelle eos quoniam irritauerunt te Domine. *g Verbum expelle* (inquit) *diſſenſionem in Hebræo ſignificat. Quomodò authores turris Babylonicæ diuiſi, & diſperſi ſunt in omnem terrã, & ceſſauerunt ædificare. Ita Geneſi 11. Quod & beata Virgo dicit, Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Cui rei cum ſuis vulpibus præluxit Sampſon, Iudic. 11. ſic enim regnum in ſe ipſum diuiſum deſolatur: neque enim nulli vnquam hæretici victi ſunt ſcientia, vel actu, ſed mutua diſſenſione: neque aliter cum eis pugnat Christus quam mixto inter eos ſpiritu vertiginis & diſſenſionis: ſicut inter Sychimitas Iudicum 9. & inter Babylonicæ turris operarios: & in nouo Teſtamẽto inter Arrianos, Donatiſtas, & Pellagianos: ſed & Iudæi nouiſsimè diſſenſione perierunt: ita vt Hilarius ſanctus vir glorietur in libris de Trinitate, bellum hæreticorum eſſe pacem Eccleſiæ: ad diſſenſionem enim animorum ſequitur, & corporalis eorum diſſenſio.* Hactenus Lutherus relatus à Coccio. Si ergo ex vniuerſorum calculo diuiſio parit corruptionem & interitum, conſequens eſt, quòd ſi Eccleſia Romana nuſquam eſt interitura (vt ſupra viſum eſt) quod neceſſario ſit vna, & quòd vnitate vigeat: nam in rebus actu exiſtentibus negatio vnitatis idem eſt quod ſciſſura & diuiſio.

*g Apud Coccium tom. 2. theſauri lib. de ſignis Eccleſiæ art. 5. fol. 1037.*
*Sup. cap. 7.*

# CAPVT NONVM.

## Oſtenditur idem ex quarta proprietate Eccleſiæ ſcilicet ex ſanctitate.

42 Eccleſia Romana ſancta omnibus numeris.

QVartam Eccleſiæ proprietatem, videlicet eſſe ſanctam in multis experiri licet apud Eccleſiam Romanam. Profitetur enim ſanctitatem in his, quæ ſunt ad Deum, ad nos, & ad proximos. Ad Deum quidem, quia fide, & religione colit illum per reuelatorum aſſenſum, per myſteriorum illius ſolemnem celebritatem, & per Sanctorum, atq; amicorum eius debitam venerationem & pias feſtiuitates, atque per alia huiuſmodi Chriſtianæ Religioni conſona, & rectæ rationi affinia; de quibus ex profeſſo per multa capita Thomas Vualdenſis, *a* egregius ſemper author.

*a De Sacramentalibus art. 12.*

Romana Eccleſiæ alumni legibus immaculatis reguntur.

Ad nos etiam quia præcipit, & compellit, vt ſobrij ſimus, atq; vigilemus: & vniuerſa, quæ diuinitus nobis tamquam neceſſaria ad ſalutem iniuncta ſunt impleamus, & hilari mente præſtemus. Ad proximos denique, quia iuſtitiæ, & miſericordiæ opera enixè commendat, & iniungit: præcipit enim quærere iudicium, ſubuenire oppreſſo, iuuare pupillo, defendere viduam, nemini irrogare iniuriam, ſiue in vita, ſiue in honore, ſiue in re familiari, & irrogatam illicò reſarcire, & alia huiuſmodi, quæ probitate multa plena ſunt.

43 Licèt etiam eandẽ proprietatẽ experiri in optima gubernatione & regimine ſuorum fidelium, dum lege Dñi immaculata, quæ cõuertit animas, regit

eos; & canones, & ſanctiones Eccleſiæ, quibus olim meliores fideles ad ſanctitatis apicem peruenere cunctis proponit, & ad obſeruationem vrget: vt etiam ipſi eandem percurrentes viam eundem fœlicitatis portum aſſequantur vt de facto aſſequuntur quàm plurimi: iuxta quæ videre licet in Cathalogo ...lorum, qui crebrò in Sanctorum numero Sũmi Põtificis decreto referũtur. 44

Licet deniquê ex periri illam in eo quòd in primis Eccleſia Romana eſt congregatio quædam Deo dicata, vtpotè ſacrata Religioni, atq; cultui eius. Deinde eſt ſanctê colenda, quia Chriſticoli eius ſancto ſunt chriſmate vncti, per regenerationis & confirmationis Sacramenta: nec ſummis labijs tangẽdi ſunt, niſi honorifico ſermone aliquo, aut encomio; quia ſcriptum eſt, *Dijs non detrahes.* Tertio eſt habens veram fidem iuxta ſuperius demonſtrata capit. 5. Quarto eſt ſanctificata in ſemetipſa, vtpotê regenerata Baptiſmo. Denique eſt ſanctificans, vtique Sacramentorum applicatione, & exercitio. Cum ergo ſanctitas Eccleſiæ potiſsimum in his quinque conſiſtat, iuxta quæ ſupra oſtenſa ſunt, conſequens eſt, quòd Eccleſia Romana ſancta ſit.

*Romanæ Eccleſiæ encomia*

*Sup. cap. 5. 23.*

# CAPVT DECIMVM.

## Idem oſtenditur ex quinta proprietate Eccleſiæ, ſcilicet Catholica.

45 QVintam Eccleſiæ proprietatem, videlicet, eſſe Catholicam iuxta ſuperius diffinita, vbicunque pedem fixerimus inueniemus Romanæ Eccleſiæ conuenire. In primis enim eſt Catholica, id eſt vniuerſalis, quia omnia ambit tempora. vt potè exorta ab initio mundi, quantum ad eſſentiã ſuã, & quantũ ad aliquas proprietates ſuas, & ſine intermiſsione duratura vſque ad finẽ, illius adiectis, & ſubiunctis ſpecialiſsimis perfectionibus iuxta temporum, & ſtatuum indigentiam, ſicut ſuperius reſolutum eſt.

*Sup. dub. 2.* — Romana Eccleſia Catholica.

*Sup. dub. 17.*

46 Deinde eſt Catholica, quia longè, lateque diffuſa, ambiens omnem locum, & nationum genera, ſi non ſimul ſaltem ſucceſsiuê, & per partes. De primis enim Apoſtolorum temporibus nulli dubium eſt, quin in omnem terram exierit ſonus eius: & quòd extenſi fuerint palmites illius, *a A mari vſque ad mare, & etiam vſque ad flumem propagines eius.* Quibus cõſonat quod Irenæus, *b* affirmat videlicet, ſuo tempore vniuerſas mundi nationes, tunc temporis repertas, & notas Eccleſiæ Catholicæ obſequium præſtitiſſe. Tempore etiam noſtri Gregorij Magni magna pars mundi, ſeu potius maior mundus vtique regna omnia, ac prouinciæ agnitæ apud Romanum Imperium intra Eccleſiæ cœtum omnino continebantur, vt apertiſsimè conſtat ex epiſtolis ipſius Gregorij ad Epiſcopos Orientales, Africanos, Hiſpanos, Gallos, Anglos, & ad alios innumeros. Quibus conſonat illud Bedæ, *c Non latret rabies hæreticorũ: toto terrarũ orbe Eccleſia diffuſa eſt: omnes gentes habent Eccleſiã, nemo nos fallat, ipſa eſt vera, ipſa eſt Catholica: cœpit, a Hieruſalem peruenit ad nos, & ibi eſt & hic. Non enim vt huc veniret inde diſceſsit: creuit non migrauit.*

Romana Eccleſia longê lateque diffuſa.

a *Pſalm.* 18. 1
b *Lib.* 1. *cap.* 3.
c *Lib.* 6. *commen. in Luc. cap.* 93.

Mira Romanæ Eccleſiæ propagatio.

48 Adhuc temporibus iſtis Romana Eccleſia longè lateq; diffunditur.

Patet demum ex eo quòd adhuc vel noſtro hoc tempore Eccleſia Romana, non ſolùm in tota Hiſpania, & in tota Italia, ſed etiam in multis Germaniæ, Galliæ, Poloniæ, Boemiæ, Vngariæ, Græciæ, Syriæ, Æthiopiæ, & Ægypti partibus: imò tàm in Orientalibus, quam etiam in Occidentalibus Indijs, ac tandem in quattuor mundi partibus orthodoxorum Eccleſias habet, & filios ſic conſtanter catholicos, vt vſque ad effuſionem ſanguinis cùm opus eſt (vt quotidie in Anglia opus eſt) fidem publicê profiteantur illius.

49 Denique Eccleſia Romana Catholica deprehenditur, quia cùm omnes Chriſti fideles ſuo materno ſinu excipiat, & concludat, vt ſaluet: miniſtrat illis omnem omnino doctrinam tàm practicam, quàm ſpeculatiuam

Romana Eccleſia omnigenere doctrinæ magiſtra.



Digitized by Google

ad animarum ſalutem, ſiue ſimpliciter, ſiue etiam ad melius conducentem: vt vel oſcitãter legenti, & percurrenti volumina orthodoxorum, & ſcripta Doctorum fidelium, patebit ad ſenſum. Omnigena enim literatura plena & referta ſunt.

## CAPVT VNDECIMVM.

### Idem probatur ex ſexta proprietate Eccleſiæ, ſcilicet, Apoſtolica.

Romana Eccleſia Apoſtolica.

50 SEXTA Proprietas Eccleſiæ conſiſtit in hoc, quòd ſit Apoſtolica, hoc eſt, authoritate, & prædicatione Apoſtolica ſtabilita, & fundatã, iuxta ſuperius diffinita. Quòd autẽ ſit huiuſmodi Eccleſia Romana vniuerſalis omnino notum eſt: vniuerſorum enim ſanctorum Patrum concordi voce aſſeritur, Eccleſiam Romanam à Petro erectam fuiſſe, & ſimul ab eo, & ab Apoſtolo Paulo proprio ſanguine conſecratam: vt videre liquet apud Anacletum Pontificem, *a* & etiam apud Irenæum, *b* Optatum Mileuitanum, *c* & Auguſtinum. *d* Inde illud Leonis primi: *e Sabbato apud præſentem beatiſsimum Petrum vigilias celebremus: qui ſicut experimur, & credimus pro commendatis ſibi ouibus indeſinenter paſtorales prætendit excubias: exoraturus deprecationibus ſuis, vt Eccleſia Dei, quæ ipſius eſt prædicationibus inſtituta ab omni ſit libera errore.*

Sup. Dub. 21.

a Epiſt. 3. ad omnes Epiſcopos.
b Lib. 3. cap. 3.
c Lib. 2. contra Donatiſ.
d Epiſt. 165. ad Generoſ. & Epiſtol. 42. ad Medaur. & in Pſal. contra partẽ Donati, & lib. 2. contra liter. Petil. cap. 51.
e Ser. 5. de Ieiunio 10. menſis.

Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicam doctrinam tenuit.

51 Eſt etiam Apoſtolica, quia indiuiduam illam, & irrefragabilem, quam ſemel ab Apoſtolis, & Apoſtolicis prædicatoribus doctrinam accepit, ſemper retinet. In hoc etiam conſiſtit Eccleſiam eſſe Apoſtolicam, vt Tertullianus *f* monuit, & nos ſuperius oſtendimus. Quòd autem Eccleſia Romana doctrinam iſtam retineat, tàm oſtendi poteſt ex vnitate eiuſdem Eccleſiæ, de qua ſupra, quàm etiam ex voluminibus ipſis in quibus doctrina eius, vtque ad vltimum apicem continetur. Etenim ſi præſens Eccleſia doctrinam aliquam notatu dignam amplexaretur, quam neque Apoſtoli, neque Apoſtolorum ſucceſſores amplexati eſſent tacitè, vel expreſsè, ſed potius deteſtati, & execrati: iam non poſſet eſſe vna, & eadem cum Eccleſia primitiua: quia vt inquit Tertullianus; *g Vnde extranei, & inimici Apoſtolis hæretici, niſi ex diuerſitate doctrinæ?* Quare ſi noſtra Eccleſia diuerſam amplexeretur doctrinam, extranea Eccleſia redderetur, & proinde non vna, & eadem cum Eccleſia Apoſtolica.

f Lib. de præſcriptionibus.
Sup. cap. 9.
g Vbi ſup. c. 37.

Romanæ Eccleſiæ doctrina eſt illa quã priſci docuere Patres

52 Inſuper vniuerſa illa obſeruatione digniora, quæ ſparſim antiqui Patres in ſuis codicibus ediderunt, vt fideles ſui temporis inſtruerent in rebus fidei, & morum, accuratè collecta præſtiterunt, & obtulerunt nobis viri vndique conſpicui noſtri ſeculi: præſertim Petrus Caniſius ex Societate Ieſu, atque eruditiſsimus Coccius. Hi enim ad vnguem referunt, & oſtendunt eſſe doctrinam antiquorum Patrum Eccleſiæ, omnem omnino illam, quam nunc Ecclesia Romana docet, ac retinet, & quam perpetuò docuit, & tradidit abſq; vlla intermiſsione, vel interruptione. Eſt ergo Eccleſia Romana etiam ex hac parte Apoſtolica.

In Romana Eccleſia nõ inuenitur eſt, & nõ eſt.

53 Inde illud Cornelij Pontificis: *h Nec nos nobis nuper conſilium cogitatum eſt, nec nos aduerſus improbos modo ſuperuenerunt repentina ſubſidia, ſedanti quæ fidei disciplinà legitur antiquà.* Item illud Vincentij Lirinenſis: *i In ipſa Catholica Eccleſia magnoperè curandum eſt, vt id teneamus, quod ab omnibus creditum eſt, ſequendo vniuerſitatem antiquitatem, & conſenſum.* Et denique illud Taraſij in ſecunda Synodo Nicæna: *K In Eccleſia Dei non inuenitur eſt, & non eſt. ſed ſemper inuenitur eſt.* Id eſt, in Eccleſia Dei quod ſemel affirmatur nunquam negatur, ſed

h Apud Cyprianum, lib. 2. Epiſt. 7.
i Lib. Aduerſus hæres. cap. 3.
K Taraſius in Cõcilio Niceno.

gitur Eccleſiam Romanam errare nullatenus poſſe: quoniam alias reliquæ Eccleſiæ peſſum irent, vtpotè turpiter deceptæ in fide à Romana Eccleſia; quod nefas eſt.

## CAPVT DECIMVMTERTIVM.

### Collectio, & argumentatio ex prædictis.

Reſolutoriè oſtenditur Eccleſiã Romanã eſſe veram Eccleſiã.

58 HIS Ita propoſitis argumentatione, & collectione vtendũ eſt in hunc modum. Eccleſiæ Romanæ conueniunt diffinitio, atque etiã deſcriptio veræ Eccleſiæ, hoc eſt, eſſentia, & proprietates veræ Eccleſiæ. Ergo eſt vera Dei Eccleſia, conſequentia eſt euidens à diffinitione ad diffinitum, & à deſcriptione ad rem deſcriptam. Antecedens quoad priorem partem patet ex capite 5. quoad ſecundum verò ex reliquis huius dubij capitibus.

Quod ſi obijcias ſequi ex his quod Eccleſia Romana ſit vera Eccleſia Dei, non eſſe dogma fidei: vtpotè quod quæ educuntur per euidentem conſequentiam ex definitione alicuius rei, atque ex deſcriptione proprietatum eius, eſt res conſtans & euidens, iuxta ea quæ habet D. Thom. 2.2.q.1.art.6.

De fide eſt Eccleſiam Romanã eſſe veram Eccleſiã.

59 Reſpondetur negando ſequellam eo quod veritas præmiſſarum non cõſtat ratione euidenti, ſed potius ex fide diuina: elogijs enim ſacræ Scripturæ, Pontificum, & Conciliorum oſtenſum eſt Eccleſiam Romanam habere irrefragabilem fidem. Et licet aliquot proprietates Eccleſiæ ſecundum aliquid pateant ad ſenſum, v.g. viſibilitas, antiquitas, vnitas, & conformitas confeſſionis fidelium: tamen ſecundum aliquas earum partes latent, & conſtare non poſſunt, niſi per locum extrinſecum, vtique innitendo diuinitus reuelatis.

## CAPVT DECIMVMQVARTVM.

### Idem oſtenditur ex excluſione aliarum Eccleſiarum ob defectum fidei.

Hæreticorũ Eccleſię nec ſũt, neq; aliquãdo fuerunt vera Chriſti Eccleſia.

60 EAdem pars affirmatiua huius dubij liquidò patebit excludẽdo alias Eccleſias præter Romanam, quæ ſibi quoquo modo arrogare poſſent veræ Eccleſiæ dignitatem. Sanè cùm Eccleſia Dei nullo vnquam tempore poſſit deficere, neceſſum eſt, vt hodie etiam ſit, & exiſtat in rerum natura: & proinde quòd ſi non inuenitur alibi extra Romanam Eccleſiam, quod neceſſario vigeat, & exiſtat in ea.

Ad hoc autem probandum non opus eſt aggredi Eccleſias hæreticorum, qui aliquando fuerunt in rerum natura, ſed iam non ſunt: ſiquidem illarum interitum, & exterminium plus ſatis oſtendit illorum hæreticorum congregationem non fuiſſe veram Eccleſiam: quoniam hæc non poteſt interire. Sed opus eſt diſcurrere per Eccleſias, quæ modò de facto ſunt, & quæ à ſuis alumnijs exiſtimantur veræ: cuiuſmodi ſunt Eccleſia Græca, cuius caput ſedem habet in Eccleſia Conſtantinopolitana: & illæ aliæ Latinæ Nouatorum, & ſectariorum, quæ vel Lutherum, vel Zuinglium, vel Caluinum; vel ſimiles habent authores inſtauratores.

Græcorum Eccleſia nõ eſt vera Eccleſia.

61 In primis autem quod Eccleſia Græca Eccleſia Chriſti non ſit, vel ex eo conuincitur, quod ipſi Græci in tribus plenarijs Concilijs, ſcilicet Lateranenſi, Lugdunenſi, & Florentino; conuicti ſunt de ſchiſmate, & hæreſi: præcipuè de illa, quæ negat Spiritũ Sanctũ à Patre, & Filio procedere. Cõſtat autẽ *De Eccleſia Græca.*

quod

quod vbi incurritur crimen hæreſis, ibi fides naufragium patitur: & proinde quod ratio veræ Eccleſiæ amittitur: quia forma conſtitutiua Eccleſiæ eſt vera fides.

*Obijcitur in oppoſitum.*

62 Quod ſi obijcias, in Eccleſia Græca propagatã ſine interminiſsione fuiſſe ſeriem, & ſucceſsionem Pontificum: ſi non quidem Epiſcoporum ſingularum, aut particularium Eccleſiarum, ſaltem Patriarcharum Eccleſiæ matricis Conſtantinopolitanæ: & hanc eſſe potiſsimam notam veræ Eccleſiæ: iuxta ſuperius dicta.

*Sup. cap. 7.*

*Eluitur obiectio.*

63 Reſpondetur quod fruſtra de ſignis agitur, cùm de re ipſa conſtat, ſicut fruſtra obijcerentur ſpecies panis, & vini in Eucharistia ad colligendam præſentiam vtriuſque ſubſtantiæ, vbi conſtaret de illarum tranſubſtantiatione in corpus, & ſanguinem Chriſti: quantumcumque ſpecies ipſæ eſſent potiſsimum ſignum vtriuſque ſubſtantiæ: & fruſtra etiam obijceretur animalium irrationalium prudentia, & ſolertia circa aliquot naturæ opera, ad illico colligendum animalia illa eſſe ratione prædita, cum alias dilucide conſtet illa ex propria eſſentia irrationalia eſſe: etiamſi alias prudentiæ operum, & ſolertia non minima rationalitatis indicia ſint. Vnde cùm conſtet Eccleſiam Græcam carere veræ Eccleſiæ eſſentia, vtique vera fide, nullius momenti eſt Prælatorum, & Epiſcoporum interminata ſucceſsio, ad tuendam, atque arguendam pro ea rationem veræ Eccleſiæ. Benè tamen ſi aliunde oppoſitum non ita conſtaſſet: vt non conſtat, nec conſtare poteſt de Eccleſia Romana, etiam apud eos qui turpiùs, & impudentius loquuntur de illa: non enim exhibere poſſunt, nec vel in confuſo indicare quando Eccleſia iſta à veritate exciderit, & de errore aliquo conuicta fuerit, legitimeque damnata.

*a Lutherus lib. de Captiuitate Babylonica cap. 6.*
*b Lib. 1. cap. 20.*
*c De hæretic. fabulis.*
*d Lib. de hæreſibus, cap. 54. & lib. de fide, & operibus, cap. 14.*
*e Luther. art. 13. ex damnatis in Bulla Leonis 10.*
*f Vbi ſup. ca. 27.*
*g Luther. vbi ſup. art. 2. & 32.*
*h Hæreſi 64.*
*i Lutherus in Epitalamia.*

*De Eccleſia Lutheranorum.*

*Multi Lutheranorum errores portentoſi.*

64 Deinde quod Lutheranorum Eccleſia vera non ſit, perinde etiam conuincitur, ex eo, a quod vt Eccleſia Græca nõ vno, vel altero errore polluta eſt, ſed innumeris etiam errorum portentis, adhuc ex illis initio naſcentis Eccleſiæ damnatis, & ab antiquioribus Patribus ſub nomine patentiſsimarũ hæreſum expulſis.

In primis enim ſuſtinet cum ſuo Luthero, fideles non ſaluari ſecundum opera iuſta; ſed merito fidei. Quorum errorem primum aſſeruit Simon Magus apud Irenæum, *b* & Theodoretum: *c* ſecundum verò Eunomius hæreticus apud Auguſtinum. *d* Qui addit hæreſim iſtam de ſufficientia ſolius fidei ad ſalutem exortam fuiſſe temporibus Apoſtolorum, ex malè & prauè intellectis aliquibus Pauli teſtimonijs, & proptereà ſtylum direxiſſe alios Apoſtolos in ſuis epiſtolis, videlicet, Petrum & Iacobum, & Iudam.

Secundò ſuſtinet *e* poſſe mulieres ſacerdotali dignitate vigere, imò & Põtificali: quæ fuit hæreſis Perpetuani apud Auguſtinũ. *f* Tertiò *g* peccatum originale ſemper manere in renatis, nec tolli per baptiſmum, ſed tantùm ſopiri: qui error fuit Procli hæretici apud Epiphanium. *h* Quarto, *i* coniugiũ virginitati & dignitate & merito adæquari, imò & præferri: quæ fuit hæreſis Iouiniani apud Auguſtinum, *K* & Hieronymum, *l* Quintò, *m* reliquias ſanctorum non eſſe venerandas; quæ fuit hæreſis Vigilantij apud Hieronymum. *n* Sextò, *o* omne peccatum eſſe mortale: qui fuit error Pelagij apud eundẽ Hieronymũ. *p* Suſtinet etiam pleraque alia ſuo authori deliramenta digna, & ita piarum aurium offenſiua, vt meritò abſtineam à propoſitione illorum. Videri tamen poſſunt apud Bellarminum, *q* & Coccium. *r*

*k Lib. de hæreſ. cap 82.*
*l Lib. 1. & 2. contra Iouin.*
*m Luth. ſerm. de ſancta Cruce.*
*n Lib. contra Vigilantium.*
*o Luth. art. 32. bullæ Leonis 10.*
*p Lib. 2. contra Pelag.*
*q Vbi ſup. cap. 9.*
*r Lib. 8. de ſig. Eccleſ. art. 5.*
*ſ Lib. 5. hiſt. cap. 20.*
*t Lib. 1. inſtit. c. 18. §. 2. & c. 24. §. 14.*

*De Eccleſia Caluiniſtarũ.*

*Caluiniſtarum errores turpiſsimi.*

65 Tertiò Caluiniſtarum, ſeu Zuinglianorum, vel Sacramentariorum Eccleſia eodem omnino telo à gradu veræ Eccleſiæ deijcitur. Inhæret enim turpiſsimis & corruptiſsimis antiquorum hæreticorum erroribus. In primis ènim errori Florini dicentis (apud Euſebium *ſ*) Deum eſſe cauſam peccati: quod tota fronte Caluinus *t* ipſe fatetur. Deinde hæret apud eundem Caluinum *v* errori Nouatianorum dicentium (apud Theodoretum *x*) nõ eſſe in Eccleſia Sacramentum, aliud pœnitentiæ præter baptiſmum: & addit ipſe Caluinus *y* chriſma noſtrum eſſe oleum diaboli mendacijs pollutum.

*v Lib. 4. inſtit. c. 9. §. 17.*
*x Lib. de hæretic. fabul.*
*y Vbi ſup. cap. 1. § 7.*

Ter-

Digitized by Google

Tertiò hæret apud eundẽ Caluinum hæreſis Donatiſtarum, qui (apud Auguſt. *z*) aſſerunt Eccleſiam ſolis iuſtis conſtare: & Eccleſiam viſibilem periiſſe: & grauiter aduerſandos, & perſequendos Monachos; vocandoſque Phariſæos. Denique (vt ſilentio obruamus multa multis modis infanda) hærent apud eundem Caluinum *a* errores Arrianorum aſſerentium (apud Epiphanium, *b* & Auguſt.) non eſſe offerendum, neque orandum pro mortuis: neque ſtatuta ieiunia ſolemniter celebranda, qualia ſunt ieiunia quadrageſimæ, & ſimilia.

Hæretici Trinitarij veram Eccleſiã non habent.

66 Quartò, *d* eodem omnino gladio confodienda venit Eccleſia hæreticorum huius temporis, qui Trinitarij dicuntur. Profitetur enim (apud ſuum inſtitutorem Michaelem Seruetum *e*) errorem Sabellij, qui (apud Epiphanium *f*) docuit vnam tantum eſſe perſonam in Deo, non autem tres. Imò addit Seruetus, Atheos eſſe omnes illos, qui in diuinis aſſerunt Trinitatem. Idẽ Valentius, *g* Gentilis dicens, quòd ſolus Pater poteſt propriè appellari Deus: Filius autem, & Spiritus Sanctus non ita, quia non ſunt eſſentia diuina, ſed quædam proles admodum inferior illa, Chriſtianus Francus *h* addit Trinitatem eſſe idolum horrendum.

Anabaptiſtæ corruptiſſimis erroribus pleni.

67 Quintò, Anabaptiſtarum *i* cœtus innumeris hæreſum ſectis diuiſus eſt. Aliqui enim illorum dicuntur Munzeriani à Thoma Munzero, & hi aſſerunt baptiſma puerorum non eſſe à Deo: & Scripturæ literam reijciunt. Alij qui dicuntur Apoſtolici omnia relinquunt etiam vxores, & liberos, & ab omni opificio abſtinent, & ſemper vagabundi errant. Alij, qui dicuntur Cathari, negant peccatum originale: ideòque pueros baptiſmo non indigere, neque ſe ipſos cuiuſcumque orationibus. Alij dicuntur Tacentes, & hi aſſerunt non eſſe amplius docendum, neque Euangelium Dei in mundo prædicandum, quia mundus indignus eſt tanto verbo: vnde illis prædicare, idem eſt, atque Margaritas ante porcos proijcere. De his autem hæc, & plura eruditiſſimus Coccius. *k*

Nouati hæreticiſſimi.

68 Deniq; Nouatorum omniũ vna hæreſis eſt quaſi fundamentum, & fulcrũ reliquarum, liberum arbitrium hominis è medio tollere, & ominò negare. Quæ fuit Manichæorum portentoſa hæreſis apud Hieronymum, *l* Auguſtinum, *m* & Chryſoſtomum. *n* Quare cùm vera fides ſit veræ Eccleſiæ eſſentia, fit cõſequens, vt in nullo prædictorum cœtu vera Eccleſia ſubſiſtat: ſed potius irrita, & fallax quales extiterunt illæ, quæ ſua dogmata ſuſtinuerunt.

z *De vnitate Eccleſiæ, cap. 12. & contra Petil. cap. 51. & 61.*
a *Vbi ſup. cap. 5. §. 6. & 7. & lib. 4. cap. 12. §. 1.*
b *Hæreſi 65.*
c *Lib. de hæreſ. cap. 33.*
d *De Eccleſia Trinitariorum.*
e *Lib. contra Ireneum.*
f *Hæreſi 57.*
g *In Protheſibus Protheſi 9. 20. 22. 23. & 24.*
h *Lib. de Trinit.*
i *De Anabaptiſtis.*
k *Vbi ſup. art. 7 cap. 6.*
l *Dyalogo aduerſus Pellagianos.*
m *Lib. contra Fauſtum.*
n *Homil. 45. in Ioann.*

# CAPVT DECIMVMQVINTVM.

## Idem probatur excluſione aliarum Eccleſiarum ob defectum viſibilitatis, & antiquitatis.

Hæreticorum Eccleſia nec viſibilis, nec antiqua.

69 HIS Addendum, atque ſubijciendum eſt vniuerſas proprietates Eccleſiæ Dei longè ab hæreticorum iſtorum Eccleſijs aberrare. Prima enim, & ſecunda, videlicet, viſibilitas, & antiquitas aberrant: vtpotè quod ante Nouatores iſtos nulla Eccleſiarum ſuarum veſtigia in mundo apparebat. Et licet illorum aliqui contendant Eccleſiam ſuam eſſe illam ipſam quam Chriſtus fundauit, licèt non viſam per multa ſæcula, ſed nunc demum apparuiſſe: iuxta quæ refert Bellarminus, *a* At (vt ipſe ibi obijcit) contra eſt argumentum quod Auguſt. *b* fecit contra Donatiſtas ſimilem vocem promentes. Eccleſia iſta (rogat Auguſt.) quæ nunc apparuit, aut antea perierat & nunc reuixit; aut latuerat, & nunc prodijt? Si primum, ergo iam portæ inferi præualuerunt aduerſus eam: ſiquidem omnino exterminarunt illam, & per conſequens non fuit Chriſti Eccleſia: quoniam aduerſus hanc portæ inferi præualere non poſſunt. Si ſecundum tunc

a *Vbi ſupra.*
b *Lib. 3. de baptiſ. cap. 2.*

tunc ſic. Ergo vel aliqui profitebantur fidem illius, vel non. Si primum, ergo iam non latebat, ſaltem ibi vbi talẽ fidẽ palàm & apertè profitebantur, cuius tamen confeſsionis nullum, nec leue inuenitur in toto terrarum orbe veſtigium. Si ſecundum, ergo iam non fuit Eccleſia, nam de ratione illius eſt aperta confeſsio fidei: quia ore confeſsio fit ad ſalutem. Maximè quòd in ſanctorũ Patrum ſententia ſupra relata, nõ ibi tantũ eſt vera Eccleſia, vbi eſt ſucceſsio Epiſcoporum interrupta. Conſtat autem, quòd hæc ad ſenſum patere debet: aliàs etiam Donatiſtæ, & reliqui omnes hæretici dicere potuiſſent, in Eccleſijs ſuis peremnem fuiſſe Epiſcoporum ſucceſsionem, clandeſtinam tamen, & latentem.

70 Sed demus eis extrinſeca nihil conducere ad veræ Eccleſiæ rationem; negari tamen non poteſt internam fidem requiri, vtique fidem cordis. At ante renaſcentiam (vt ipſi dicunt) Euangelij, tàm ipſi authores, quàm etiam ſectatores huius nouæ lucis alia longè luce, vtique Romana, & Catholica illuſtrati erant: nullus enim illorum hactenus dixit, aut dicere vnquam potuit, quòd quando amplexatus eſt noua iſta dogmata, non repudiauit ſententiam, cui antea cum Romano adhærebat Pontifice: imò omnes illi clamitant ſe vſque ad iſtam nouam lucem errorum tenebris obrutos fuiſſe & obcæcatos. Signum ergo euidentiſsimum eſt, quòd ante iſtos Nouatores nulla religionis quæ etiam occulta veſtigia remanebant, neque fidei illorum aliqua, vel minima pars in cordibus latitabat. Germina ergo nouella ſunt, atque plantationes recentiſsimæ Eccleſiæ iſtæ Nouatorum; & proinde nulla illarum eſt vera Eccleſia.

Eccleſia nouorũ hæreticorũ noua, & hactenus inuiſa.

## CAPVT DECIMVMSEXTVM.

### Idem oſtenditur excluſione aliarum Eccleſiarum ob defectum vnitatis.

71 TERTIA Similiter proprietas, ſcilicet, vnitas, non minus aberrat: adeò enim hæretici iſti non omnes idem ſapiunt, & dicũt, vt potius nulla ſint dogmata, etiam ex grauiſsimis fidei, in quibus ad inuicem non diſſentiant. Etenim Lutherus dimicat contra Zuinglium, & Caluinum, negantes Deum eſſe omnipotentem: & contra eoſdem aſſerentes Chriſtum conſtare duabus perſonis: & alia innumera iſtius rationis negantes, & aſſerentes; de quibus abunde eruditiſsimus Coccius. a

Eccleſia recentiorum hæreticorũ vnitate caret.

Vnde ipſe Lutherus b de Sacramentarijs ita loquitur: *Hæreticos ſerio cenſemus, & alienos ab Eccleſia Dei Zuinglianos, & Sacramentarios omnes.* Et rurſum: c *Hoc ſolum dico, quòd quicumque ſibi bene conſulere volet, caueat ſibi à Zuinglio: homo omnino retrouerſus eſt, totum Chriſtum amiſit.* De his Coccius vbi ſupra. 72

Lutherus damnat Zuinglium.

73 Contra autem Sacramentarij ipſi grauiter damnãt Lutheranorum dogmata, & dimicant, tàm contra authorem, quàm etiam contra Sectarios. Zuinglius enim ita ad Lutherum alloquitur: d *Inſignem quandam laudem tibi vendicas, vtpotè quòd ſcripturam ſub ſcãnijs, & ſubſellijs, atque in tenebrarum caligine latitantem in lucem produxeris: te ira affectum correptum furere negare non potes.* Et iterum: e *Lutherus in his locis ea, quæ nec ipſe nouit, neque intelligit, temere alloqui luce clarius conſtat.* His conſonat etiam illud Eccolampadij: f *Lutheri rationes, & argumenta inſpeximus, & quò diligentius ea conſideramus, eò infirmiora, & magis putrida eſſe animaduertimus.* Rurſum Caluinus g de Lutheranis: *Lutherani omnes ſunt vertiginoſi, cyclopes, ſuperba factio Gigantum, phrenetici, beſtiæ prodigioſæ, cæci, deſperati, impudentes, nihil aliud quam falſarij, & improbi calumniatores, proterui, plus ſatis Bardi, faſtuoſi, & ignari.* Hæc omnia refert Coccius idem, qui ſupra, & vbi ſupra.

Zuinglius ridet Lutherum. 74

Eccolampadius irridet Lutherum, & Caluinus Lutheranos

a *Lib 8. de Signis Eccleſiæ, art. 4.*
b *In confeſ. Vuitemberg. f. 144.*
c *Et in colloquio Montis Belcarꝺenſi.*
*Caluinus lib. 2. Inſtitut. cap. 7. §. 5. & lib. 3. c. 2 3. & lib. 1. cap. 1 3. §. 9. 23. & 24.*
d *Contra Luth. cap. 2.*
e *Idem ratione ad confeſ. Luther.*
f *Contra confeſ. Luther.*
g *Admonit. 3. ad Ioachim.*

Lutherani & Sacramentarij, & Caluiniſtæ debacchātur Anabaptiſtas.

75 Lutherani etiā & Sacramentarij damnāt Anabaptiſtas Lutherus enim ita habet: h *Munzerus, Carolſtadius, Campanus, & eorum ſectarij ſunt mere corporei dæmones. Qui Munzerum vidit, diabolum in ſummo furore vidit.* Rurſus Caluinus de eiſdem: i *Si aduerſus omnes errores Anabaptiſtarum ſcribere vellem, ingrederer abyſſum, vnde exitus mihi non pateret.*

h *In Colloquijs Germaniæ, fol.* 152.
i *Instruct. contra Anabap.*

Anabaptiſtæ dānant Lutheranos

76 Anabaptiſtæ ſimiliter damnant Lutheranos. Meno enim Simonis, ita habet ad eos: K *Vos ipſi ij eſtis, qui diſſolutam; carnalemque vitam ducitis: qui Chriſtum iterum crucifigitis, qui blaſphematis ſpiritum eius.* Videatur vbi ſupra Coccius.

K *Lib. dicto Fundamentū, cap. de doctrina Concionatorum.*

Lutherani damnant Trinitarios, & è contra.

77 Demum, tàm Lutherani, quàm Sacramentarij damnant Trinitarios, & vice verſa Trinitarij damnant Lutheranos, & Sacramentarios. In primis enim ex Lutheranis Ioſias Symlerus ità de Trinitarijs ait: l *Non tantùm errant in doctrina de Deo, quod eſt fundamentum religionis: ſed potius nouum, & portentoſum doctrinæ genus excogitarunt.* Deinde ex Sacramentarijs Caluinus ita contra Seruetum Trinitarium: m *Inter alia errorum portenta quibus ſatam renaſcentis Euangelij Lucem hac ætate obruere conatus eſt, apprime deteſtabilis eſt impietatum congeries, quam Michael Seruetus libris editis euomit.* Lutheranos autem, & maxime ipſum Lutherum maximè damnant quidam Trinitarius nomine Gregorius Paulus: n *Hæſit Lutherus* (inquit) *in doctrina de Sacramentis; neque Antichriſtum potuit funditus extirpare: eius etiam cæremonias Iudiacas, & Gentilicas pro legitimis vſurpauit.* Alius etiam Trinitarius nomine Buthneus Euionita o ita contra Theodorum Beza Caluiniſtam: *Ipſe miſer Beza in hoc diabolo ſeruit, qui manifeſtam veritatem conatur extiagere, & falſitatem ſubſtituere.*

l *In præfat. de æterno Filio.*
m *Contra errorē Serueti.*
n *Apud Oſiū in cenſura de adorāda Trinit.*
o *Annotationibus in nouum Teſtamentum.*

Lutherus ſecū pugnat.

78 Et non ſolùm ad inuicem, ſed etiam in ſeipſos pugnantes, ac præuaricatores ſunt, modò affirmando, modò negando eadem dogmata. Sanè, vt è multis vnam, vel alteram contradicentiam promam; Lutherus in aſſertione articulorum ad Leonem X. negat traditiones Patrum, & Eccleſiæ recipiendas eſſe: in proteſtatione autem ſuæ fidei, ait, eaſdem traditiones recipi debere. Rurſum negat ad caput 15. Actorum, & alibi ſæpè acquieſcendum eſſe conſilijs Eccleſiæ Romanæ: in diſputatione autem Lypſica ait illis eſſe acquieſcendum.

Melanthō præuaricatur crebro.

79 Philippus Melanthon Lutheri indiuiduus comes, capite de humanis legibus in ſecunda editione librorum omnium, aſſerit, eadem dogmata, quæ poſtea negat in editione tertia anni 1539. & poſteà in editione anni 1544. probat; quæ ante reprobauerat. Et alibi paſsim in ſuis ſententijs præuaricatur; ea fultus ratione, quod (vt dixit in epiſtola ad Lutherum:) *In apologia multà mutamus, ſubinde enim mutanda ſunt, & ad occaſiones accomodanda.* Vnde hæretici iſti inſtar priſcorum ſunt, de quibus Athanaſius: p *Nihil apud hæreticos ſtabile, ſed ad tempus mutantur omnia.*

Caluinus ſibi ipſi aduerſus.

p *Lib. de Synodis Arimini, & Seleuciæ.*

Lutherani in plures contrarias ſectas diuiſi.

80 Ex Sacramentarijs etiam Caluinus in eodem præuaricandi genere perpetuus eſt: etenim ad caput tertiū, q & ad caput quartū Matthei r ait Chriſtū ab initio omni gratia abundaſſe: tamen ad caput tertium, ſ & ad caput primum t id ipſum negauit. Idem epiſtola 350. ait Trinitatis nomen eſſe retinendum: epiſtola autem ad Poloniam ſcripta anno 1566. ait eſſe reticendum.

q *Mat. verſ.* 16.
r *Luc. verſ.* 16.
ſ *Mat. verſ.* 16.
t *Luc. verſ.* 4.

81 Rurſum Lutherani etiam in grauiſsimis fidei aſſertionibus damnant Lutheranos, & mutuis ſeſe ſcriptis perſequuntur: & adeô varij, & diuerſi in rebus fidei ſunt, vt ad minus numerentur inter illos tredecim ſectæ, quæ adeô mordicus ad inuicem pugnant, vt victores ſæuiant in victos tanquam in planè hæreticos.

Sacramentarij in Sacramentarios, & Trinitarij in Trinitarios deſæuiūt

82 Etiam Sacramentarij Sacramentarijs de grauiſsimis accuſant erroribus: & idem de Anabaptiſtis contra Anabaptiſtas; & de Trinitarijs contra Trinitarios, vt palam videre liquet apud toties repetitum Coccium, v qui hæc omnia fuſiùs, & latiùs proſequitur. Signum ergò eſt; quòd nulla iſtarum Eccleſiarum ſit verè vna; ſed potiùs multiplex: & proinde quòd nullà illarum ſit,

v *Lib. 8. de Signi Eccleſiæ, art.* 7.

aut

aut eſſe poſsit diuturna, iuxta ſuperius dicta etiam ex mente Lutheri. Quare nullo etiam contrapugnante, vltro in fumum abituras Eccleſias iſtas ſpeeſt.

*Cap.c.8.ad finē.*

## CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

### Idem probatur excluſione aliarum Eccleſiarum ob defectum ſanctitatis.

83 NEC Minus quarta proprietas longè eſt ab huiuſmodi Eccleſijs, vtique proprietas ſanctitatis: cum dicat Lutherus: *a Enim vero videmus quòd hoc tempore homines ſunt multo peiores, truculentiores, tenaciores, & libidinoſiores quàm antea vnquam in papatu fuerunt.* Et Philippus Melancthon: *b Manifeſtum eſt nos à Deo varijs modis puniri, vt incendio, bellis, & combuſtionibus propter belluinam iſtam ventris ingluuiem.* Et Ioannes Andreas: *c Turba Germanorum ſuum quoque locum Verbo Dei, vt prædicetur, tribuit; nulla vero ſentitur in illis morum emendatio, ſed horrenda, epicurea, & beſtialis vita eorum cernitur in conuerſationibus, cupiditatibus, & blaſphemijs.* Tandem Caluinus *d* inquit de hominibus ſuæ ſectæ eſſe omnium mortalium ſceleratiſsimos, & facinoroſiſsimos, vnde vocat illos tetra monſtra, & malos genios humana forma indutos. Cùm ergo apud iſtiuſmodi nouatores nullus probatæ virtutis perhibeatur vir, & de ſententia moderatorum ſuorum omnes ſui ſectarij peſtilentiſsimis ſint corrupti ſceleribus, conſequens eſt, vt illorum Eccleſiæ ſanctæ non ſint, ſed execrandæ potius, ac probrijs inſequendæ.

a *In poſtilla Dominicæ 1. aduentus.*
b *Ad cap.6.Matthæi.*
c *Concione 4. ad cap.22.Lucæ.*
d *Concione 10. ſcripta Gallicè.*

Eccleſię hæreticorū peſtilentiſſimæ adhuc ex ipſorū hæreticorū nota.

## CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

### Idem oſtenditur excluſione aliarum Eccleſiarum, quia nec ſunt Catholicæ, neque Apoſtolicæ, neque infallibilis veritatis.

84 QVinta præterea proprietas, videlicet, Catholica & vniuerſalis, adeò extra Eccleſias illas eſt, vt tantùm in angulo terrarum ſeptentrionalium omnes illæ contineātur incluſæ. Et licet per horas multiplicentur, quia per horas multiplicantur ſectæ illarum: regna tamen, & prouinciæ non augentur, neque augmenti habent, ſed decrementi potius aliquod pignus: ſaltem propter diſcordiam, & multiplicē errandi modū, qui apud eas eſt. Vnde meritò Auguſt. *a* dixit Eccleſiā Catholicam aſsimilatam fuiſſe viti, cuius eſt extendere propagines etiam vſque ad mare: Eccleſias verò hæreticorum comparandas eſſe palmitibus, ſeu ſarmentis præciſis à vite, qui ibi remanent vbi cadunt.

a *Lib.4. de poſterioribus, cap.8.*

Eccleſiæ nouorū hęreticorum nihil minuſquā Catholicæ ſunt.

85 Sextam denique, & ſeptimam proprietatem, ſcilicet, eſſe Apoſtolicas, hoc eſt, doctrina Apoſtolorum fundatas, & ab erroribus liberas, non eſt cur demonſtremus ab eis toto cælo exulari: cū Lutherus & Zuinglius (potiſsimi fundatores, & architecti illarum, & qui profundiora eis fundamenta iecerūt) faſsi ingenuè ſint omnia ſua dogmata præſtantiſsima diaboli magiſterio accepiſſe: vt eſt videre apud Coccium. *b* Et adhuc, ipſis tacentibus, craſsiſsimi errores illorum apertè clamant aliam præter ſatanicam ſcaturiginem habere non potuiſſe. Nec ipſe mendaciorum parens aliter fieri diſsimulaſſet: ne à perfidis, & fallacibus hominibus in texendis nugis & fraudibus ſuperaretur: aut tanta mendaciorum ſtructura, ſine tanto machinatore efferretur. Ex quibus liquido conſtat id, quod vltimo loco ſubiectum eſt, videlicet, Eccleſias iſtas

b *Vbi ſup. cap.12.*

Satanas erector Eccleſiarum hæreticorū, & Lutheri, Zuingliq; præceptor.

Digitized by Google

ſias iſtas immunes non eſſe ab erroribus, ſed potius erroribus obrutas, & in erroribus anſitas. Quare citra dubium iam ſit etiam ipſis hæreticis, & infidelibus, ſolam Romanam Eccleſiam eſſe veram Eccleſiam, cui tàm eſſentia, quàm veræ Eccleſiæ paſsiones ex amuſsim conueniunt.

# CAPVT VLTIMVM.

## Reſpondetur argumentis primi capitis.

Reſp. arg. 1. capitis, & ad 1. explicatur, quæ ſit vera nota Eccleſiæ.

86 IAM Argumentorum ſolutionibus inſudandum eſt. Ad primum autem reſpondetur primo negando maiorem: quia licèt ad veram Eccleſiæ rationem requiratur vtrumque illud, ſcilicet, ſyncera, & incorrupta fidei prædicatio, & legitima adminiſtratio Sacramentorum, neutrum tamen habere poteſt rationem ſigni, aut notæ veræ Eccleſiæ: quia vtrumque ſecundum ſe conſideratum eſt ita latens, & ignotum, atque ipſamet legitima Eccleſia. Tàm enim latet, an iſta potius, quàm illa ſit ſyncera fidei prædicatio, & Sacramentorum adminiſtratio legitima; atque an iſta potius, quàm illa ſit vera Eccleſia. Et ideò omnes hæreticorum ſectæ, quæ quouis tempore affirmarunt apud ſe tantùm eſſe veram Eccleſiam, ſimiliter aſſeruerunt apud ſe tantum eſſe ſynceram, & incorruptam Catholicæ, atq; Apoſtolicæ fidei prædicationē, & legitimā Sacramentorū adminiſtrationem. Quare ſicut ad diſcernendam in particulari veram Eccleſiam, non ſatis eſt ipſa veritas Eccleſiæ, id eſt, quòd ipſa re ipſa ſit vera Eccleſia, ſed opus eſt aliquibus notis, & ſignis, ex quorum cognitione manducamur ad rectè iudicandum de illa: ita ad hoc, vt in particulari poſsimus diſcernere quænam ſit legitima fidei prædicatio, & adminiſtratio Sacramentorum. Conſtat autem nō poſſe habere rationem notæ aut ſigni, reſpectu alicuius rei id quod non minus latet, quàm ipſa res: & per conſequens quòd iſta duo annumeranda non ſint inter notas veræ Eccleſiæ, niſi tàm ab eis quorum mens eſt Eccleſiam obnubilare, & omnino tectam relinquere, vt ſic illorum diſceſsio non diſcernatur.

Sācti Patres ſunt Spiritus Sancti organum, per quod propalat nobis Scripturas.

87 Secundò reſpondetur ad idem, negando minorem: & ad primam probationem illius reſpondetur, ita rem habere: verumtamen id non eſſe interpretari Scripturas ſenſu humano, ſed confugere ad legitimam interpretationem illarum, & aſſequi illam medio ſanctorum interpretum magiſterio, qui tanquam Spiritus Sancti organum proferunt nobis ſenſum diuini Spiritus. Propter hoc enim à Saluatore noſtro dictum eſt: a *Qui vos audit, me audit.* Et iterū: *Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Sanctus.* Quæ verba enarrans Auguſtinus b inquit: *Si ergo loquitur Spiritus Sanctus in eis, qui perſequentibus traduntur pro Chriſto: cur non in eis, qui tradunt diſcentibus Chriſtum?* a *Lucæ* 10. b *Lib. 4. de doctrina Chriſtiana.*

Ad quid Eccleſiæ Paſtores & Doctores?

88 Præterquam, quòd cum dixit Paulus Epiſtola ad Epheſios Spiritum Sanctum Eccleſiæ dediſſe, non ſolùm Prophetas, Apoſtolos, & Euangeliſtas, ſed etiam Paſtoros, & Doctores: c *In conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, vt non eſſemus tanquam paruuli fluctuantes in doctrina fidei*; planè aſſeruit Doctorum Eccleſiæ magiſterium fuiſſe à Chriſto inditum, vt inſiſtendo & inhærendo ipſorum prædicationi, & interpretationi, cōſtantes in fide eſſemus. Quid ergo criminis, aut facinoris admittitur ab Eccleſiæ fidelibus, ſi ſanctorum Patrum & Doctorum concordem ſententiam in rebus fidei admittunt? cum Spiritus Sanctus ex conſulto tales eis præceptores indiderit, vt fidem irrefragabilem teneant, & circa illam, nec leuiter commouerentur, ſed firma fide pedem in omnibus ſiſterent. Hoc autem, quia iuſtum ſibi vendicat volumen alibi ex profeſſo (fauentibus Superis) diſcutiendum eſt. c *Epheſ.* 4. 12.

Pro fidei vnitate ſunt in Eccleſia Doctores.

89 Pro nunc ſatis ſit ſcire, quòd ex reſcripto Pauli Deus præſtitit Eccleſiæ ſuæ Paſtores, & Doctores, qui vniformiter fidei dogmata populo propalarēt,



Digitized by Google

vt ſic firmas in fide ageret radices,& non leuis, & inſtabilis eſſet. Quòd adeò verum deprehenditur, vt qui ſanctorũ Patrũ doctrinæ non inſiſtunt, vt non inſiſtũt hæretici, modò aiũt, modò negant eadẽ dogmata, modò calidum, modò frigidum ab eodem ore efflant, & quam hodie probant, cras deteſtantur doctrinam: cùm tamen, qui ſanctorum ſcriptis adhæremus vno ſemper ore loquamur, in his quæ ſancti ipſi vno ſunt ore loquuti.

Non opus laicis communicare ſub vtraq; ſpecie.

90 Ad ſecundam probationem eiuſdem minoris reſpondetur, primũ Chriſti elogium, ſcilicet (*Bibite ex hoc omnes*) presbyteros dumtaxat reſpexiſſe. Secundum verò ſignificaſſe quòd niſi ſumerentur caro & ſanguis Chriſti, non ſubſiſteret animarum ſalus in adultis. Conſtat autem, quòd qui ſub altera tantùm ſpecie communicant, vtrumque ſumunt: quia ſub qualibet illarum vtrumque realiter continetur. Vnde neque ipſi hæretici, qui nobis hæc obijciunt, calicẽ propinãt paruulis, quantumcumque eis à Boemijs, & à Armenijs obijciãtur teſtimonia, quæ ipſi nobis obijciunt: & adhuc ſubiungãt illud Chriſti Dñi: d *Sinite paruulos venire ad me*. Sed de his latè in materia de Euchariſtia.

d *Matth.* 20.

Baſilij tẽpore multi ſancti tate ſfloruerunt.

91 Ad ſecundum reſpondetur teſtimonium Baſilij militare non quidem contra vniuerſos illius æui Epiſcopos: cùm ſaltem Baſilius ipſe, & duo alij comites eius: videlicet Melitius, & Euſebius eiuſdem epiſtolæ cum Baſilio authores, & Epiſcopi Itali, & Galli, ad quos epiſtola deſtinabatur, tanquam à Deo dilectiſsimos, & ſantiſsimos fratres, & coadiutores, vt habet inſcriptio epiſtolæ: ſaltem igitur iſti immunes erant à tali probro, & nota, ſed tantùm militare teſtimonium illud contra Epiſcopos Arrianos; vt euidentiſsimè conſtat ex eiuſdem epiſtolæ verbis paulò altius repetitis. Ita enim præmittitur: *A finibus Illyrici ad Thebaidam vſque hæreſeos malum depaſcitur: cuius praua ſemina Arrius ſparſit*. Poſt quæ verba ſubiuncta ſunt ea quæ argumentum inducit.

Suggillat Bernardus auaros.

92 Ad teſtimonium Bernardi reſpondetur ſimiliter intelligendum eſſe de aliquibus tantùm Epiſcopis, qui plus auaritiæ, quàm vitæ Apoſtolicæ vacabant: non autem de omnibus: nam vt ipſe alibi obſeruat: e *Proprium eſt eorum qui Eccleſiam non agnoſcunt ordinibus Eccleſiæ detrahere, & Prælatos illius nominibus infamare peccatorum*. Et in ſermone ad Clerum congregatum in Concilio Rhemẽſi dicit: f *Nõ ſunt omnes amici ſpõſi, qui hodie ſunt ſpõſi Eccleſiæ*, id eſt, nõ omnes Epiſcopi ſunt ſancti, ſed aliqui ſũt peccatores. Sẽtit ergo aliquos eſſe ſanctos.

e *Bernard. ſerm.* 66. *in Cantic.*

f *Idẽ ſerm. ad Clerum in Concilio Rhemen.*

Quid ſit credere ſanctam Eccleſiã.

93 Ad tertiũ reſpondetur concedendo maiorem propoſitionem, quia articulus ille ſymboli Nicæni, *Credo ſanctam Eccleſiam*, non ſolùm ſignificat eſſe de fide, quod eſt aliqua Eccleſia Dei in rerum natura, ſed quòd hæc in particulari, & in indiuiduo eſt talis Eccleſia; ſaltem quòd cùm teneamur credere omne id quod vera Eccleſia credit, neceſſum eſt, certò, & irrefragabiliter ſcire qualis nam in particulari ſit hæc vera Eccleſia; alias quomodo ſecuri eſſe poſſemus quod fides noſtra, eſt fides veræ Eccleſiæ? Quare idem eſt credere ſanctam Eccleſiam, ac credere hanc numero congregationem fidelium militantium ſub Romano Pontifice hic & nunc, vtique ſub Paulo Quinto, anno ſalutis 1620. idibus Martij eſſe Chriſti Eccleſiam, illam eandem, quæ fuit tempore Concilij Nicæni: quod Concilium declarauit Eccleſiam Romanam eſſe Eccleſiarum matrẽ (vt videbimus dubio ſequenti & eſſe eandem illam, quam Chriſtus inſtituit, vt etiam ibidem videbimus. Ex quo ſequitur minorem huius tertij argumenti eſſe falſam: nam ea quæ cadunt ſub fide diuina reuelata ſunt: facta autem eſt huiuſmodi reuelatio omnibus illis oraculis, qui bus Eccleſia aſſeritur in ſacris literis: ſicut omnibus illis oraculis, quibus olim Meſsias venturus promittebatur, ſimul annuntiabatur, quòd talis homo in particulari futurus erat ille Meſsias. Vnde cum Concilium Nicænum dixit: Credo Sanctam Eccleſiam, idem eſt, ac dixiſſet: Credo hanc numero, & in indiuiduo Romanam Eccleſiam eſſe veram Eccleſiam.

Sed dices nos ex coniecturis & ſignis hactenus intulimus, & oſtendimus Eccleſiam Romanam eſſe veram Eccleſiam: ergo veritas iſta non tàm eſt propoſitio de fide, quàm concluſio Theologica, vt potè deducta per diſcurſum ex præmiſsis de fide.

Reſpon-

Digitized by Google

54 *Vnde conſtet Romanã Eccleſiã eſſe verã Eccleſiã.*

